UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Missale Romanum nuper impressum cu[m] o[mn]ibus alijs missis

Venetijs, 27. Okt. 1501

Jncipit ordo missalis s[e]c[undu]m co[n]suetudinem romane curie.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70304

Visual Library

¶ Incipit ordo missalis scdm cõsuetudinem romane curie. Dñica prima de aduẽtu. Statio ad sanctam Mariã maiorem. Ad missam Introitus.



AD te leuaui aĩam meam deus meus in te confido nõ erubescã neqꝫ irrideãt me inimici mei: etenĩ vniuersi q te expectãt nõ ꝯfundent. ps. Uias tuas dñe demõstra mihi: ⁊ semitas tuas edoce me. Seqtur imediate. ℣. Gloria pri. Quo finito repetit introit⁹ Ad te leuaui ani. Et iste modus repetẽdi itroitũ seruat ꝑ totũ annũ: cum dr Gloria pri. post introitũ etiam in festis duplicibus. Oratio.

EXcita q̃sum⁹ dñe potentiã tuã ⁊ veni: vt ab iminẽtib⁹ peccatoꝝ nostroꝝ piculis te mereamur ꝓtegẽte eripi: te liberãte saluari. Qui vi. Ab hac die vsqꝫ ad vigiliam natiuitatꝫ dñi post orõnẽ diei dr oro de scã mariã scꝫ Deus qui de beate marie. Require fol. 219. Tertia oro dr. Eccl'ie tue. fol. 221. vel De⁹ omniuꝫ. fol. 221. Infra hebdomadaꝫ si fuerit festũ. Prima oro de festo. Secũda de dñica. Tertia de sancta Maria. Lectio epistole beati pauli apostoli ad Romanos. xiij. capitulo.

FRẽs: Scientes qꝛ hora est iã nos de somno surgere. Nunc aũt ꝓpior est nr̃a salus q̃ꝫ cũ credidimus. Nox p̃cessit: dies ãt appropinq̃uit Abijciam⁹ ergo opa tenebrarũ ⁊ iduamur arma lucꝫ: sicvt i die honeste ambulem⁹. Nõ in cõmessatõibus ⁊ ebrietatibus. Nõ i cubilib⁹ ⁊ impudicitijs. Nõ in cõtentõe ⁊ emulatione. Sed induimini dñm iesum xp̃m. Grad. Uniuersi q te expectant nõ cõfundent dñe. ℣. Uias tuas dñe notas fac mihi. et semitas tuas edoce me. Alla. ℣. Ostẽde nobis dñe misericordiam tuam: ⁊ salutare tuũ da nobis. Sequentia scti euangelij ꝟm lucam. xxj. capitulo.

IN illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Erunt signa in sole ⁊ luna ⁊ stellis: ⁊ i

terris pressura gentiū pre cō/
fusiōe sonitus maris ⁊ fluctu
um:arescētibus hoibus pre ti
more ⁊ expectatione:que sup
uenient vniuerso orbi. Nam
virtutes celoꝝ mouebuntur.
Et tunc videbunt filiū homi
nis venientē in nubibus cum
potestate magna ⁊ maiestate.
His aūt fieri incipiētib⁹ respi
cite ⁊ leuate capita vestra,qm̄
appropinquat redēptio vra.
Et dixit illis similitudinem:
Videte ficulneā ⁊ oēs arbo/
res:cū pducūt iā ex se fructū
scitis qm̄ ppe est estas. Ita et
vos cū videritis hec fieri:sci/
tote qm̄ prope est regnū dei.
Amē dico vobis:qꝛ nō pteri/
bit generatio hec donec om/
nia fiāt.Celū ⁊ terra trāsibūt:
verba aut̄ mea nō trāsibunt.
Offer. Ad te leuaui aiam meā:
deus meus in te confido nō erube
scā:neq; irrideāt me inimici mei
etenim vniuersi qui te expectāt
nō cōfundent. Secreta.
Hec sacra nos dñe potē
ti virtute mūdatos:ad suū fa/
ciāt puriores venire principi
um. Per. Lois. Dominus da
bit benignitatem:⁊ terra nostra
dabit fructū suū. Postcō
Suscipiamus dñe mise/
ricordiā tuā in medio templi
tui:⁊ reparatiōis nre vētura
solēnia ꝯgruis honorib⁹ pce/
damus. Per do. Notādū qꝫ
a prima dñica de aduētu vsqꝫ
post festū purificatiōis sancte
marie:⁊ a septuagesima vsqꝫ
post octa.penthecostes nō di/
cimus missam cōuentualē in
die lune pro mortuis:neqꝫ de
scā cruce feria sexta:neqꝫ de
scā maria in die sabbati. Sꝫ si
sūt plures sacerdotes in loco
plane possūt dicere: vel etiaꝫ
cātare qñqꝫ missā quā volue/
rint. ¶ Dñica.ij.de aduentu.
Statio ad scām crucē. Intro.

Populus syō ecce do
minus veniet ad sal/
uādas gētes: ⁊ audi/
tā faciet dñs gliā vo/
cis sue i leticia cordis vii. ℣ Qui
regis isrl intēde:q deducis velut
ouē ioseph. ℣ Glia. Ozo
Xcita dñe corda nra ad
pparādas vnigeniti tui vias:
vt p eiꝰ aduentū purificati ti/
bi mētib⁹ seruire mereamur.
Qui. Epla ad romāos.xv.c.

Fres:Quecūqꝫ scripta
sūt ad nostrā doctrinā
scripta sunt:vt p patiētiā ⁊ cō
solationē scripturarū spez ha
beamus.Deꝰ aūt patiētie ⁊ so
latij det nobis idipm̄ sapere i
alterutrū sm̄ iesū christuꝫ: vt
vnanimes vno ore honorifice
tis deū ⁊ patrē dñi nostri iesu

christi. Propter qd suscipite inuicē sicut ⁊ christꝰ suscepit vos in honorē dei. Dico enim christū iesum ministrū fuisse circūcisiōis ꝓpter v̄itatē dei: ad ꝯfirmādas ꝓmissiōes patrū. Gentes aūt sup misericordiā honorare deū: sicut scp̄tū est: Propterea ꝯfitebor tibi i gentibꝰ dñe: ⁊ nomini tuo cātabo. Et iterꝫ dicit: Letamini gentes cū plebe eiꝰ. Et iterū. Laudate dñm oēs gentes: et magnificate eū oēs popl̄i. Et rursum esaias ait: Erit radix iesse: qui exurget regere gentes: in eū gētes sperabūt. Deꝰ autē spei repleat vos oi gaudio ⁊ pace in credēdo: vt abūdetis in spe ⁊ v̄tute spūs scti.

Grad. Ex syon species decoris eius: deꝰ nr̄ manifeste veniet. ℣. Cōgregate illi sctōs eius qui ordinauerūt testamētū eius sup sacrificia. Alla. ℣. Letatus sum in his que dicta sunt mihi: in domum dñi ibimꝰ. Scdz matthe um. xj. ca.

In illo tēpe. Cum audisset ioānes in vinculis opa christi: mittens duos de discipulis ait illi: Tu es qui venturus es: an alium expectamꝰ? Et rn̄dens iesus ait illis: Euntes renūciate ioanni que audistis et vidistis. Ceci vidēt: claudi ambulāt: leprosi mundant̄: surdi audiunt: mortui resurgunt: pauperes euangelizant̄. Et beatus est qui nō fuerit scandalizatꝰ in me. Illis aūt abeūtibus cepit iesus dicere ad turbas de ioanne: Quid existis in desertum videre? Harūdinē vēto agitatā? Sed qd existis videre? Hominē mollibꝰ vestitū? Ecce qui mollibus vestiunt̄: in domibus reguz sunt. Sed qd exist̄ videre? Prophetā? Etiā dico vobis ⁊ plus q̄z ꝓphetā. Hic est eni de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meū ante faciē tuam: qui p̄parabit viā tuā ante te.

Offer. Deus tu conuertens viuificabis nos et plebs tua letabitur in te: ostende nobis domine misericordiam tuam. et salutare tuum da nobis. Secreta

Placare qm̄s dñe humilitatis nostre precibus ⁊ hostijs: ⁊ vbi nulla suppetūt suffragia meritoꝝ: tue nob̄ idulgentie succurre presidijs. P. Cōio. Hierusalem surge et sta in excelso ⁊ vide iocūditatē q̄ veniet tibi a deo tuo. Postcōio.

Repleti cibo spiritalis alimonie supplices te domine deprecamur: vt huius participatione mysterij: doceas nos terrena despice/

re ⁊ amare celestia. Per. Dominica .iij. de aduētu. Statio ad sanctum petrum. Introit.

GAudete in dño semper iterū dico gaudete modestia vra nota sit oibus hoīb⁹ dñs ppe ē nihil solliciti sitis ꝫ in oi oratione petitiones vestre innotescant apud deum, ℣ Et pax dei q̄ exuperat omnem sensum custodiat corda vestra ⁊ intelligētias vras. ℟ Qui sedes super cherubin excita potentiam tuam et veni. ℣ Qui regis israel intende qui deducis velut ouem ioseph. ℟ Excita dñe potentiam tuam ⁊ veni vt saluos faci as nos.

Ora. Aures ℣ tuam q̄s domine p̄ecibus nostris accōmoda: ⁊ mētis nostre tenebras gratia tue visitationis illustra. Qui vivis ⁊ re.

Epistola ad philip. Fratres: pēses .iij. cap. Gaudete in domino sēper: iterum dico gaudete: modestia vestra nota sit oibus hominibus dominꝰ eni prope ē. Nihil solliciti sitis: sed i omni oratione ⁊ obsecratiōe cuꝫ gratiarū actione: petitiōes vestre innotescant apud deum. Et pax dei que exuperat omnem sensum custodiat corda vestra ⁊ intelligētias vestras In christo iesu domino nr̄o.

Grad. Qui sedes domine super cherubin excita potentiam tuaꝫ et veni. ℣ Qui regis israel intende qui deducis velut ouem ioseph. Alla. ℣ Excita dñe potentiam tuam ⁊ veni vt saluos facias nos.

Scōm iohānez .j. cap. In illo tempore: Miserunt iudei ab hierosolymis sacerdotes et leuitas ad iohannē vt interrogarent eū: Tu quis es? Et confessus est et non negauit. Et confessus est quia non sum ego christus Et interrogauerūt eū. Quid ergo? Helias es tu? Et dixit. Non sū. Prophēta es tu? Et respōdit: nō. Dixerūt ergo ei. Quis es: vt responsū demus his q̄ miserunt nos. Quid dicis de teipo? Ait. Ego vox clamantis in deserto: dirigite viam domini: sicut dixit esaias propheta. Et qui missi fuerāt erant ex phariseis. Et interrogauerunt eum ⁊ dixerūt ei Quid ergo baptizas si tu nō es christus: neq̄ helias: neq̄ prophēta? Respondit eis iohannes dicens. Ego baptizo in aqua: medius autē vestruꝫ stetit quem vos nescitis. Ipe est qui post me venturus est: qui ante me factus est: cuius ego non suꝫ dignus vt soluā eiꝰ corrigiaꝫ calciamēti. Hec in bethania facta sūt trās iordanē: vbi erat iohānes baptizans.

Offer. Benedixisti domine terrā tuam auertisti captiuitatem iacob: remisisti iniquita//

Vtem plebi tue. Secreta. Euotionis nr̃e tibi q̃s domine hostia iugiter immoletur: que ⁊ sacri ꝑagat instituta mysterij: ⁊ salutare tuuꝫ nobis mirabiliter opeꝛ̃. Per. Coio. Dicite pusillanimes consortamini ⁊ nolite timere: ecce deus noster veniet ⁊ saluabit nos.

Implorãmus Postcõ. dñe clemẽtiã tuã vt hec diuina subsidia a vitijs expiatos ad festa ventura nos ꝑparẽt. Per. ¶ Feria .iiij. quattuor tempoꝝ de aduẽtu. Statio ad sanctam mariã maiorem.

Rorate celi Introit⁹ desup ⁊ nubes pluãt iustũ: aperiat̃ terra ⁊ germinet saluatorez. ps. Et iusticia oriat̃ simꝛ̃: ego dñs creaui euꝫ. ℣. Gloria. Quãdocũq; vna ꝓphetia vel plures dicunt̃ ante epl̃am: ad orationem cuiuslibet prophetie absolute dicit sacerdos: Orem⁹ ⁊ dyaconus si in officio diaconatus seruiat. Flectamus genua Leuate. Alioquin ipse sacerdos excepto q̃ in sabbato sctõ ad oratõem post ꝓphetiã Nabuchodonosor. Et in vigilia penthecostes et in quatuor temporib⁹ penthecostes non dicit̃. Flectamus genua. excepto etiã q̃ ad oronez que ꝓximo sequit̃ vltimam ꝓphetiam dicitur. Dñs vob scuꝫ. sine Flectamus genua. Qua orone finita fiant debite commemorationes. Legũtur autẽ ꝓphetie sine titulo tribus diebus tantuꝫ: scilicet in parasceue: sabbato sancto et sabbato in vigilia penthecostes. Oremus: Flectamus ge. Leuate.

Presta q̃s op̃s Oratio. deus vt redẽptiõis nostre vẽtura solẽnitas et pñtis nobis vite subsidia conferat: et eterne beatitudinis p̃mia largiatur. Per. Lcõ esaie prophete .ij. ca.

In diebus illis: Dixit esaias ꝓpheta. Erit in nouissimis diebus preparatus mõs domus dñi in vertice montiũ ⁊ eleuabit̃ super colles: ⁊ fluent ad eum oẽs gẽtes: ⁊ ibũt populi multi ⁊ dicent: venite ascendam⁹ ad montẽ dñi: ⁊ ad domũ dei iacob: ⁊ docebit nos vias suas ⁊ ambulabimus in semitis eius: quia de syon exibit lex ⁊ verbũ dñi de hierl̃m. Et iudicabit gẽtes ⁊ arguet populos multos. Et conflabũt gladios suos in vomeres: ⁊ lanceas suas in falces. Non leuabit gens cõtra gentem gladium: nec exercebũt̃ vltra ad p̃lium. Domus iacob venite

ꝛ ambulemus in lumine dñi dei nostri. Grad. Tollite portas principes vestras et eleuamini porte eternales et introibit rex glorie. ℣. Quis ascendet in montez dñi aut quis stabit in loco sancto eius: innocens manibus ꝛ mundo corde. Hic dicitur. ℣ Dominꝰ vobiscū. sine Flectamꝰ genua. leua. Oro

Festina q̄s dñe ne tardaueris: ꝛ auxiliuz nobis supne virtutis impēde: vt aduentus tui cōsolatiōibus subleuētur: qui in tua pietate cōfidunt. Qui viuis ꝛ regnas.

Lectio esaie pphete. vij. cap.

In diebꝰ illis: Locutus est dominus ad achaz dicens: Pete tibi signum a dño deo tuo in profundū inferni: siue in excelsum supra. Et dixit achaz. Nō petam: ꝛ nō tē tabo dominum. Et dixit: Audite ergo domus dauid. Nūquid paꝝ vobis est molestos esse hominibus: quia molesti estis ꝛ deo meo? Propter hoc dabit dñs ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet ꝛ pariet filium ꝛ vocabitur nomen eius emanuel. Butyrum et mel comedet: vt sciat reprobare malum ꝛ eligere bonum. Grad Prope est dominus omnibus inuocantibus eum: omnibus qui inuocant eum in veritate. ℣. Laudē dñi loquet̄ os meum: ꝛ benedicat̄ omnis caro nomen sanctum eius. Scdm Lucam. j. capl̄o

In illo tpe Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatē galilee cui nomē nazareth: ad virginem despōsatam viro cui nomē erat ipseph: de domo dauid: ꝛ nomē virginis maria. Et ingressus angelus ad eaz dixit: Aue gratia plena dñs tecum: benedicta tu in mulieribus. Que cū audisset turbata est in sermone eius: ꝛ cogitabat qualis essz ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inuenisti enim gratiam apud deū. Ecce cōcipies in vtero ꝛ paries filium ꝛ vocabis nomē eius iesum. Hic erit magnꝰ ꝛ filius altissimi vocabitur, Et dabit illi dñs deus sedez dauid patris eius et regnabit in domo iacob in eternū: ꝛ regni eius nō erit finis. Dixit aūt maria ad angelū. Quomodo fiet istud quoniā virum nō cognosco? Et respōdens angelus dixit ei. Spūs sanctus superueniet in te: ꝛ virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoqz ꝛ qd̄ nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. Et ecce helisabeth

cognata tua: ⁊ ipsa cõcepit filium in senectute sua. Et hic mẽsis est sextus illi q̃ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud deum omne verbum. Dixit autẽ maria. Ecce ancilla domini: fiat mihi ſm verbum tuum. **Offerto.** Confortamini ⁊ iam nolite timere: ecce enī deus noster retribuet iudiciũ ipse veĩet ⁊ saluos nos faciet.

Secreta. Accepta tibi sint q̃s dñe nostra ieiunia: que ⁊ expiando nos tua gratia dignos efficiant: et ad sempiterna promissa perducant. Per. **Loio.** Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filium et vocabitur nomen eius emanuel.

Postcõio. Salutaris tui dñe munere saciati: supplices te deprecamur: vt cui⁹ letamur gustu renouemur effectu. Per. ℣ Feria .vj. quattuor tempor. Statio ad sanctos duodeci apl̃os. **Introit⁹.** Prope esto dñe ⁊ oẽs vie tue veritas imtio cognoui de testimonijs tuis quia in eternum tu es. ℣. Beati immaculati in via qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria.

Oratio. Excita q̃s dñe potẽtiam tuaz ⁊ veni: vt hi qui in tua pietate confidũt: ab omni citius aduersitate liberẽtur. Qui vi. **Lcõ esaie pphe. ij. ca.** Hec dicit dominꝰ deus: Egrediet virga de radice ieſſe: ⁊ flos de radice eiꝰ ascendet. Et requiescet super eum spiritus dñi: spiritus sapientie ⁊ intellectus: spiritus consilij ⁊ fortitudinis: spiritꝰ scientie ⁊ pietatis: ⁊ replebit eum spiritus timoris dñi. Nõ ſm visionem oculoz̃ iudicabit: neq; ſm auditum auriuz arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes: ⁊ arguet in equitate pro mansuetis terre. Et percutiet terrã virga oris sui ⁊ spiritu labioruz̃ suoz̃ interficiet impium. Et erit iusticia cingulum lũboruz eius: ⁊ fides cinctoriũ renum eius. **Grad.** Ostende nobis dñe misericordiam tuam ⁊ salutare tuum da nobis. ℣ Benedixisti dñe terram tuaz: auertisti captiuitatem iacob. **Scõm Lucam. j. cap.** In illo tpe: Exurgẽs maria abijt in mõtana cuz festinatiõe in ciuitatem iuda ⁊ intrauit in domũ zacharie ⁊ salutauit helisabeth. Et factũ est vt audiuit salutationẽ marie helisabeth: exultauit infans in vtero eiꝰ. Et repleta est spũ sancto helisabeth et exclamauit voce maga ⁊ di-

xit. Benedicta tu inter mulieres ⁊ benedict⁹ fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi: vt veniat mater dñi mei ad me? Ecce enī vt facta est vox salutationis tue in auribus meis exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata que credidisti quoniaz pficient ea q̄ dicta sūt tibi a dño. Et ait maria. Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spiritus me⁹: in deo salutari meo.

Offerto. Deus tu cōuertēs vificabis nos et plebs tua letabitur in te: ostēde nobis domine misericordiam tuam ⁊ salutare tuū da nobis. **Secreta.** Uneribus nr̄is q̄s domine p̄cibusq; susceptis ⁊ celestib⁹ nos mūda mysterijs ⁊ clemēter exaudi. Per. **Cōio.** Ecce dñs veniet ⁊ omnes sancti eius cum eo: ⁊ erit in die illa lux

Ui nos **Postcō** magna. dñe sacramenti libatio sancta restauret: ⁊ a vetustate purgatos in mysterij salutaris faciat trāsire ꝓsortiū. Per

Sabbato quattuor temporū. Statio ad scm̄ petrū Introit

Eni ⁊ ostende nobis faciem tuam dñe qui sedes sup cherubin et salui erimus. ℣. Qui regis israel intende qui deducis velut ouez ioseph. ℣. Gloria. Oremus. Flectamus genua. Leuate. **Oratio.**

Eus qui cōspicis quia ex nr̄a p̄ualitate affligimur: concede ꝓpitius: vt ex tua visitatiōe consolemur. Qui vi.

Lectio esaie pphete. xix. cap.

In diebus illis: Clamabunt ad dñm a facie tribulantis: ⁊ mittet eis saluatorem ⁊ ꝓpugnatorez q̄ liberet eos. Et cognoscet dom⁹ ab egypto: ⁊ cognoscent egyptij dominum in die illa et colent eum in hostijs ⁊ muneribus ⁊ vota vouebūt dño ⁊ soluent Et p̄cutiet dñs egyptum plaga: et sanabit eos: ⁊ reuertentur ad dominuz ⁊ placabitur eis. Et sanabit eos dñs deus noster. **Gradu.** A summo celo egressio eius: ⁊ occursus ei⁹ vsq; ad summum eius. ℣. Celi enarrant gloriam dei ⁊ opera manuum eius annunciat firmamentū. Oremus. Flectamus genua

Oncede **Oio.** Leuate. q̄s op̄s deus vt qui sub peccati iugo ex vetusta seruitute deprimimur: expectata vnigeniti filij tui noua natiuitate liberemur. Per eūdem.

Lectio esaie ꝓphe. xxxv. ca.

Hec dicit dñs deus: Letabitur deserta ⁊ inuia

et exultabit solitudo ⁊ flore-
bit quasi lilium. Germinans
germinabit ⁊ exultabit leta-
bunda et laudans. Gloria li-
bani data est ei: decor carme
li ⁊ saron. Ipsi videbunt glo-
riam dñi ⁊ decorē dei nostri.
Cōfortate manus dissolutas
⁊ genua debilia roborate. Di
cite pusillanimes confortami
ni ⁊ nolite timere. Ecce deus
noster vltionem adducet re-
tributionis: deus ipse veniet
⁊ saluabit nos. Tunc aperien
tur oculi cecoruz: ⁊ aures sur
dorum patebunt. Tunc saliet
sicut ceruus claudus: ⁊ aper-
ta erit lingua mutoꝝ. Quia
scisse sunt in deserto aq̄ ⁊ tor-
rentes in solitudine. Et que
erat arida in stagnū: ⁊ sitiens
in fontes aquarū. Ait domin⁹
oīpotens. Grad. In sole posu-
it tabernaculuz suum ⁊ ipse tan-
q̄ sponsus procedens de thala-
mo suo. ℣. A summo celo egres
sio eius ⁊ occursus eius vsq̄z ad
summum eius. Oremus. Fle-
ctamus genua. Leuate. Oro.

Indignos nos q̄s dñe fa
mulos tuos quos actio-
nis ꝓprie culpa cōtristat vni-
geniti filij tui aduētu letifica.
Per. Lcō esaie ꝓphe. xl. ca.

Hec dicit dñs deus: Su
per mōtē excelsuz ascē-
de tu qui euāgelizas syō. Ex-
alta in fortitudine vocē tuam
q euāgelizas hierusalem. Ex
alta noli timere: dic ciuitati-
bus iude. Ecce deus vester.
Ecce dominus deus in forti-
tudine veniet: ⁊ brachiū eius
dñabitur. Ecce merces eius
cum eo: ⁊ opus illius coram
ipso. Sicut pastor gregē suuz
pascet: ⁊ in brachio suo con-
gregabit agnos: ⁊ in sinu suo
leuabit eos dñs deus noster.
Grad. Domine deus virtutum
conuerte nos: ⁊ ostende faciem
tuam ⁊ salui erimus. ℣. Excita
domine potentiam tuam ⁊ veni:
vt saluos facias nos. Oremus
Flectamus genua. Leuate.

Presta q̄s op̄s Oratio.
deus vt filij tui ventura
solennitas: ⁊ presentis nobis
vite remedia ꝯferat et premia
eterna concedat. Per eūdez.
Lectio esaie ꝓphete. xlv. ca.

Hec dicit dñs deus chri
sto meo cyro: cuius ap
prehendi dexterā vt subijciā
ante faciem eius gētes: ⁊ dor-
sa regum vertā. Et aperiam
coram eo ianuas: ⁊ porte non
claudentur. Ego ante te ibo ⁊
gloriosos terre hūiliabo: por-
tas ereas cōterā: ⁊ vectes fer-
reos cōfringam. Et dabo tibi
thesauros absconditos: ⁊ ar-

chana secretorū reuelabo: vt scias quia ego dominus: qui voco nomē tuum deus israel propter seruū meum: & israel electū meuz. Et vocaui te nomine tuo: assimilaui te & nō cognouisti me. Ego dominus & non est amplius: extra me non est deus. Accinxi te & nō cognouisti me. Ut sciant hij qui ab ortu solis & qui ab occidente quoniaz absq; me nō est deus. Ego dominus: & nō est alter: Formās lucem & creans tenebras: faciens pacem & creans malum. Ego dominus faciēs omnia hec. Rorate celi desuper & nubes pluāt iustum. Aperiat terra et germinet saluatorem. Et iusticia oriatur simul. Ego dominus creaui eum. Grad. Excita domine potentiam tuam & veni vt saluos facias nos. ℣ Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph: qui sedes super cherubin appare coraz ephraym beniamin & manasse. Orem⁹. Flectamus genua. Leuate.

PReces populi tui qs dñe clemēter exaudi: vt qui iuste pro peccatis nr̄is affligimur: pietatis tue visitatione consolemur. Qui viuis & regnas. Lectio danielis prophete tertio capitulo.

IN diebus illis: Angelus domini descēdit cuz azaria & socijs eius in fornacem: & excussit flāmaz ignis de fornace: & fecit medium fornacis quasi vētum roris flātem. Flāma aūt diffusa est super fornacē cubitꝯ quadraginta nouē: & icēdit quos repperit iuxta fornacez de caldeis ministros regis qui eam incēdebāt. Illos autem nō tetigit omnino ignis: neq; contristauit: nec qcq; molestie intulit. Tūc hij tres quasi ex vno ore laudabāt & glorificabant & benedicebāt deum in fornace dicētes. BEnedictus es do Hym⁹. mine de⁹ patrū nostroruz ℟ Et laudabilis et glorioſus in secula. ℣ Et benedictum nomē glorie tue quod est sanctum. ℟ Et laudabile et glorioſum in secula. ℣ Benedictus es in templo sancto glorie tue. ℟ Et laudabilis et. ℣ Benedictus es super thronum sanctuz regni tui. ℟ Et laudabilis. ℣ Benedict⁹ es sup sceptrū diuinitat̄ tue. ℟ Et laudabilis. ℣ Benedict⁹ es qui sedes super cherubin intuens abyssos. ℟ Et laudabilis. ℣ Benedictus es qui ambulas super pennas ventorum & super vndas maris. ℟ Et laudabilis ℣ Benedicant te omnes ange/

li ⁊ sancti tui. ℟. Et laudent te ⁊ glorificent in secula. ℣. Benedicant te celi terra mare: ⁊ omnia que in eis sũt. ℟. Et laudent te ⁊ glorificent in secula. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto. ℟. Et laudabili et glorioso in secl̃a. ℣. Sicut erat in principio ⁊ nũc et semp̃ et in secula scl̃or̃ amen. ℟. Et laudabili et gl̃ioso in scl̃a Reincipitur. ℣. Benedict⁹ es dñe deus patrũ nostror̃. ℟. Et laudabilis ⁊ gloriosus in secula. Hic dr̃. ℣. Dñs vobiscũ fine Flectamus genua. Oratio.

DEus qui tribus pueris mitigasti flãmas igniũ cõcede propiti⁹: vt nos famulos tuos nõ exurat flamma vitiorum. Per. Epl̃a ad thessalonicenses. ij. capitulo.

FRatres: Rogam⁹ vos per aduẽtum domini nr̃i iesu christi et nostre congregationis in ipsum: vt non cito moueamini a vestro sensu: neq; terreamini: neq; per spirituz neq; per sermonem: neq; per epistolã tãq̃ per nos missam quasi instet dies domini. Ne quis vos seducat vllo modo Quoniã nisi venerit dissensio primũ: ⁊ reuelatus fuerit homo peccati: filius perditiõis qui aduersatur ⁊ extollitur supra omne quod dicitur deus: aut qd̃ colit̃: ita vt in templo dei sedeat ostendens se tanq̃ sit deus. Nõ retinetis q̃ cum adhuc essez apud vos: hec dicebaz vobis? Et nũc quid detineat scitis vt reuelet̃ in suo tp̃e. Nã mysteriũ iam operat̃ iniquitatis tantũ vt qui tenet nunc teneat: donec de medio fiat. Et tũc reuelabit̃ ille iniquus quem dñs iesus interficiet spiritu oris sui: et destru/ et illustratione aduentus sui. Tractus. Qui regis israel intẽde qui deducis velut ouem ioseph. ℣. Qui sedes super cherubin appare corã ephraym beniamin et manasse. ℣. Excita domine potentiam tuam ⁊ veni vt saluos facias nos. Scd̃m Lucaz. iij. capl̃o.

ANno quintodecimo imperij tyberij cesaris: p̃curãte põtio pilato iudeã: tetrarcha ãt galilee herode: philippo autẽ fratre eius tetrarcha iturее: ⁊ traconitidis regionis ⁊ lisania abiline tetrarcha: sub p̃cipib⁹ sacerdotũ anna ⁊ caypha: factum est verbuz dñi super iohãnem zacharie filium in deserto. Et venit in oẽm regionem iordanis predicans baptismum penitẽtie in remissionem peccator̃ sicut scriptuz est in libro sermonuz esaie p̃.

phete. Vox clamantis in de/
serto: parate viam dñi: rectas
facite semitas eius. Ois val/
lis implebitur ⁊ omnis mons
et collis humiliabitur ⁊ erũt
praua in directa: et aspera in
vias planas. Et videbit om̃is
caro salutare dei. Offer. Exul
ta satis filia syon predica filia hie
rusalem: ecce rex tuus veniet ti/
bi sanctus ⁊ saluator. Secreta.
Sacrificijs p̃sentibus q̃s
dñe placatus intẽde: vt
⁊ deuotioni nostre ꝓficiant ⁊
saluti. Per. Cõio. Exultauit vt
gigas ad currendam viam a sum
mo celo egressio eius ⁊ occursus
eius vsq; ad summuꝫ ei⁹. Post/
Quesum⁹ domine cõio.
deus noster vt sacrosan
cta mysteria q̃ pro reparatio/
nis nostre munimine ꝯtulisti
⁊ presens nobis remediũ esse
facias ⁊ futuꝝ. Per. ¶ Dñi/
ca q̃rta de aduẽtu Statio ad
sãctos duodecim apostolos.
Rorate Introitus.
celi desuper ⁊ nubes
pluãt: iustuꝫ aperiat̃
terra ⁊ germinet sal/
uatorem. ps. Et iusticia oriatur
simul ego domin⁹ creaui eũ. ℣.
Excita q̃s Oio. Gloria.
dñe potentiã tuam ⁊ ve
ni: ⁊ magna nobis virtute suc
curre: vt ꝑ auxiliũ gratie tue
qđ nostra peccata prepediũt
indulgentia tue ꝓpitiationis
acceleret. Qui vi. Epistola
ad corinthios. j. capitulo. iiij.
Fratres: Sic nos existi
met homo vt ministros
christi ⁊ dispensatores mini/
sterioꝝ dei. Hic iam queritur
inter dispensatores vt fidelis
quis inueniatur. Mihi autẽ
pro minimo est vt a vobis iu/
dicer aut ab humano die: sed
neq; meipsum iudico. Nihil
enim mihi conscius sum: sed
non in hoc iustificatus sum.
Qui autẽ iudicat me dñs est.
Itaq; nolite ante tempus iu/
dicare: quo ad vsq; vẽiat dñs
qui ⁊ illuminabit abscondita
tenebrarũ: ⁊ manifestabit con
silia cordiũ. Et tunc laus erit
vnicuiq; a deo. Grad. Prope
est dominus omnibus inuocan/
tibus eum: omnibus qui inuo/
cant eum in veritate. ℣. Laudeꝫ
domini loquetur os meum: ⁊ be
nedicat omnis caro nomen san/
ctum eius. Alla. ℣. Veni domi
ne ⁊ noli tardare relaxa facinora
plebi tue israel. Euangelium.
Anno quintodecimo. fol. 6.
Offerto. Aue maria gratia ple/
na dominus tecum benedicta tu
in mulieribus et benedictus fru
ctus ventris tui. Secreta
Sacrificijs presentibus

quesumus domine placatus intende: vt et deuotioni no// stre proficiant et saluti. ℣er. Cõio. Ecce virgo concipiet et pariet filium ⁊ vocabitur nomen eius emanuel. Postcõio Umptis muneribus domine q̃s: vt cũ frequẽtatione mysterij crescat nostre salutis effectus. ℣er. Notandũ q̃ si vigilia natiuitatis domini venerit in dñica: totũ officiũ misse fit de vigilia cũ comme moratiõe dñice. Item si festũ natiuitatis dñi venerit in do/minica: quattuor tempora celebrant in penultima hebda: q̃ tunc sabbato primo ante natiuitatẽ agit officiũ de vigilia. In vigilia natℓ. dñi Statio ad sanctã mariã maiorem

HOdie Introitus. scietis q̃ veniet dñs ⁊ saluabit nos: ⁊ mane videbitis gloriã eius. ℣. Dñi est terra ⁊ plenitudo eius: orbis terrarũ ⁊ vniuersi qui habitant in eo. ℣. Gloria.

DEus qui nos Oratio. redemptiõis nostre annua expectatiõe letificas: presta: vt vnigenitũ tuum quem redemptorem leti suscipim⁹: veniẽtem quoq; iudicem securi videam⁹. ℣er dominum nostrum. Qui tecũ. Hec ozo tantum dicit: nisi vigilia venerit in dominica. Epla ad romanos primo capitulo

FRatres: Paulus seru⁹ iesu christi vocat⁹ apostolus segregatus in euangeliũ dei qd̃ ante p̃miserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo qui factus est ei ex semine dauid scd̃m carnem. Qui predestinat⁹ est fili⁹ dei in virtute scd̃m spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuoꝝ iesu christi domini nostri: per quem accepimus gratiã ⁊ apostolatũ ad obediendum fidei in omnibus gentibus p̃o nomine eius: in quibus estis ⁊ vos vocati iesu xp̃i domini nostri. Grad. Hodie scietis quia veniet dominus et saluabit nos: ⁊ mane videbitis gloriam eius. ℣ Qui regis isra/el intẽde qui deducis velut ouẽ ioseph: qui sedes super cherubi appare coraꝝ ephrem beniamin et manasse. Alla. ℣. Crastina die delebitur iniquitas terre: et regnabit super vos saluator mũdi. Sed non dicitur Alleluia. nisi vigilia venerit in dominica. Scd̃m matthеum. j. capo.

CUm esset despõsata mater ihu maria ioseph: antequã cõuenirent inuenta est in vtero habens de spiritu san

cto. Joseph aũt vir eius cum esset iustus ⁊ nollet eaz traducere: voluit occulte dimittere eam. Hec aũt eo cogitãte: ecce angelus domini in somnis apparuit ei dicens: Joseph fili dauid: noli timere accipere mariã cõiugem tuaz. Quod enim in ea natum est: de spiritu sancto est. Pariet autẽ filium: ⁊ vocabis nomẽ eius iesũ. Ipse enim saluũ faciet populum suum a peccatis eorum. **Offer.** Tollite portas principes vestras ⁊ eleuamini porte eternales: et introibit rex glorie.

DA nobis qs **Secreta.** ops deus: vt sicut adoranda filij tui natalitia preuenimus: sic eius munera capiamus sempiterna gaudẽtes. Per. **Cõio.** Reuelabit gloria dñi: ⁊ videbit omis caro salutare

DA nob **Postcõ.** dei nri. qs dñe vnigeniti filij tui recensita natiuitate respirare: cui⁹ celesti mysterio pascimur ⁊ potamur. Per eũ. **In natiuitate dñi in ꝑma missa. Statio ad scam mariã maiorem ad presepe. Introitus.**

DOminus dixit ad me filius me⁹ es tu: ego hodie genui te. ℣. Quare fremuerunt gẽtes: ⁊ populi meditati sũt inania. ℣. Gloria patri. **Oratio.**

DEus qui hãc sacratissimã noctẽ veri luminis fecisti illustratiõe clarescere: da qs vt cui⁹ lucis mysteria i terra cognouim⁹: eius quoq; gaudijs in celo perfruamur. Qui te. **Epla ad titũ. ij. capi.**

CHarissime: Apparuit gra dei saluatoris nostri omnib⁹ hominibus: erudiẽs nos vt abnegãtes impietatẽ ⁊ secularia desideria: sobrie ⁊ iuste ⁊ pie viuam⁹ in hoc seculo: expectãtes beatã spez: ⁊ aduentũ gl'ie magni dei ⁊ saluatoris nri iesu xpi. Qui dedit semetipm ꝓ nobis: vt nos redimeret ab oĩ iniqtate: ⁊ mũdaret sibi ppm acceptabilẽ: sectatorẽ bonoz opez: hec loqre ⁊ exhortare in christo iesu dño nro. **Gza.** Tecũ principiũ in die virtutis tue: in splendoribus sctoz ex vtero ante luciferũ genui te. ℣. Dixit dñs dño meo sede a dextris meis: donec ponã inimicos tuos scabellũ pedum tuoz. **Hlla.** ℣ Dominus dixit ad me filius me⁹ es tu: ego hodie gẽui te. **Scdz lucã. ũ. ca.**

IN illo tpe: Exijt edictũ a cesare augusto: vt describeretur vniuersus orbis. Hec descriptio primo facta ẽ a preside syrie cyrino. Et ibãt

oēs vt pfiterent singuli in su/
am ciuitatē. Ascēdit aūt et io/
seph a galilea de ciuitate na/
zareth: in iudeā ciuitatez da/
uid quevocat bethleem: eo q
esset de domo z familia dauid
vt profiteret cum maria de/
sponsata sibi vxore pregnāte.
Factum est autē cū essent ibi:
impleti sunt dies vt pareret.
Et peperit filiū suum primo/
genitum: z pannis eū inuol/
uit: z reclinauit eum in pse/
pio: quia non erat ei locus in
diuersorio. Et pastores erant
in regione eadem vigilantes
et custodiētes vigilias noctis
supra gregem suum. Et ecce
angelus dñi stetit iuxta illos:
z claritas dei circūfulsit illos
et timuerunt timore magno.
Et dixit illis angelus: Nolī/
te timere. Ecce enī euāgelizo
vobis gaudiū magnuz quod
erit omni populo: quia natus
est nobis hodie saluator: qui
est christus dñs in ciuitate da
uid. Et hoc vobis signū: In/
uenietis infantē pannis inuo
lutum: z positum in pse/pio.
Et subito facta est cum ange/
lo multitudo militie celestis
exercitus: laudantiū deum et
dicentiū: Gloria in altissimis
deo: z in terra pax hominib⁹
bone voluntatis. Et dicitur
Credo. Offert. Letentur celi
et exultet terra ante faciez domi
Ani quoniā venit. Secr.
Accepta tibi sit dñe que
sumus hodierne festiuitatis
oblatio: vt tua gr̄a largiēte: p
hec sacrosācta mysteria in il/
li⁹ inueniamur forma: in quo
tecuz est nr̄a substantia. Qui
tecū. Prefatio. Eterne deus
Quia p incarnati v̄bi. fol. 99
Et dī quotidie vsq; ad ephīā
Infra actionē. Cōicātes z no
ctē sacratissimā cele. fol. 100.
et dī vsq; ad octauaz nat̄ tm̄
incluſiue. In hac missa tm̄ dī
Noctē: deinceps v̄o dī Diez.
Cōio In splendoribus sctōr̄ ex
vtero ante luciferum genui te.
Da nobis qm̄s Postcō.
dñe de⁹ nr̄: vt q natiui/
tatē dñi nr̄i iesu x̄pi mysteriis
nos frequētare gaudem⁹: di/
gnis q̄uersatiōib⁹ ad ei⁹ me/
reamur puēire cōsortiū. Qui
tecū. In secūda missa Statio
ad sanctā anastasiā. Introit⁹.
Lux fulgebit hodie
sup nos: q: natus est
nobis dñs z vocabit
admirabilis de⁹: prī/
ceps pacis: pater futuri seculi: cu
ius regni nō erit finis. ℣. Dñs
regnauit decorē indutus est: in/
dutus est dominus fortitudinez
et precinxit se. ℣ Glia. Oratio.

DA nobis quesumus omnipotens deus vt q noua incarnati verbi tui luce ꝑfundimur: hoc in nostro resplendeat opere quod per fidem fulget in mente. Per eũdem. Epistola ad tituz. ij. capitulo.

CHarissime: Apparuit benignitas ⁊ humanitas saluatoris nostri dei Non ex operibus iusticie que fecimus nos: sed ꝟm suam misericordiam saluos nos fecit: per lauacrum regenerationis et renouationis spiritus sancti: quem effudit in nos abunde per iesum christuz saluatorem nostrum. Ut iustificati gratia ipsius heredes simus ꝟm spem vite eterne. In christo iesu domino nostro. Grad. Benedictus qui venit in nomine domini deus dominus ⁊ illuxit nobis. ℣. A domino factum est istud: ⁊ est mirabile in oculis nostris. Alleluia. ℣ Dominus regnauit decorem induit: induit dominus fortitudinem ⁊ precinxit se virtute. Scdm lucam. ij. capitulo.

IN illo tempore: Pastores loquebantur ad inuicem. Trãseamus vsqꝫ bethleem: ⁊ videamus hoc verbuz quod factum est: qđ fecit dominus: et ostendit nobis. Et venerunt festinantes: ⁊ inuenerunt mariam ⁊ ioseph ⁊ infantem positum in presepio. Uidentes autem cognouerunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt mirati sunt: ⁊ de his que dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba hec cõferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores laudantes et glorificantes deum in omnibus que audierant ⁊ viderãt: sicut dictnm est ad illos. Offerto. Deus enim firmauit orbem terre qui non commouebitur: parata sedes tua deus extũc a seculo tu es. Secreta.

MUnera nostra quesumus domine natiuitatis hodierne mysterijs apta proueniant: ⁊ pacem nobis semper infundant: vt sicut homo genitus idẽ refulsit deus: sic nobis hec terrena substãtia cõferat qđ diuinũ est. Per eũdez. Prefatio Cõicãtes. fol. 100. Coio. Exulta filia syon: lauda filia ihrlm: ecce rex tuꝰ venit sctũs ⁊ saluator mundi. Postcõio.

HUius nos domie sacramenti semper nouitas natalis instauret: cuius natiuitas singularis humanaz repulit vetustatem. Per eũdẽ.

Ad missaz maiorē Statio ad scām mariā maiorē. Introit⁹



PUer natus est nobis: et filius datus ē nobis cuius imperiū sup humerū eius: ⁊ vocabit̄ nomen eius magni consilij angelus. ps. Cantate dño canticū nouum: qꝛ mirabilia fecit. ℣ Gl'ia.

COncede qm̄s Oratio. omp̄s deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnē natiuitas liberet: quos sub pcti iugo vetusta ꝑuit⁹ tenet. Per eūdē. Epl'a ad hebreos. j. ca.

FRatres: Multiphariam multisqꝫ modis oli de⁹ loquēs patrib⁹ in ꝓphis: nouissime dieb⁹ istis locut⁹ est nobis in filio: quē cōstituit heredē vniuersoꝝ: per quē fecit et secula. Qui cum sit splēdor glorie: ⁊ figura substātie eius: portansqꝫ oia verbo virtutis sue: purgationē peccatoꝝ faciēs: sedet ad dexterā maiestatis in excelsis. Tanto melior angelis effectus: quāto differentius pre illis nomen hereditauit. Cui enim dixit aliqñ angeloꝝ: filius me⁹ es tu: ego hodie genui te. Et rursum. Ego ero illi in patrem: ⁊ ipse erit mihi in filiū. Et cū iterū. introducit primogenitū in orbem terre dicit: et adorēt eum oēs angeli dei. Et ad angelos qdē dicit: Qui facit angelos suos spūs: et ministros suos flāmā ignis. Ad filium autez: Thronus deus tuus in secl'm seculi: virga eqtatis virga regni tui. Dilexisti iustitiā ⁊ odisti iniquitatez: ꝓpterea vnxit te deus de⁹ tuus oleo exultationis pre participib⁹ tuis. Et tu in principio dñe terrā fundasti: ⁊ opa manuū tuarū sūt celi. Ipsi peribūt: tu aūt ꝑmanebis: ⁊ oēs vt vestimentū veterascent. Et velut amictum mutabis eos ⁊ mutabuntur. Tu aūt idem ip̄e es: ⁊ anni tui nō deficient. Grad. Uiderunt oēs fines terre salutare dei nr̄i: iubilate deo oīs terra. ℣. Notū fecit dñs salutare suū ante cōspectū gentiū reuelauit iustitiā suaz.

+ sequentia: q̄ri in prodo

Alla. ℣. Dies sctificat⁹ illuxit nobis: venite gentes et adorate dñm: q̄ hodie descēdit lux magna sup terrā. Initiū sci euangelij ꝑm ioānem. j. capi.

IN pricipio erat verbū ⁊ v̄bū erat apud deū ⁊ de⁹ erat verbū. Hoc erat in principio apud deū: oia ꝑ ipsū facta sūt ⁊ sine ipso factū est nihil. Q d factū est in ipso vita erat ⁊ vita erat lux hoim. Et lux in tenebris lucet: ⁊ tenebre eā nō cōprehēderūt. Fuit hō missus a d̄o: cui nomē erat ioānes. Hic vēit in testimoniū: vt testimoniū phiberet de lumine vt oēs crederēt per illū. Nō erat ille lux: sz vt testimoniū ꝑhiberet de lumine. Erat lux vera q̄ illuminat oēz hoiez veniētē in hūc mūdū. In mundo erat: ⁊ mūdus ꝑ ipsū fact⁹ est ⁊ mūdus eū nō cognouit. In ꝓpa venit: ⁊ sui euz nō receperūt. Quotquot aūt receperūt euz dedit eis ptātez filios dei fieri: his q credūt in noie ei⁹. Qui nō ex sanguinib⁹: neqz ex volūtate carnis: neqz ex volūtate viri: sed ex deo nati sūt. Et verbū caro factū est ⁊ habitauit in nobis. Et vidim⁹ gloriā ei⁹: gloriam quasi vnigeniti a pr̄e: plenū gr̄e ⁊ veritatis. Et dicit Credo quotidie vsqz ad octauā. Offer. Tui sunt celi et tua est terra: orbē terrarum ⁊ plenitudinem eius tu fundasti: iusticia ⁊ iudiciū ꝓparatio sedis tue.

OBlata dñe munera vnigeniti tui natiuitate sāctifica: nosqz ꝑ hec a pctōꝝ nr̄oꝝ maculis emūda. Per eū. Prefatio ⁊ Cōicātes vt̄s. fol. 100. Coio Uiderūt oēs fines terre salutare dei nr̄i. Post cōio.

PResta q̄s op̄s de⁹ vt natus hodie saluator mūdi: sicut diuine nob̄ gn̄ationis est auctor: ita ⁊ imortalitatis sit ipse largitor. Qui te. In sancti stephani ꝓthomartyris. Statio ad sctm̄ stephanuz in celiomonte. Introit⁹.

ETenim sederūt principes ⁊ aduersuz me loquebant̄: ⁊ iniqui persecuti sūt me: adiuua me dñe deus me⁹: q̄ seru⁹ tu⁹ exercebat̄ in tuis iustificationib⁹. ꝑs Bti imaculati in via q ambulāt in lege dñi. ℣ Gloria.

DA nob̄ q̄s dñe imitari qd̄ colim⁹: vt discamus ⁊ inimicos diligē: q̄ ei⁹ natalicia celebram⁹: q nouit etiā ꝓ ꝑsecutorib⁹ exorare dñz nr̄z iesū xp̄z filiū tuū. Qui te. Et fit cōmemoratio de natiuitate. Oro. Cōcede q̄s. fol. 9. Lectio actuū aplor̄. vj. capi.

In diebus illis: Stephanus aũt plen⁹ gr̃a ⁊ fortitudie faciebat ꝓdigia ⁊ signa magna in ꝑplo. Surrexerũt aũt q dã de synagoga q̃ appellabãt libertinor̃ ⁊ cyrenẽsiũ ⁊ alexãdrinor̃: ⁊ eor̃ q erãt a cilicia ⁊ asia disputãtes cũ stephano: ⁊ nõ poterãt resistere sapiẽtie ⁊ spiritui q loquebat̃. Audiẽtes aũt hec dissecabantur cordib⁹ suis: ⁊ stridebãt dẽtib⁹ in eũ. Cũ aũt eẽt stephanus plenus spũ scõ: intẽdẽs in celũ vidit gloriã dei ⁊ iesũ stãtẽ a dextris dei: ⁊ ait: Ecce video celos aptos: ⁊ filiũz hois stãtẽ a dextris v̈tutis dei. Exclamãtes aũt voce magna cõtinuerũt aures suas ⁊ impetum fecerũt vnanimiter in eũ. Et ẽiciẽtes eũ extra ciuitatẽ lapidabãt. Et testes deposuerunt vestimẽta sua sec⁹ pedes adolescẽtis q vocabat̃ saulus. Et lapidabãt stephanũ iuocãtez ⁊ dicẽtẽ. Dñe iesu accipe spũz meũ. Positis aũt genib⁹ clamauit voce magna dicẽs. Domine ne statuas illis hoc peccatũ. Et cũ hoc dixisſz: obdormiuit i dño. Grad. Sederunt ꝓncipes ⁊ aduersũ me loq̃bant̃ ⁊ iniq ꝑsecuti sũt me. ℣. Adiuua me dñe de⁹ me⁹: saluũ me fac ꝓpter misericordiã tuã. Alla. ℣. Uideo celos aptos: iesuz stãtẽ a dextris virtutis dei. Scõm mat theũ. xxiij. cap.

In illo tpe: Dixit iesus turb̃ iudeor̃ ⁊ principib⁹ sacerdotũ: Ecce ego mitto ad vos ꝓphetas ⁊ sapiẽtes ⁊ scribas: ⁊ ex illis occidetis ⁊ crucifigetis: ⁊ ex eis flagellabitis in synagogis vr̃is. Et ꝑsequmini de ciuitate in ciuitatẽ: vt veniat sup vos ois sanguis iustus: q effusus est super terrã: a sanguine abel iusti vsq ad sanguinem zacharie filij barachie: quem occidistis inter tẽplũ ⁊ altare Amen dico vobis: veniẽt hec oia super gñationẽ istã. Hierusalẽ hierusalẽ que occidis ꝓphetas: ⁊ lapidas eos qui ad te missi sunt. Quotiens volui congregare filios tuos quẽadmodum gallina cõgregat pullos suos sub alas: ⁊ nolusti? Ecce relinquet vob̃ dom⁹ vr̃a deserta. Dico enim vobis nõ me videbit̃ amodo donec dicatis: Bñdict⁹ qui venit in noie dñi. Offert. Elegerũt apostoli stephanũ leuitã plenũ fide ⁊ spũ sãcto: quẽ lapidauerũt iudei orantem ⁊ dicentem: dñe iesu accipe spiritũ meũ alla. Secreta.

Suscipe dñe munera ꝓ tuorum cõmemoratiõe sctõr: vt sicut illos passio glo

riosos efficit: ita nos deuotio reddat inocuos. Per. Cōio Uideo celos apertos ⁊ iesū stantem a dextris virtutis dei: dñe iesu accipe spiritū meum: ⁊ ne statuas illis hoc peccatum: qꝛ nesciunt qd faciunt. Postcō Auxilient̄ nobis dñe sūpta mysteria: ⁊ itercedēte btō stephano martyre tuo: sempiterna ꝓtectiōe ꝯfirmēt. Per. In octaua sci stephani. Oro.

Omnipotēs sempiterne deꝰ: q primitias martyrū in bti leuite stephāi sāguine dedicasti: tribue q̄s: vt pro nobis itercessor existat: q pro suis etiā ꝑsecutoribꝰ exorauit dñz nr̄m iesum xp̄m filiū tuū. Qui te. Secre. Suscipe dñe mu. Reqre vt̄s. Postcō. Auxilient̄ nob̄ do. vt̄s. In sci ioānis apl̄i ⁊ euāgeliste. Statio ad scāz mariā maiorē. Intro.

In medio ecclesie aperuit os eius: ⁊ impleuit eū dñs spiritu sapiētie ⁊ intellectus stola glorie induit euz. ps. Bonum est confiteri dño: ⁊ psallere noi tuo altissime. ℣. Glia. Oro.

Ecclesiā tuā dñe benignꝰ illustra: vt beati ioannis apl̄i tui ⁊ euāgeliste illuminata doctrinis: ad dona ꝑueniat sempiterna Per. Et fit cōmemoratio de natiuitate ⁊ de scō stephano. Lcō libri sapiētie.

Qui timet deuz faciet bona. Et q continēs est iusticie apprehēdet illā: ⁊ obuiabit illi q̄si mr̄ honorificata. Cibauit illū pane vite ⁊ itellectꝰ: ⁊ aq̄ sapie salutaris potabit illū. Et firmabit̄ in illo ⁊ nō flectet̄: ⁊ ꝯtinebit illū ⁊ nō cōfūdet̄: ⁊ exaltabit illū apd̄ ꝓximos suos. In medio eccl̄ie apiet os eiꝰ: ⁊ iplebit eū dñs spū sapie ⁊ itellectꝰ ⁊ stolā glorie iduet eū. Iocūditatē ⁊ exultationē thesaurizabit sup euz. Et noie eterno hereditabit illū dñs deus nr̄. Grad. Exijt sermo inter frēs q̄ discipulus ille nō morit̄. ℣. Sed sic eum volo manere donec veniam: tu me sequere. Alla. ℣. Hic est discipulus ille q testimoniū ꝑhibet de his: ⁊ scimꝰ qꝛ verum est testimoniū eius. Scōm ioānē. xx. ca.

In illo tpe: Dixit iesus petro: Seq̄re me. Cōuersus petrus vidit illū discipulū quē diligebat iesus sequētē: q ⁊ recubuit in cena sup pectus eius ⁊ dixit: Dñe qs est qui tradet te? Hūc ergo cū vidisset petrus dicit iesu: Dñe: hic aūt qd? Dicit ei iesus. Sic eū volo manere donec veniā: Quid ad te? Tu

me seq̃re. Exijt ergo sermo i
ter frẽs q̃ discipulus ille non
morit̃: ⁊ nõ dixit ei iesus quia
nõ morit̃: sed sic eũ volo ma/
nere donec veniam: qd ad te?
Hic est discipulus ille q testi
moniũ perhibet de his: ⁊ scri
psit hec. Et scimus q̃ veꝝ est
testimoniũ eius. Offer. Just⁹
vt palma florebit sicut cedrus q̃
in libano est multiplicabitur.

SUscipe dñe mu Secre.
nera q̃ in ei⁹ tibi solẽni/
tate deferimus: cuius nos cõ/
fidim⁹ patrocinio liberari. p.
Cõio. Exijt sermo inter fratres
q̃ discipulus ille nõ moritur: et
nõ dixit iesus nõ morit̃: sed sic
eũ volo manere donec veniam.

REfecti cibo Postcõio.
potuq̃ celesti de⁹ nr̃: te
supplices dep̃camur: vt in cu
ius hec cõmemoratiõe perce
pimus: eius muniamur ⁊ p̃ci
bus. Per. In festo scõꝝ inno
cẽtiũ. Statio ad scm̃ paulum

EX ore in/ Introit⁹.
santiũ deus ⁊ lacten
tiũ perfecisti laudez
ꝓpter inimicos tuos
℣. Dñe dñs nr̃ q̃ admirabile ẽ
nomẽ tuuz in vniuersa terra. ℣.
Gloria. Gloria in excelsis nõ
dr̃ nec Alla nec Ite missa est.
nisi hoc festũ venerit in dñica
sz i octaua semp dicunt̃. Oio

DEus cui⁹ hodierna die
preconiũ inocẽtes mar
tyres nõ loquẽdo sz moriẽdo
ꝯfessi sũt: oĩa in nobis vitioꝝ
mala mortifica: vt fidẽ tuam
quã lingua nr̃a loquit̃: etiam
morib⁹ vita fateat̃. Per. De/
inde fit cõmemoratio de nati
uitate ⁊ scõ stephano ⁊ scõ ioã
ne. Lectio libri apocalypsis
bti ioãnis apl̃i. xiiij. ca.

IN dieb⁹ illis: vidi supra
mõtem syõ agnũ stãtem: ⁊ cũ
eo cẽtuz q̃draginta quattuor
milia hñtes nomẽ eius ⁊ no/
mẽ patris eius scriptuz in frõ
tibus suis. Et audiui vocẽ de
celo tanq̃z vocẽ aquarũ mul/
tarũ: ⁊ tãq̃z vocẽ tonitrui ma
gni. Et vocẽ quã audiui sicut
cytharedorũ cytharizãtiũ in
cytharis suis. Et cãtabãt q̃si
cãticuz nouũ ante sedem dei
⁊ ante quattuor aĩalia ⁊ senio
res. Et nemo poterat dicere
cãticũ: nisi illa cẽtuz quadra/
ginta q̃ttuor milia: qui empti
sũt de terra. Hi sunt qui cum
mulierib⁹ nõ sunt coinqnati:
virgines enim sũt. Hi sequũ/
tur agnum quocũq̃z ierit. Hi
empti sunt ex oibus primitie
deo ⁊ agno: ⁊ in ore ipsorũ nõ
est inuẽtum mẽdacium. Sine
macula enim sunt ante thro/
num dei. Grad. Aĩa nr̃a sicut

passer erepta est de laqueo venā
tiū. ℣. Laqueus tontritus est: et
nos liberati sum⁹: adiutoriū no
strū in nomine dñi: q fecit celū ⁊
terraz. Alla. ℣. Laudate pueri
dñm: laudate nomē dñi. Tract⁹
subscriptus semper dicit: nisi
hoc festū venerit in dñica. In
octaua v̄o nunq̄ dr̄. Tract⁹.
Effuderūt sanguinem suū velut
aquam in circuitu hierl̄m. ℣. Et
nō erat qui sepeliret. ℣ Uindica
dñe sanguinē scōꝝ tuorū q effu
sus est sup terram. Scdm mat
theū. ij. capitulo.
In il
lo tempore: Angelus do
mini apparuit in somnis io
seph dicens: Surge ⁊ accipe
puerum ⁊ matrem ei⁹ ⁊ fuge
in egyptū ⁊ esto ibi vsq; dum
dicam tibi. Futurū est eniz vt
herodes querat pueꝝ ad per
dēdū eū. Qui cōsurgēs acce
pit puerū ⁊ matrem ei⁹ nocte:
⁊ secessit in egyptū: ⁊ erat ibi
vsq; ad obitū herodis: vt ad
impleret̄ qd̄ dictū est a dño p
ꝓphetā dicētē: Ex egypto vo
caui filiū meū. Tūc herodes
vidēs qm̄ illusus eēt a magis
irat⁹ est valde. Et mittēs occi
dit omnes pueros qui erāt in
bethleem: ⁊ in oib⁹ finib⁹ ei⁹
a bimatu ⁊ īfra ꝟm temp⁹ qd̄
exq̄sierat a magis. Tūc adim
pletū est qd̄ dictū est p hiere
miā ꝓphetā dicētē: Uox in ra
ma audita est: plorat⁹ ⁊ vlula
tus multus: rachel plorās fili
os suos: ⁊ noluit ꝯsolari quia
nō sūt. Offertor. Aia nr̄a sicut
passer erepta est de laqueo venā
tiū: laqueus contritus est: ⁊ nos
liberati sumus. Secreta.
Sanctoꝝ tuoꝝ nobis dñe
pia nō desit oro: q̄ ⁊ munera
nr̄a cōciliet: ⁊ tuā nobis idul
gētiā semp obtineat Per do.
Cōio. Uox in rama audita est:
plorat⁹ ⁊ vlulatus mult⁹ rachel
plorās filios suos: ⁊ noluit cōso
lari q: non sūt. Postcō.
Otiua dñe dona pcepi
mus: q̄ scōꝝ nob p̄cib⁹ ⁊ pre
sentis q̄s vite pariter ⁊ eterne
tribue ꝯferre subsidiū. Per.
In sācti thome epi ⁊ marty.
Gaudeam⁹ Introit⁹
omnes in domino di
em festū celebrantes:
sub honore beati tho
me martyris: de cuius passione
gaudent angeli ⁊ collaudant fili
um dei. ps. Exultate iusti in do
mino rectos decet laudatio. ℣.
Deus p Oratio. Gloria.
cui⁹ eccl'ia gloriosus pō
tifex thomas gladijs impioꝝ
occubuit: presta q̄s: vt oēs q
ei⁹ implorāt auxiliū: petitio
nis sue salutarem cōsequātur
effectū. Per. Et fit cōmemo



ratio de octꝫ. Epistola ad he/
breos. v. capl'o.

FRēs: Ois namq; pōtifex ex hominib⁹ assumptus pro hominib⁹ cōstituitur in his que sūt ante deum vt offerat dona ⁊ sacrificia ꝓ peccatis. Qui cōdolere possit his q ignorāt ⁊ errāt: quoniam ⁊ ipse circū datus est infirmitate. Et propterea debet quēadmodū ꝓ populo: ita etiā ⁊ ꝓ semetipso offerre ꝓ peccatꝫ. Nec quisq̄ sibi sumit honorē: sed qui vocat a deo tanq̄ aaron. Sic et christus nō semetipsum clarificauit vt pōtifex fieret: sed qui locutus est ad eum. Filius me⁹ es tu: ego hodie genui te Quemadmodū ⁊ in alio loco dicit: Tu es sacerdos i eternum ſm ordinem melchisedech. Grad. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuent⁹ similis illi qui conseruaret legez excelsi. Al'la. ℣. Ego sum pastor bon⁹ ⁊ cognosco oues meas: ⁊ cognoscūt me mee. Euāgelium. Ego sum pastor bonus. folio. 120. Offer. Posuisti dñe sup caput ei⁹ coronam de lapide precioso vitaz petijt a te et tribuisti ei al'la.

MUnera tibi Secreta. q̄s dñe dicata sanctifica: ⁊ intercedente beato thoma martyre tuo atq; pōtifice per eadem nos placatus intēde. Per. Cōio. Ego sum pastor bon⁹ al'la: et cognosco oues meas: et cognoscūt me mee al'la

HEc nos Postcōio al'la. cōmunio domine purget a crimine: et intercedēte beato thoma martyre tuo atq; pōtifice celestis remedij faciat esse cōsortes. Per. Si festum natiuitatis domini: sancti stephani: sancti ioānis euāgeliste: sanctorum inocētium vel sancti thome martyris venerit in dominica: ipso die nihil fit de dominica: sed die ꝓximo post festum sancti thome martyris fit officium dominice. De dñica v̄o que tūc venerit i octaua festi nihil penitus agit. Eo anno quo natiuitas dñi venerit die lune: in sabbato sequēti fiat officium de natiuitate totaliter scilz de missa maiori preter epl'am ꝓ qua dicitur: Apparuit benignitas. ꝛc. fol. 8. ⁊ euāgeliū ꝓ quo dicitur: Pastores loquebātur. fol. 8. Dñica infra octauaz natiuitatꝫ dñi. Introitus.



DUm mediū silentiū tenerent om̄ia: ⁊ nox in suo cursu medium ter haberet: omnipotēs sermo tu⁹ dñe de celis a rega

lib⁹ sedib⁹ venit. ℣. Dñs regna
uit decorē indut⁹ est: indutus est
dñs fortitudinē ⁊ p̄cinxit se. ℣.

O Mp̄s sē/ Oro. Gloria.
piterne de⁹: dirige act⁹
nr̄os in beneplacito tuo: vt in
nomine dilecti filij tui merea/
mur bonis opibus abūdare.
Per eū. Et fit cōmemoratio
de octauis. Epl̄a ad galathas

FRēs: Quanto .iiij.ca.
tpe heres paruul⁹ est:
nihil differt a seruo cū sit dñs
oim: sed sub tutorib⁹ ⁊ actori
bus ē vsq; ad p̄finitū tp̄s a pa
tre. Ita ⁊ nos cū essem⁹ par/
uuli: sub elemētis mūdi hui⁹
eram⁹ seruiētes. At vbi venit
plenitudo tp̄is: misit de⁹ filiū
suū factū ex muliere: factū sb̄
lege: vt eos q sub lege erāt re/
dimeret: vt adoptionē filiorū
recipemus. Qm̄ aūt estis filij
dei: misit deus sp̄m̄ filij sui in
corda vr̄a clamātē: Abba pr̄.
Itaq; iā nō est seru⁹ sed fili⁹:
q̄ si fili⁹ ⁊ heres p deū. Gra.
Speciosus forma pre filijs hoīz:
diffusa est gr̄a in labijs tuis. ℣.
Eructauit cor meū verbū bonū:
dico ego opera mea regi: lingua
mea calam⁹ scribe velociter scri/
bētis. Alla. ℣. Dñs regnauit de
corē induit: induit dñs fortitudi
nem ⁊ precinxit se virtute.

IN illo Scōz lucā. ij. ca.
tpe: Erāt ioseph ⁊ maria ma/
ter iesu mirantes sup his q̄ di
cebāt̄ de illo. Et bñ dixit illis
symeon: ⁊ dixit ad mariā ma
trē ei⁹: Ecce positus est hic in
ruinā ⁊ in resurrectionē mul
tor̄ in israel: ⁊ in signū cui cō
tradicet̄. Et tuāipsius animā
ptrāsibit gladi⁹: vt reuelētur
ex multis cordib⁹ cogitatōes.
Et erat anna ꝓphetissa filia
phanuel de tribu aser. Hec ꝓ
cesserat in dieb⁹ multis: ⁊ vi/
xerat cū viro suo annis septē
a virginitate sua. Et hec vi/
dua erat vsq; ad ānos octogi
taq̄tuor: q̄ nō discedebat de tē
plo ieiunijs ⁊ obsecratiōibus
seruiens deo die ac nocte. Et
hec ip̄a hora supueniēs ꝯfite
bat̄ dño: ⁊ loq̄bat̄ de illo oib⁹
qui expectabāt redēptionem
israel. Et vt pfecerūt oīa s̄m
legē dñi: reuersi sūt in galileā
in ciuitatē suā nazareth. Pu
er aūt crescebat ⁊ ꝯfortabat̄:
plenus sapientia. Et gr̄a dei
erat in illo. Offer. Deus eniz
firmauit orbē terre q non cōmo
uebit̄: parata sedes tua de⁹ extūc

Ca seculo tu es. Secreta.
Oncede q̄s op̄s de⁹: vt
oculis tue maiestatis munus
oblatū: ⁊ gr̄am nobis pie de/
uotionis obtineat: ⁊ effectum
beate p̄hēnitatis acqrat. P.

Cõio. Tolle puerũ ⁊ matrẽ eius et vade in terrã iuda: defũcti sũt eni qui querebant animã pueri. PEr huius dñe Postcõio opationẽ mysteriũ et vitia nr̃a purgent: ⁊ iusta desiderĩa cõpleant. ℣. Inscii vestri pape ⁊ pfessoris. Intr̃. SAcerdotes tui dñe induant iustitiã: ⁊ sancti tui exultent: propter dauid seruũ meũ nõ auertas faciẽ christi tui. ℣ Memẽto dñe dauid ⁊ oĩs mansuetudinis eius. ℣ Gloria. Oratio DA ãs ops deus: at beati silvestri pfessoris tui atq; põtificis veneranda solẽnitas: ⁊ deuotionẽ nobis augeat ⁊ salutẽ. ℣er. Et fit cõmemoratio de octaua. Epistola. Testificor coram deo. fol. 209. Grad. Ecce sacerdos magnus q in diebus suis placuit deo. ℣. Nõ est inuẽtus similis illi qui cõseruaret legẽ excelsi. Alleluia. ℣ Inueni dauid seruũ meũ oleo meo sancto vnxi eũ. Euãgeliũ Sint lumbi vestri precincti. fol. 112. Offert. Inueni dauid seruũ meũ: oleo meo sancto vnxi eũ: manus eni mea auxiliabit ei: ⁊ brachiũ meũ pfortabit eum. SAncti tui qñs Secre. dñe nos vbiq; letificẽt: vt dũ eorũ merita recolimus: patrocinia sentiamus'. ℣er. Cõio. Beatus seruus que cum venerit dñs inuenerit vigilantẽ: amen dico vobis sup omnia bona sua constituet eum. Postcõ. PResta ãs ops deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibẽtes: intercedẽte btõ silvestro confessore tuo atq; põtifice: bñficia potiora sumamus. ℣. Si festũ sanctũ silvestri in dñica venerit: officiũ fit de eo: ⁊ cõmemoratio dñica ⁊ de octauis. ¶ In octaua natiuitatis dñi. Statio ad scãm mariã trãs tyberim. In ℣Er natus troitus. est nobis ⁊ filius datus est nobis: cuius imperiũ super humerũ eius: et vocabit nomen eius magni consilij angelus. ℣ Cantate dño canticũ nouũ: quia mirabilia fecit. ℣. Gloria. Oĩo EUs qui salutis eterne beate marie virginitate fecũda humano generi pmia prestitisti: tribue ãs: vt ipsaz pro nobis intercedere sentiamus: per quã meruimus auctorem vite suscipere: Dñm nr̃m iesum christũ filiũ tuũ. Quite. Et nõdũ fit aliqua cõmemoratõ Epla Apparuit gra dei salutoris nostri. fol. 7. Grad. Viderũt oĩes fines terre salutare

Deus qui nob̃ nat. saluatoris diem celebrare
gr̃e octauũ fac ãs cuius pene diũi
nat. munus. ⁊ ſ̃nũb̃ rationale co-
mercio ꝓpit ℣

dei nr̃i: iubilate deo omnis terra
℣. Notũ fecit dominꝰ salutare
suũ ante cõspectũ gentiũ reuela/
uit iusticiam suã. Alla. ℣. Mul
tipharie olim deꝰ loquens patri
bus in ꝓphetis nouissime diebꝰ
istis locutꝰ est nobis in filio suo.

I Scdm lucam. ij. capitu.
In illo tpe: Postq̃ ꝯsũ/
mati sũt dies octo vt circũci/
deret puer: vocatũ est nomẽ
eius iesus: qd̃ vocatum est ab
angelo priusq̃ in vtero cõci/
peret. Et dr̃ Credo. Offerto.
Tui sũt celi ⁊ tua est terra orbem
terrarũ ⁊ plenitudinem eiꝰ tu fũ
dasti iusticia et iudiciũ prepara/
tio sedis tue. Secreta.

M Uneribꝰ nr̃is q̃s dñe
p̃cibusq̃ susceptis: ⁊ celestibꝰ
nos mũda mysterijs ⁊ clemẽ
ter exaudi. Per. Prefatio de
natiuit. fol. 99. Cõio. Uiderũt
oẽs fines terre salutare dei nr̃i.

H Ec nos cõio Postcõ.
dñe purget a crimine:
⁊ itercedẽte beata dei genitri
ce maria celestis remedij faci
at esse cõsortes. Per eũdem.
In octaua sancti stephani to/
tum officium misse dicitur si/
cut in die: preter oratiõez que
dicitur: Oipotẽs sempiterne
deꝰ qui primitias. fol. 10. ⁊ fit
cõmemoratio de scõ ioãne et
de inocẽtibꝰ. In octa. sãcti ioã
nis offm̃ misse dr̃ sicut i festo
eiꝰ. prima oro de die. scda de i
nocẽtibꝰ. tertia Deꝰ q salutis
eter. fol. 13. In octa. scõꝝ ino/
cẽtiũ offm̃ misse dicit̃ sicut in
die: excepto q Glia i excelsis
deo. ⁊ Alla. ⁊ Ite missa est. di
cũtur. prima oro de die. scda
Deꝰ q salutꝫ eter. fol. 13. tertia
Ecclie tue fol. 221. In vigilia
ephie fit totũ offm̃ misse d̃ dñi
ca preter euãgeliũ qd̃ dr̃ de vi
gilia. Defũcto herode. vt ifra
Introitus. Dum medium silen
tium. fol. 12. Prima oratio de
dñica secũda. Deus qui salu/
tis eterne. fol. 13. tertia. Eccle
sie tue. fol. 221. Scdm matthe
um. ij. capi.

I N illo tpe:
Defũcto herode ecce an
gelꝰ dñi apparuit in sõnis io
seph in egypto dicẽs: Surge
⁊ accipe puerũ ⁊ matrẽ eius:
⁊ vade in terram israel. Defũ
cti sũt enim qui querebãt ani
mam pueri. Qui cõsurgẽs ac
cepit puerum ⁊ matrem eius
⁊ venit in terrã israel. Audiẽs
autẽ q archelaus regnaret i
iudea ꝑ herode patre suo: ti/
muit illo ire. Et admõitus in
somnis: secessit in partes gali
lee. Et veniẽs habitauit in ci
uitate que vocatur nazareth
vt adipleret qd̃ dictũ est ꝑ ꝓ
phetas: qm̃ nazareꝰ vocabit̃.

In epiphania dñi. Statio ad sanctum petrum. Introitus.



Ecce aduenit dñator dominꝰ: et regnū in manu eiꝰ et potestas et iperiū. ℣. Deꝰ iudiciū tuū regi da: et iusticiā tuā filio regis. ℣. Glia. Oro. Deus q hodierna die vnigenitū tuū gētibꝰ stella duce reuelasti: pcede ppitiꝰ: vt q iā te ex fide cognouimꝰ: vsq ad cōtemplādā speciem tue celsitudinis pducamur. Per eū. Lectio esaie pphe. lx. capo. Surge illumiare hierlm q venit lumē tuū t gloria dñi super te orta est. Quia ecce tenebre operiēt terraz: et caligo populos. Sup te aut orief dñs: t gloria eiꝰ in te videbitur. Et ambulabūt gētes in lumie tuo: t reges in splēdore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos t vide. Oēs isti cōgregati sūt venerūt tibi. Filij tui de lōge veniēt t filie tue de latere surgēt. Tūc videbis et afflues: et mirabit t dilatabitur cor tuū: qñ cōuersa fuerit ad te multitudo maris: fortitudo gētium venerit tibi. Inundatio camelorum operiet te dromedarij madiā t epha. Omnes de saba veniēt aurum t thus deferentes: t laudem dño annūciātes. Grad. Omnes de saba venient aurum et thus deferentes: et laudes domino annunciantes. ℣. Surge et illuminare hierusalem: q: gloria dñi super te orta est. Alla. ℣ Uidimꝰ stellam eiꝰ in oriente: et venimꝰ cū muneribꝰ adorare dñm Scōm matthēū. ij. capitulo. Cum natus esset iesus in bethleem iude in diebꝰ herodis regis: ecce magi ab oriente venerunt hierosolymam dicētes: Ubi est qui natus est rex iudeorum? Uidimus enim stellam eius in oriente t venimus adorare eum Audiens autem herodes rex turbatꝰ est t omnis hierosolyma cum illo. Et cōgregans oēs pncipes sacerdotū et scribas populi: sciscitabatur ab

eis vbi christꝰ nasceretur. At illli dixerũt ei: In bethleez iu de. Sic eni scriptũ est per pro phetã: Et tu bethleẽ terra iu/ da nequaq̃z minima es in p̃n cipibus iuda: Ex te eni exiet dux q regat populũ meũ isrl̃ Tũc herodes clã vocatis ma gis diligẽter didicit ab eis tẽ pus stelle q̃ apparuit eis. Et mittẽs illos in bethleẽ dixit: Ite ⁊ interrogate diligẽter de puero: ⁊ cũ iueneritis renũci ate mihi: vt ⁊ ego veniẽs ado rem eũ. Qui cũ audissent re/ gẽ abierũt. Et ecce stella quã viderãt in oriente añcedebat eos: vsq̃z dũ veniẽs staret su/ pra vbi erat puer. Uidentes autez stellã gauisi sũt gaudio magno valde. Et itrãtes do/ mum iuenerũt puerũ cũ ma/ ria matre eius. Et procidẽtes adorauerũt eum. Et apertis thesaurꝫ suis obtulerũt ei mu nera: auruz: thus: ⁊ myrrhã: Et respõso accepto in somnis ne redirẽt ad herodez: per ali am viã reuersi sũt in regionẽ suã. Offer. Reges tharsis ⁊ in/ sule munera offerent: reges ara/ bũ ⁊ sabba dona adducẽt ⁊ ado/ rabũt euz oẽs reges terre: et oẽs

Eccle Sec. gẽtes seruiẽt ei. sie tue q̃s dñe dona ꝓpi/ tiꝰ ituẽ qbꝰ nõ iã aurũ thus ⁊ myrrha ꝓferr̃: sz qd̃ eisdẽ mu nerib⁹ declarar̃: imolar̃ ⁊ su/ mir̃. p. Prefatio. Eterne deꝰ qꝛ cũ vnigẽitꝰ. fol. 101. Infra actionẽ. Coicãtes ⁊ diẽ sacra tissimũ celebrãtes quo vnige nitꝰ. fol. 101. Et dicũt pocta. Coio. Uidimus stellam eius in oriente: ⁊ venimus cum muneri bus adorare dñm. Postcõio.

Presta q̃s op̃s deus: vt que solẽni celebramus officio: purificate mẽtis itelli gẽtia cõseq̃mur. Per. Infra octauã epiphie fit officiuz qd̃ in die: ⁊ post orõnez diei dicũt orõnes. Deꝰ q salutis eterne. fol. 13. ⁊ Ecclie tue. fo. 221. De festiuitatibꝰ v̄o q̃ infra octauã veniũt: nihil tũc agit̃: sz pacta octꝫ. celebrant̃. Dñica infra octauam epiphie. Introitus.

In excelso throno vi di sedere virũ quem adorat mltitudo an/ gelorũ psallentes in/ vnuz: ecce cuius imperij nomen est in eternum. ps. Jubilate deo omnis terra: seruite dño in leti/ cia. ℣. Gloria. Oratio.

Vota q̃s dñe supplican tis populi celesti pietate pro/ sequere: vt ⁊ que agẽda sũt vi deãt: ⁊ ad implẽda que vide rint ꝯualescãt. Per. Et fit cõ memoratio d̃ ephia. Epla ad

FRēs: romāos.xij.cap̄. Obsecro vos ꝑ miseri/cordiā dei: vt exhibeatis cor/pora vestra hostiā viuētē: sā/ctā deo placētē ratiōabile ob sequiū vestrū. Et nolite ꝯfor mari huic sc̄lo: sed reforma/mini in nouitate sēsus vestri: vt ꝓbetis q̄ sit volūtas dei bo na ⁊ bn̄placēs ⁊ ꝑfecta. Dico enim ꝑ gr̄am dei que data est mihi oībus q sūt iter vos: nō plus sapere q̄ꝫ oportet sape: sꝫ sapere ad sobrietatem: ⁊ vni cuiqꝫ sicut deꝰ diuisit mēsurā fidei. Sicut enī in vno corpo re multa mēbra habemꝰ: oīa aūt mēbra nō eūdē actū hn̄t: ita multi vnū corpus sumꝰ in xp̄o: singuli autē alter alteriꝰ membra: in xp̄o iesu dn̄o nr̄o. Grad̄ Bn̄dictus dn̄s deꝰ israel: qui facis mirabilia magna solus a seculo. ℣. Suscipiant montes pacē populo tuo: ⁊ colles iusti/ciaꝫ. Alla. ℣. Jubilate deo oīs terra: seruite domino in leticia.

CUm Scd̄m lucā.ij.ca factus essꝫ iesus annoꝝ duodecim: ascēdētibus illis hierosolymā ꝟm ꝯsuetudinē diei festi: cōsūmatisqꝫ diebus cum redirēt: remāsit puer ie/sus in hierl̄m: ⁊ nō cognoue/rūt parētes eius. Existimātes autem illum esse in comitatu venerūt iter diei: ⁊ reqrebant eum inter cognatos ⁊ notos. Et nō iueniētes regressi sunt in hierusalem reqrētes eum. Et factū est post triduū iuene rūt illū in templo sedētem in medio doctoꝝ audiētez illos ⁊ iterrogātez. Stupebāt autē oēs qui eū audiebāt sup pru/dētia ⁊ respōsis eius. Et vidē tes admirati sūt: ⁊ dixit mater ad illum: Fili quid fecisti no/bis sic? Ecce pater tuus ⁊ ego dolētes querebamꝰ te: Et ait ad illos: Quid est q̄ me que/rebatis. Nesciebatis quia in his que p̄ris mei sunt oportet me esse? Et ipsi nō itellexerūt verbum qd̄ locutus est ad il/los. Et descēdit cū eis: ⁊ venit nazareth: ⁊ erat subditꝰ illis. Et mater eius ꝯseruabat oīa v̄ba hec cōferēs in corde suo Et iesus ꝓficiebat sapiētia et etate: ⁊ gr̄a apud deū ⁊ hoīes Offer. Jubilate deo omnis ter ra: iubilate deo omnis terra: ser uite domino in leticia: intrate in conspectu eius in exultatione q̄ dominꝰ ipse est deus. Secreta.

OBlatū tibi dn̄e sacrifici um viuificet nos semp ⁊ muniat. Per. Coīo. Fili qd fecisti nobis sic: ego ⁊ pr̄ tuꝰ do/lētes q̄rebamꝰ te: ⁊ qd est q̄ me q̄rebatis: nesciebatis q̄ in his q̄

patris mei sunt oportet me esse.
Supplices Postcõio.
Ste rogamus op̃s deꝰ: vt quos tuis reficꝫ sacr̃is: tibi etiam placitis moribꝰ dignãter deseruire ꝯcedas. Per. Si festiuitas ephie in dñica venerit: suprascriptũ officiũ dñice fit sabbato infra octauaꝫ. In octaua ephie fit officiũ misse Introitꝰ. Ecce aduenit dñator. ꝑ ordinẽ. vt ĩ die ephie. fol. 14
Deus cuiꝰ vni/ Oratio.
genitus in substãtia nostre carnis apparuit: p̃sta q̃s: vt per eũ quẽ similẽ nobis foris agnouimus: ĩtus reformari mereamur. Qui te. Epla. Surge illuminare. folio. 14. Grad Oẽs de sabba. Alla. ℣. Uidimꝰ stellã. vt in die. fol. 14.
Scdm ioãnem. j. caplo.
In illo tpe: Uidit ioãnes iesum veniẽtẽ ad se: ⁊ ait. Ecce agnꝰ dei: ecce q tollit peccata mũdi: hic ẽ d̃ quo dixi: post me venit vir q ante me factꝰ ẽ qꝛ prior me erat: ⁊ ego nesciebam eũ. Sed vt manifestet in israel: ꝓpterea veni ego in aqua baptizãs. Et testimoniuꝫ ꝑhibuit ioãnes dicens. Quia vidi spiritũ descẽdẽtem quasi colũbam de celo: ⁊ mãsit sup eum. Et ego nesciebã eũ. Sꝫ q misit me baptizare in aqua ille mihi dixit: Sup quez videris spiritũ descẽdẽtẽ ⁊ manẽtem super eum: hic est q baptizat in spiritu sãcto. Et ego vidi ⁊ testimoniuꝫ perhibui: quia hic est filius dei. Offer. Reges tharsis. fol. 14. Secre.
Hostias tibi dñe pro nati filij tui apparitiõe deferimꝰ suppliciter exorãtes: vt sicut nr̃oꝝ ipse est auctor munerũ: ita sit ipse misericors et susceptor iesus christꝰ dñs noster. Qui tecũ. Cõio. Uidimꝰ
Stellam. fol. 14. Postcõ.
Celesti lumine quesumꝰ domine semper ⁊ vbiqꝫ nos preueni: vt mysterium cuius nos participes esse voluisti: ⁊ puro cernamus intuitu: ⁊ digno ꝑcipiamꝰ effectu. Per. Ab octaua ephie vsqꝫ ad purificationẽ: post oꝛonez diei dicunt iste oꝛones Deus q salutis eter. fol. 220 Ecclesie tue. fol. 221. vel Deus omniũ fidelium. fol. 221. Si tempus breue fuerit a dñica prima post octauam ephie vsqꝫ ad septuagesimam ita ꝙ officia dñicalia nõ possint expleri suis diebus: officia residuarum dñicarum distribuũtur per hebdomadam: si festum nõ impediat. Similiter fit de dñicis post octauã pẽthecostes vsqꝫ

ad aduētum. Dñica secūda post epiphaniam. Introitus



Omnis terra adoret te ⁊ psallat tibi: psalmū dicat nomini tuo altissime. ℣ Jubilate deo oīs terra: psalmum dicite nomini eius: date gloriā laudi ei⁹. ℣. Gloria. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus: q celestia simul ⁊ terrena moderaris: supplicatiōes populi tui clemēter exaudi ⁊ pacē tuā nr̄is ꝯcede tēporib⁹. Per. Epl̄a ad romāos .xij. ca.

Fratres: Habētes donatiōes ſm gr̄am que data est nobis differētes: siue ꝓphetiā ſm ratiōem fidei: siue ministeriuz in ministrādo siue q docet ī doctrina. Qui exhortat̄ in exhortādo. Qui tribuit in simplicitate: qui preest in sollicitudine. Qui miseret̄ in hylaritate. Dilectio sine simulatiōe: Odiētes malum: adherentes bono. Charitate fraternitatis inuicē diligētes honore inuicem preueniētes. Sollicitudine nō pigri. Spū feruētes: dño seruiētes. Spe gaudētes in tribulatiōe patiētes. Orationi instātes necessitatibus sāctorū cōmunicātes hospitalitatem sectātes. Benedicite persequētibus vos: bñdicite ⁊ nolite maledicere. Gaudete cū gaudētib⁹: flete cum flentibus. Idipsum inuicem sentientes. Nō alta sapiētes: sed humilib⁹ ꝯsentiētes. Grad. Misit dñs verbū suum: ⁊ sanauit eos: ⁊ eripuit eos de interitu eoꝝ. ℣. Cōfiteant̄ dño misericordie ei⁹: ⁊ mirabilia eius filijs hominū. Alla. ℣. Laudate dñm oēs angeli ei⁹: laudate euz om̄es virtutes ei⁹. Scd̄z ioānē ij. capi.

In illo tpe: Nuptie facte sūt i chana galilee: ⁊ erat mater iesu ibi. Vocatus est aūt iesus ⁊ discipuli eius ad nuptias. Et deficiēte vino: dicit mater iesu ad eum Vinum nō habēt. Dicit ei iesus: Quid mihi ⁊ tibi est mulier? Nōdum vēit hora mea. Dicit mater eius ministris. Qd̄cūqz dixerit vobis facite. Erāt autē ibi lapidee hydree sex posite ſm purificationē iudeoꝝ: capiētes singule metretas binas vl̄ ternas. Dicit eis iesus: Implete hydrias aqua Et impleuerūt eas vsqz ad sūmum. Et dicit eis iesus: Haurite nūc ⁊ ferte architriclino. Et tulerūt. Ut autez gustauit architriclinus aquam vinuz factuz: ⁊ nō sciebat vnde essz: ministri autē sciebāt qui hauserant aquam: vocat spōsum

archytriclinus ⁊ dicit ei: Omis hō primū bonū vinū ponit: et cū inebriati fuerint: tūc id qđ deterī⁹ est: Tu aūt seruasti bonū vinū vsq; adhuc. Hoc fecit initiū signoꝝ ihesus i chana galilee: ⁊ manifestauit gloriā suā. et crediderūt i eū discipuli eī⁹. **Offer.** Jubilate deo vniuersa terra: psalmū dicite nomini eī⁹: venite ⁊ audite ⁊ narrabo vobis oēs q timetis deū quanta fecit dñs aie mee alla. **Secreta**

OBlata dñe munera sanctifica: nosq; a pctōrū nrōꝝ maculis emūda. Per. **Cōio.** Dicit dñs: implete hydrias aqua ⁊ ferte archytriclino: dū gustasset archytriclinus aquam vinū factū dicit spōso: seruasti vinū bonū vsq; adhuc: hoc signuꝝ fecit ihesus pmū coꝝ discipulis suis

AUgeat in nob **Postcō** dñe q̄s tue virtutis opatio: vt diuinis vegetati sacris ad eoꝝ pmissa capienda: tuo munere ꝓparemur. p. **Dñica tertia post epiphām. Introit**

ADorate deū oēs angeli eī⁹: audiuit ⁊ letata est syon: ⁊ exultauerunt filie iude. **℣.** Dñs regnauit exultet terra: letētur insule multe. **℣** Glia. **Oio**

OMnps sempiterne de⁹: infirmitatē nrām ppitius respice: atq; ad ptegēdū nos: dexterā tue maiestatis extēde. **℣.** **Epla ad Romāos.**

FRatres: Nolite xij.ca. esse prudētes apō vosmetipsos: nulli malū ꝓ malo reddētes: puidētes bona nō tm̄ coꝝ deo: sed etiā coꝝ omnib⁹ hoīb⁹. Si fieri pōt qđ ex vobis est: cū oīb⁹ hoīb⁹ pacē habētes: nō vosmetipsos defēdētes charissimi: sed date locū ire. Scriptū est enī: Mihi vindictā ⁊ ego retribuā dicit dñs. Sed si esurierit inimic⁹ tuus: ciba illum. Si sitit: potum da illi: hoc enim faciens carbones ignis congeres sup caput eius. Noli vinci a malo: sed vince in bono malum. **Grad.** Timebunt gētes nomen tuū dñe. ⁊ oēs reges terre gliam tuā. **℣.** Quoniā edificauit dñs syon: ⁊ videbit in maiestate sua. **Alla. ℣** Dñs regnauit exultet terra: letent insule mlte. **Scōm**

Matthēum. viij. capitlo

IN illo tpe: Cū descēdisset ihesus de mōte: secute sunt eum turbe multe. Et ecce lepr̄osus veniēs adorabat eum dicens: Dñe si vis potes me mūdare. Et extendēs manuꝝ ihesus tetigit eū dicens: Volo: Mūdare. Et ꝓtinus mūdata ē lepra eī⁹. Et ait illi ihesus:

Uide nemini dixeris: sz vade ostẽde te sacerdoti ⁊ offer munus: qđ p̄cepit moyses i testimoniũ illis. Cũ aũt introisset capharnaũ: accessit ad eũ cẽturio rogãs ⁊ dicẽs: Dñe puer me⁹ iacet in domo paralyticus ⁊ male torquet̃. Et ait illi iesus: Ego veniam ⁊ curabo eũ. Et rñdẽs cẽturio ait: Dñe nõ sum dign⁹ vt intres sub tectũ meũ sz tm̃ dic v̄bo: ⁊ sanabit̃ puer me⁹. Nã ⁊ ego hõ sũ sub ptãte ꝯstitut⁹: hñs sub me milites. Et dico huic vade et vadit: ⁊ alio veni ⁊ vẽit: ⁊ seruo meo fac hoc ⁊ facit. Audiens aũt iesus mirat⁹ ẽ: ⁊ seq̃ntib⁹ se dixit: Amẽ dico vobis nõ inueni tantã fidẽ in israel. Dico autẽ vobis ꝙ multi ab oriẽte ⁊ occidẽte veniẽt: et recũbent cũ abraã ysaac ⁊ iacob in regno celoꝝ. Filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores: Ibi erit fletus ⁊ stridor dẽtiũ. Et dixit iesus cẽturioni: Uade ⁊ sicut credidisti fiat tibi. Et sanat⁹ ẽ puer i illa hora. Offer. Dextera dñi fecit virtutẽ: dextera dñi exaltauit me nõ moriar sz viuã ⁊ narrabo opa

Hec hostia Secre. dñi. q̃s dñe emũdet nr̃a delicta: ⁊ ad sacrificiũ celebrandũ; subditoꝝ tibi corpa mentesq; sanctificet. Per. Cõio. Mirabant̃ oẽs de his q̃ ꝓcedebãt de ore dei. Postcõ.

Quos tãtis dñe largiris vti mysterijs: q̃s vt effectib⁹ nos eoꝝ veraciter aptare digneris. Per. Dñica.iiij.post epiphiã. Introitus.

Adorate dñm oẽs angeli ei⁹: audiuit ⁊ letata ẽ syon: ⁊ exultauerũt filie iude. ps. Dñs regnauit exultet terra: letẽt̃ insule multe. ℣ Glia. Hoc offm̃ dr̃ ꝑ oẽs dnicas vsq; ad septuagesimã. Regre i dñica p̄cedẽti. Oro

Deus q nos in tantis periculis ꝯstitutos: ꝑ humana scis fragilitate nõ posse subsistere: da nobis salutez mẽtis ⁊ corpis: vt ea q̃ ꝑ peccatis nr̃is patimur: te adiuuãte vincam⁹. P. Epla ad Romanos.xiij.cap.

Frẽs: Nemini qcq̃ debeatis nisi vt inuicez diligatis. Qui eni diligit ꝓximũ legẽ impleuit. Nã nõ adulterabis: non occides: nõ furaberis: nõ falsum testimoniũ dices: nõ ꝯcupisces rẽ ꝓximi tui. et si qđ ẽ aliud mãdatũ: in hoc verbo instaurat̃: Diliges ꝓximũ tuum sicut teipsũ. Dilectio ꝓximi malũ non opat̃. Plenitudo ergo leg̃ ẽ dilectio. Grad.

Timebũt gẽtes. Alla. ℣. Dñs regnauit exultet. fol.16. Scdm

IN il.tpe: matth.viij.ca. Ascẽdẽte iesu in nauiculã: secuti sũt eũ discipuli eius. Et ecce motus magnꝰ factꝰ ẽ in mari: ita vt nauicula opiretur fluctibꝰ. Erat aũt illis vẽtus cõtrariꝰ. Ipe v̄o dormiebat. Et accesserũt discipuli ⁊ suscitauerũt eũ dicentes: Dñe salua nos pimꝰ. Et dicit eis: Quid timidi estis modice fidei? Tũc surgẽs impauit ventis ⁊ mari: ⁊ facta ẽ trãquillitas magna. Porro hoies mirati sũt dicẽtes: Qualis ẽ hic: quia vẽti ⁊ mare obediũt ei?

Offerto. Dextera dñi. fol.17.

OConcede q̃s op̃s Secr. deꝰ: vt huius sacrificij munꝰ oblatũ: fragilitatẽ nr̃az ab oi malo purget sp ⁊ muniat. P. Cõio. Mirabant. folio

MUnera isto. Postcõ. tua nos deꝰ a delectatiõibꝰ terrenis expediãt: ⁊ celestibꝰ sp instruãt alimẽtꝫ. P.

Dñica.v.post epiphi. Intro. Adorate deũ. folio isto. Oro.

FAmiliã tuã q̃s dñe ꝯtinua pietate custodi: vt q̃ in sola spe gr̃e celestis innitit: tua sp ꝓtectõe muniat. P.

FEpla ad colossẽ.iij.ca. Rẽs: Induite vos sicut electi dei scti ⁊ dilecti viscera misericordie: benignitatẽ: hũilitatẽ: modestiã: patientiã supportantes inuicẽ: ⁊ donãtes vobismetipsis: siqs aduersus aliquẽ habet q̃relam. Sic̃ et dñs donauit vob̃: ita ⁊ vos. Sup oia aũt hec charitatẽ habẽtes: qd̃ ẽ vinculũ pfectiõis. Et pax christi exultet i cordibꝰ vestris: in qua ⁊ vocati estis in vno corpore: ⁊ grati estote. Uerbũ xp̃i habitet in vobis abũdãter: in oi sapientia. Docẽtes ⁊ cõmonẽtes vosmetipsos in psalmis hymnis et cãticis spiritalibꝰ in gr̃a: cãtãtes in cordibꝰ vr̃is dño. Oẽ aũt qd̃cũq; facitis in v̄bo aut in ope: oia in nomie dñi nr̃i iesu xp̃i facite: gr̃as agẽtes deo et patri: p iesũ xp̃m dñm nr̃z.

Grad. Timebũt gẽtes. Alla. ℣ Dñs regnauit exultet. folio.16.

I Scdm mattheũ.xiij.ca. IN illo tẽpe: Dixit iesus discipl'is suis parabolã hanc: Sil'e factũ ẽ regnũ celoꝝ hoi q semiauit bonũ semẽ i agro suo. Cũ aũt dormirẽt hoies: venit inimicꝰ eiꝰ ⁊ supseminauit zizania in medio tritici: et abijt. Cũ aũt creuisset herba et fructũ fecisset: tũc apparuerũt ⁊ zizania. Accedẽtes autẽ serui patrissamilias dixerunt

ei: Dñe nõne bonũ semẽ semi
nasti in agro tuo? Unde ergo
habet zizãia? Et ait illis: Ini-
micꝰ hõ hoc fecit. Serui aũt
dixerũt ei: Uis imus ꝛ colligi
mus ea? Et ait: Non: ne forte
colligẽtes zizania: eradicetis
cum eis simul ꝛ triticũ: sinite
vtraq; crescere vsq; ad messẽ
et i tpe messis dicã messorib⁹:
Colligite primũ zizania: ꝛ al
ligate ea in fasciculos ad cõ/
burẽdũ. Triticũ aũt congrega/
te in horreũ meu;. Offertoꝛ.
Dextera dñi. fol. 17. Secreta.

HOstias tibi dñe nostre
placatiõis offerim⁹: vt
et delicta nra miserat⁹ absol/
uas: ꝛ nutantia corda tu diri/
gas. P. Cõio. Mirabant oẽs
Quesu fol. 17. Postcõ.
m⁹ ops de⁹ vt illi⁹ salu
taris capiam⁹ effectu;: cui⁹ p
hec mysteria pign⁹ accepim⁹
Per. Dñica i. lxx. Statio ad
scm laurẽtiũ extra murũ. In.

QIrcũdederunt me gemitus
mortis: dolores i-
ferni circũdederũt
me: ꝛ in tribulati-
õne mea invocaui dñm ꝛ exaudi
vit de tẽplo scõ suo vocẽ meã. ℣
Diligã te dñe fortitudo mea: do-
min⁹ firmamẽtũ meũ ꝛ refugiũ
meũ ꝛ liberator me⁹. ℟. Gloria.

PReces popli tui Oio.
q̃s dñe clemẽter exau-
di: vt q iuste p pctis nr̃is affli
gimur: p tui nois gl̃ia miseri
corditer liberemur. P. Epla
ad corinth. j. capto. ix.

FRẽs: Nescitis q̃ hi q i
stadio currũt: oẽs qdẽ currũt
sed vnus accipit brauiũ. Sic
curritis vt cõprehẽdatis. Dis
ci q in agõe cõtẽdit ab oibus
se abstinet. Et illi qdẽ vt cor/
ruptibilẽ coronã accipiãt: nos
aũt incorruptaz. Ego igit sic
curro: nõ quasi in incertũ: sic
pugno nõ quasi aerẽ v̄berãs:
sed castigo corp⁹ meũ ꝛ in ser
vitutẽ redigo: ne forte cũ alijs
pdicauerim: ipse reprob⁹ effi
ciar. Nolo eni vos ignorare
fratres q̃m patres nr̃i omnes
sub nube fuerunt: ꝛ oẽs mare
trãsierũt: ꝛ oẽs i moyse bapti-
zati sũt in nube ꝛ in mari. Et
oẽs eãdẽ escã spũalẽ mãduca
verũt: ꝛ oẽs eũdẽ potũ spũalẽ
biberũt. Bibebãt aũt de spũ/
ali psequẽte eos petra: petra
aũt erat christ⁹. Grad. Adiu/
tor in oportunitatib⁹ in tribu/
latiõe sperẽt in te q nouerũt te:
q̃m nõ derelinq̃s q̃rẽtes te dñe.
℣. Q̃m nõ in finem obliuio erit
paupis: patiẽtia paupis nõ peri/
bit in eternũ: exurge dñe nõ p̃ua
leat hõ. Tractus. De profũdis

clamaui ad te dñe: dñe exaudi
vocē meā. ℣ Fiāt aures tue ītēdē
tes in oīonē serui tui. ℣ Si iniq
tates obseruaueris dñe: dñe qs
sustinebit? ℣ Quia apud te ꝓpi
tiatio est: ⁊ ꝓpter legem tuā susti
nui te domine. Scdm matthe
um.xx.capl'o.

IN illo tē
pore: Dixit iesus disci/
pulis suis parabolam hanc:
Simile est regnum celorum
hoī patrifamilias: q exijt pri/
mo mane ꝯducere oparios i
vineā suā. Cōuētiōe aūt facta
cū oparijs ex denario diurno
misit eos i vineā suā. Et egres
sus circa horā tertiā: vidit ali
os stātes in foro ociosos: et il/
lis dixit: Ite ⁊ vos in vineaz
meā: ⁊ qd iustum fuerit dabo
vobis. Illi aūt abierūt. Iteꝝ
aūt exijt circa sextā ⁊ nonam
horā: ⁊ fecit simil'r. Circa vn/
decimā v̄o horā exijt: ⁊ inue/
nit alios stantes: et dicit illis.
Quid hic statis tota die ocio/
si? Dicūt ei: Quia nemo nos
ꝯduxit. Dicit illis: Ite ⁊ vos
in vineā meā. Cū sero aūt fa/
ctū esset: dixit dñs vinee ꝓcu/
ratori suo: Voca operarios et
redde illis mercedē: incipiēs
a nouissimis vsqꝫ ad primos.
Cū venissent ergo q circa vn
decimā horā venerāt: accepe
rūt singl'os denarios. Veniē/
tes aūt ⁊ primi arbitrati sūt ꝙ
plus essent recepturi. Accepe
rūt aūt ⁊ ipsi singl'os denari/
os. Et accipiētes murmura/
bant aduersus patrēfamilias
dicētes: Hi nouissimi vna ho
ra fecerūt: ⁊ pares illos nobis
fecisti: qui portauim⁹ pōdus
diei ⁊ estus. At ille rñdēs vni
eoꝝ dixit: Amice nō facio ti/
bi iniuriā. Nonne ex denario
ꝯuenisti mecū? Tolle qd tuū
est ⁊ vade. Volo autē ⁊ huic
nouissimo dare: sicut et tibi.
Aut non licet mihi facere qd
volo? An oculus tu⁹ nequā ē:
qꝛ ego bon⁹ suz. Sic erūt no/
uissimi primi: ⁊ primi nouissi
mi. Multi eni sūt vocati: pau
ci v̄o electi. Offer. Bonū est
confiteri dño: ⁊ psallere noī tuo

MUne Secre. altissime.
rib⁹ nr̄is q̄s dñe preci
busqꝫ susceptis: et celestibus
nos mūda mysterijs: ⁊ clemē/
ter exaudi. P. Cōio. Illumi/
na faciē tuā sup seruū tuū: ⁊ sal/
uum me fac i tua miscōia: dñe nō
ꝯfūdar qm̄ iuocaui te. Postcō.

FIdeles tui deus ꝑ tua
dona firment': vt eadez
et ꝑcipiēdo reqrāt: ⁊ q̄rēdo fi/
ne fine ꝑcipiāt. P. A septua/
gesima vsqꝫ ad feriā.iiij. cine/
rū nō cātat tract⁹: nisi i dñicꝫ
et dieb⁹ festis. Dñica i sexa.

gesima. Statio ad scm̃ paulũ

Exurge Introitus. quare obdormis domine: exurge ⁊ ne repellas in finẽ: quare faciẽ tuã auertis: obliuiscris tribulationẽ nr̃am: adhesit in terra vẽter nr̃: exurge dñe adiuua nos et libera nos. ℟. Deꝰ auribꝰ nostris audiuimꝰ: patres nr̃i annũciauerũt nobis. ℣. Glia. Oro. Deus qui cõspicis qꝛ ex nulla nr̃a actiõe confidimus: ꝓcede ꝓpitius: vt contra aduersa oia doctoris gentiuꝫ ꝓtectione muniamur. Per. Epistola ad corinth. ii. cap. ii.

Frẽs: Libẽter suffertis insipientes: cũ sitis ipi sapientes. Sustinetis enim si quis vos in seruitutẽ redigit: si qs deuorat: si qs accipit: si qs extollit: si qs in faciẽ vos cedit. Scõm ignobilitatẽ dico: quasi nos infirmi fuerimꝰ in hac pte. In quo qs audet: in insipientiã dico: audeo ⁊ ego. Hebrei sũt: ⁊ ego. Israelite sũt: ⁊ ego. Semẽ abrae sunt: ⁊ ego. Ministri xpi sunt: ⁊ ego. Ut minus sapiẽs dico: plus ego. In laboribꝰ plurimis: in carceribꝰ abũdãtius: in plagis supra modũ: in mortibꝰ frequẽter. A iudeis qnges quadragenas vna minꝰ accepi. Ter virgis cesus sũ. semel lapidatus sũ. ter naufragiũ feci. Nocte ⁊ die in ꝓfundo marꝭ fui. In itineribꝰ sepe: periculis fluminũ: periculis latronũ: periclis ex genere: periculis ex gẽtibꝰ: periculis in ciuitate: periculis in solitudine: periculis in mari: periculis in falsis fratribꝰ. In labore ⁊ erũna: in vigiliis multis: in fame ⁊ siti: in ieiuniis multis: in frigore ⁊ nuditate. Preter illa q̃ extrinsecus sũt instãtia mea quotidiana solliciturdo oim eccl'iarũ. Quis infirmatur: et ego nõ infirmor? Quis scandalizat: ⁊ ego non vror? Si gliari oportet: q̃ infirmitatis mee sũt gliabor. Deꝰ et pater dñi nr̃i ihesu xpi scit: q̃ est bñdictꝰ in secla qꝝ nõ mẽtior. Damasci ꝓpositꝰ gentis arethe regis custodiebat ciuitatẽ damascenoꝝ: vt me comprehenderet. Et p fenestrã in sporta dimissus sũ p murũ: et sic effugi manꝰ eiꝰ. Si gliari oportet: nõ expedit qdẽ. Uenias aũt ad visiões ⁊ reuelationes dñi. Scio hoiem in xpo ante annos q̃tuordecim: siue i corpe siue extra corpꝰ nescio: deus scit: raptũ huiusce modi vsq; ad tertiũ celũ. Et scio huiusmodi hoiem: siue in corpe siue extra corpꝰ nescio: deꝰ scit

qm̃ rapt⁹ ē in paradīsū: ⁊ audiuit archana v̄ba: q̄ nō licet homini log. Pro huiusmodi gl'iabor: p me aūt nihil gl'iabor: nisi in infirmitatib⁹ meis Mā ⁊ si voluero gl'ari: nō ero insipiēs: v̄itatē eni dicā. Parco aūt ne qs me existimet sup̄ id qō videt i me: aut audit aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelationuz extollat me: datus ē mihi stimulus carnis mee: angelus sathane: q me collaphizet. Propter qō ter dn̄m rogaui: vt discederet a me: ⁊ dixit mihi: Sufficit tibi gr̄a mea: nā virtus in infirmitate pficit. Libenter igit gl'iabor in infirmitatib⁹ meis: vt inhabitet in me virt⁹ chr̄isti.

Gra. Sciāt gētes qm̃ nomē tibi deus: tu solus altissim⁹ sup oēm terrā. ℣. Deus me⁹ pone illos vt rotā: ⁊ sicut stipulā ante faciez vēti. **Tractus.** Cōmouisti dne terrā ⁊ p̄turbasti eā. ℣. Sana cōtritiōes ei⁹ q̄z mota est. ℣. Ut fugiāt a facie arcus vt liberent electi tui. **Scōm lucā. vij. capō**

In illo tpe: Cum turba plurima p̄uenirēt: et de ciuitatib⁹ pperarēt ad iesuz: dixit p silitudinē: Exīt q seminat seminare semē suū. Et dū seminat: aliud cecidit sec⁹ viā: ⁊ cōculcatū ē: ⁊ volucres celi comederūt illud. Et aliud cecidit supra petrā: ⁊ natū aruit: q̄z nō habebat humorē. Et aliud cecidit inter spinas: et simul exorte spine suffocauerūt illud. Et aliud cecidit in terrā bonā: ⁊ ortū fecit fructū cētuplū. Hec dicēs clamabat: Qui habet aures audiēdi audiat. Interrogabāt aūt eū discipuli ei⁹ q̄ esset hec parabola. Quib⁹ ipse dixit: Vobis datū ē nosse mysteriū regni dei: ceteris aūt in paboli: vt videntes nō videāt: ⁊ audiētes nō intelligāt. Est aūt hec parabola: Semē est v̄bū dei. Qd aūt secus viā hi sūt q audiūt: deinde venit diabolus ⁊ tollit verbū de corde eor̄: ne credētes salui fiāt. Mā qō supra petrā: hi sunt q cū audierint cū gaudio suscipiūt v̄bū: Et hi radices nō habēt: quia ad tps credūt: ⁊ in tpe tētationis recedūt. Qd aūt in spinis cecidit: hi sūt q audierūt: et a sollicitudinib⁹ ⁊ diuitijs ⁊ voluptatib⁹ vite eūtes suffocāt: et nō referūt fructū. Qd autē cecidit in terrā bonā: hi sūt q in corde bono ⁊ optimo audientes v̄bū retinēt: ⁊ fructū afferūt in patiētia. **Offer.** Perfice gressus meos in semitis tuis vt nō moueant vestigia mea: in/

clina aurē tuā ⁊ exaudi vba mea mirifica misericordias tuas q̄ salvos facis sperātes tē dñe. Sec.

OBlatū tibi dñe sacrificium vivificet nos sēp et muniat. ℣. Cōio. Introibo ad altare dei ad deū q̄ letificat iuuentutē meā. ℣ Postcōio.

Supplices te rogamus oēs deus: vt quos tuis reficis sacramētis: tibi etiā placitis moribꝰ dignāter deservire cōcedas. ℣. Dnica in qnquagesima. Statio ad sctm̄ petrū

ESto mihi Introitꝰ. in deū ꝓtectorē et in locū refugij vt salvū me facias: qm̄ firmamētū meū ⁊ refugiū meū es tu: ⁊ ꝓpter nomē tuū dux mihi eris ⁊ enutries me. ℣ In te dñe speravi nō cōfundar in eternū: in iustitia tua libera me. ℣ Glia. Oīo.

PReces nr̄as q̄s dñe clementer exaudi: atq̄ a pctōr̄ nr̄oꝝ vinculis absolutos: ab oī nos aduersitate custodi. ℣. Epla ad corinth. j. cap. xiij.

FRēs: Si linguis hominū loquar ⁊ angelorū: charitatē aūt nō habeā: factꝰ sū velut es sonans: aut cymbalum tinniēs. Et si habuero ꝓphetiā ⁊ nouerim mysteria oia ⁊ oēm sciētiā: et si habuero omnē fidem ita vt mōtes trāsferā: charitatē aūt nō habuero: nihil sū. Et si distribuero in cibos pauperuꝫ oēs facultates meas: et si tradidero corpus meū ita vt ardeā: charitatē aūt nō habuero: nihil mihi ꝓdest. Charitas patiēs est: benigna ē. Charitas nō emulat: nō agit ppera: nō inflat: nō ē ambitiosa: nō querit q̄ sua sūt. Nō irritatur: nō cogitat malū: nō gaudet sup iniquitatē: cōgaudet aūt vitati. Oia suffert: oīa credit: oia sperat: oia sustinet Charitas nunq̄ excidit. Sive ꝓphetie euacuabunt: sive lingue cessabūt: sive scientia destruet. Ex pte eni cognoscimus: ⁊ ex pte ꝓphetamꝰ. Cū aūt venerit qd̄ ꝓfectū est: euacuabit qd̄ ex parte ē. Cū essez paruulus loq̄bar vt paruulꝰ: sapiebā vt paruulꝰ: cogitabā vt paruulꝰ. Qñ aūt factꝰ sum vir: euacuaui q̄ erāt paruuli. Videmꝰ nūc ꝑ speculū in enigmate: tūc aūt facie ad faciē. Nūc cognosco ex pte: tūc aūt cognoscā: sicut ⁊ cognitꝰ sum. Nunc aūt manent fides spes charitas hec tria: maior autē horū ē charitas. ℣: ad. Tu es deus q̄ facis mirabilia solus: notā fecisti in gētibꝰ virtutē tuā. ℣. Liberasti in brachio tuo popm

tuũ filios isrl̃ ⁊ ioseph. Tract⁹. Jubilate deo oĩs terra: seruite dño in letitia. ℣ Intrate in conspectu eius in exultatiõe: scitote q̃ dñs ipse ẽ deus. ℣ Ipse fecit nos ⁊ nõ ip̃i nos: nos aũt ppl̃us ei⁹ ⁊ oues pascue ei⁹. Scdm lu cã.xviij.ca.

In illo tpe: Assumpsit iesus duodecim discipl̃os suos: ⁊ ait illis: Ecce ascẽdim⁹ hierosolymã et ꝯsummabunt̃ oĩa q̃ scripta sũt p ꝓphetas de filio homĩs. Tradet̃ eni gẽtib⁹: ⁊ illudet̃: et flageliabit̃: ⁊ ꝯspuetur. Et postq̃z flagellauerint occidẽt eum: ⁊ die tertia resurget. Et ipsi nihil hoꝝ intellexerunt. Erat aũt v̄bũ istud abscondi tũ ab eis: ⁊ nõ intelligebãt q̃ dicebant̃. Factũ est aũt cũ appropinq̃ret hiericho: cec⁹ q̃dã sedebat sec⁹ viã mẽdicãs. Et cũ audiret turbã p̃tereuntẽ: interrogabat qd hoc esset. Dixerũt aũt ei q̃ iesus nazaren⁹ trãsiret. Et clamauit dicens: Jesu fili dauid miserere mei. Et q p̃ibãt increpabant eũ vt taceret. Ipse v̄o multo magis clamabat: Fili dauid miserere mei. Stãs aũt iesus iussit illũ adduci ad se: et cuz appropinq̃sset: iterrogauit illũ dicẽs: Quid tibi vis faciã? At ille dixit: Dñe vt videã. Et iesus dixit illi: Respice: Fides tua te saluũ fecit. Et ꝯfestim vidit: ⁊ seq̃bat̃ illum magnificans deũ. Et oĩs plebs vt vidit dedit laudẽ deo. Offerto. Bñdictus es dñe doce me iustificatiões tuas: bñdict⁹ es dñe doce me iustificatiões tuas: in labiis meis ꝓnũciaui omnia iudicia

Hec ho Secre. oris tuistia q̃s dñe emũdet nostra delicta: ⁊ ad sacrificiũ celebrãdũ: subditoꝝ tibi corpa mẽtesq̃z sanctificet. P. Cõio. Mãducauerũt ⁊ saturati sũt nimis: ⁊ desideriuz eoꝝ attulit eis dñs: nõ sunt fraudati a desiderio

Quesum⁹ Postcõ. suo. op̃s de⁹ vt q celestia alimẽta ꝑcepim⁹: ꝑ hec ꝯtra oĩa aduersa muniamur. Per d.

Feria q̃rta cineru ante missa bñdicunt̃ cineres facti de ramis bñdictis preteriti anni si habent̃ in medio chori añ altare: hoc mõ primo cãtat̃ añ.

Exaudi nos dñe qm̃ benigna est miscõia tua ꝟm multitudinẽ miserationũ tuaruz respice nos dñe. ℣ Saluuz me fac de⁹ qm̃ intrauerũt aq̃ vsq̃z ad aĩaz meã. ℣ Glia. et repetit̃ añ Exaudi nos. Deide di Dñs vo

Omp̃s sẽpi Oro. biscũ. terne de⁹ ꝑce metuẽtib⁹

ꝓpitiare supplicātib⁹: ⁊ mit/
tere dignerꝫ sctm̄ angelū tuū
d̄ cel: q bene ✠ dicat ⁊ sācti ✠
ficet hos cineres: vt sint reme
diū salubre oīb⁹ nomē sāctuꝫ
tuū humiliter implorātibus:
ac semetipsos ꝑ ꝯsciētia deli/
ctoꝝ suoꝝ accusantibus ante
ꝯspectū diuine clemētie tue:
facinora sua deplorātib⁹: vel
serenissimā maiestatē tuā sup
pliciter obnixeqꝫ flagitātib⁹:
et p̄sta ꝑ inuocationē sāctissi/
mi nois tui: vt qcūqꝫ eos sup
se aspserint ꝑ redēptiōe pctō/
rū suoꝝ: corpis sanitatē ⁊ ani/
me tutelā ꝑcipiāt: ꝑ christum
dn̄m nr̄m. ℟. Amen. Oro.

DEus q nō mortē sꝫ peni
tētiā desideras pctōrū:
fragilitatē ꝯditiōis humane
benignissime respice: et hos
cineres quos causa ꝓferende
humilitatis: atqꝫ ꝓmerende
venie capitibus nr̄is imponi
decreuim⁹: benedicere ꝑ tua
pietate dignare: vt q nos cine
rē esse: ⁊ ob prauitatis nr̄e me
ritū in puluerē reuersuros co
gnoscim⁹: pctōꝝ oīm veniaꝫ
et p̄mia penitētib⁹ repromis/
sa misericorditer cōseq mere/
amur: ꝑ xp̄ꝫ dn̄ꝫ nr̄ꝫ. ℟. Amē

DEus q nos hu/ Oro.
miliatiōe flecteris: sa/
tisfactiōe placaris: aureꝫ tue
pietatis inclina p̄cib⁹ nr̄is: et
capitib⁹ seruoꝝ tuoꝝ hoꝝ ci/
nerū aspsione attactis: effūde
ꝓpiti⁹ gr̄am tue bn̄dictiōis:
vt eos ⁊ spū cōpūctiōis reple
as: ⁊ q̄ iuste postulauerint effi
caciter tribuas: ꝯcessa perpe/
tua stabilitate intactos mane
re decernas: ꝑ xp̄ꝫ dn̄ꝫ nr̄ꝫ. ℟.

OMnipo. Oro. Amē.
tēs sempiterne de⁹: qui
niniuitꝫ in cinere ⁊ cilicio pe/
nitētib⁹ indulgētie tue reme/
dia p̄stitisti: ꝯcede ꝓpitius: vt
sic eos imitemur habitu: q̄te/
nus venie ꝓseq̄mur obtētu:
ꝑ dn̄ꝫ no. ie. chri. fi. tu. Qui te
cū vi. ⁊ reg. in vnitate spūs sā
cti de⁹ ꝑ oīa scl̄a se. ℟. Amen.

Expleta bn̄dictiōe: p̄mo im/
ponit cinis sacerdoti celebra
turo missam ab alio sacerdo/
te si adest: alioqn ip̄e sacerdos
genib⁹ flexis corā altari sibiip
si cineres imponit ⁊ cantatur
statim in choro an̄. Immute/
mur habitu in cinere ⁊ cilicio: ie
iunemus ⁊ plorem⁹ ante dn̄ꝫ: qꝛ
multum misericors ē dimittere
pctā nr̄a de⁹ nr̄. An̄. Juxta ve/
stibulū ⁊ altare plorabāt sacerdo
tes ⁊ leuite ministri dn̄i dicētes:
parce dn̄e ꝑce ppl'o tuo ⁊ ne dis/
sipes ora canētiū ad te dn̄e. Seq
tur ℟ cū ℣. et Gl̄ia patri. ℟.
Emēdem⁹ in meli⁹ q̄ ignorāter

peccauim⁹: ne subito p̄occupati die mortis q̄ram⁹ spaciū penitē/tie ⁊ inuenire nō possim⁹. Atten de dñe ⁊ miserere nr̄i q: peccaui mus tibi. ℣ Adiuua nos de⁹ sa/lutaris nr̄: ⁊ ꝓpter honorē nois tui dñe liba nos. Attēde. ℣ Gl̄a. Attēde. Sacerdos v̄o dū can tant̄ añe ⁊ ℟ia: primo mini/stris stātib⁹ genib⁹ flexis corā altari imponit cinerē dicens: Memēto homo: quia puluis es et in puluerem reuerteris. Postea veniūt fratres bini et bini: ⁊ flexis genib⁹ ante alta/re recipiūt cineres a sacerdo/te: vt dictū ē de ministris. Cō pleta cinerum datiōe dicitur

Dñs vobiscum. Oro. Oncede nobis dñe p̄si/dia militie christiane sanctis inchoare ieiunijs: vt contra spūales neq̄tias pugnaturi: ꝯtinētie muniamur auxilijs. Per xp̄m dñm nr̄z. ℟ Amē. Deide dicit̄ missa. Statio ad sanctam sabinam Introitus.

Misereris oīm dñe et nihil odisti eoꝝ q̄ fe/cisti: dissimulās pec/catū hoīm ꝓpter pe nitētiā: ⁊ parcēs illis: q: tu es do min⁹ de⁹ nr̄. ℣. Miserere mei de⁹ miserere mei: qm̄ in te confi/dit aīa mea. ℣ Gl̄a. Oro

Resta dñe fidelib⁹ tuis vt ieiunioꝝ venerāda solēnia et ꝯgrua pietate suscipiāt: et secura deuotiōe ꝑcurrāt. P. Ab hac die vsq; ad dñica de passiōe post oro̅nē diei dicunt̄ orationes A cūctis. fol. 38. et Op̄s sempiterne de⁹ qui vi. fol. 225. Lcō iohel ꝓphe. ij. ca.

Hec dicit dñs: Cōuerti/mini ad me in toto cor/de vr̄o: in ieiunio ⁊ fletu ⁊ plā ctu: ⁊ scindite corda vr̄a ⁊ nō vestimēta vr̄a. Et ꝯuertimini ad dñm deū vr̄m: q: benign⁹ et misericors est: patiēs ⁊ mul te misericordie: ⁊ p̄stabilis su per malicia. Quis scit si con/uertat̄ ⁊ ignoscat de⁹: ⁊ relin/quat post se bñdictionē? Sa/crificiū ⁊ libamē dño deo no/stro. Canite tuba in syon: san/ctificate ieiuniū: vocate cetū: cōgregate populū: sctificate eccl̄iā: coadunate senes: con/gregate paruulos: et sugētes vbera. Egrediat̄ sponsus de cubili suo: ⁊ spōsa d̄ thalamo suo. Inter vestibuluz ⁊ altare plorabūt sacerdotes ministri dñi ⁊ dicēt: parce dñe: ꝑce po/pulo tuo: ⁊ ne des hereditatē tuā in opprobriū: vt dominē/tur eis natiōes. Quare dicūt in populis: vbi ē de⁹ eoꝝ: ze/lat⁹ ē dñs terrā suā: et peꝑcit ꝑpl̄o suo. Et rñdit dñs ⁊ dixit

populo suo: Ecce ego mittaz vobis frumētū: vinū ⁊ oleuz: et replebimini in eis: ⁊ nō dabo vos vltra opprobriū gentibus: Dicit dn̄s op̄s. Gradu. Miserere mei de⁹ miserere mei qm̄ in te ꝯfidit aīa mea. ℣ Misit de celo ⁊ liberauit me: dedit in opprobriū ꝯculcātes me. Trac. Dn̄e non ꝑm pctā nr̄a q̄ fecimus nos: neqꝫ ꝑm iniqtates nr̄as retribuas nobis. ℣ Dn̄e ne memineris iniqtatū nr̄arū antiquaruz cito anticipēt nos miscōie tue qꝛ paupes facti sum⁹ nimis. ℣ Adiuua nos de⁹ salutaris nr̄: ⁊ propter gl̄iā noīs tui dn̄e libera nos ⁊ ꝓpitius esto pctis nr̄is ꝓpter nomē tuū. Suprascript⁹ tractus ab hac die dr̄ secunda et q̄rta ⁊ sexta feria vsqꝫ ad q̄rtā feriā maioris hebdomade: nisi ꝓpri⁹ assignet̄: etiā si plura g̃dualia cātata fuerit. Scōm

In illo tpe: math. vj. ca. Dixit iesus discipul̄ suis: Cū ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite tristes. Exterminant eni facies suas: vt appareāt hoib⁹ ieiunātes. Amē vico vobis: receperūt mercedē suā. Tu aūt cū ieiunas vnge caput tuū: ⁊ faciē tuā laua ne videaris hoibus ieiunans sed patri tuo q est in abscōdito. Et pater tu⁹ q videt in abscondito reddet tibi. Nolite thesaurizare vob̄ thesauros in terra: vbi erugo ⁊ tinea demolit̄: ⁊ vbi fures effodiūt ⁊ furant̄. Thesaurizate aūt vobis thesauros i celo: vbi neqꝫ erugo neqꝫ tinea demolit̄: et vbi fures nō effodiūt nec furant̄. Ubi eni ē thesaur⁹ tu⁹: ibi ē ⁊ cor tuū. Offer. Exaltabo te dn̄e qm̄ suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me: dn̄e clamaui ad te et sanasti

Hac nos q̄s Secre. me. dn̄e his muneribꝰ offerēdis ꝯueniēter aptari: quibꝰ ipsi⁹ venerabilis sacramenti celebramus exordium. Per. Prefatio. Qui corpali ieiunio. fol. 100. Et dicit̄ quotidie vsqꝫ ad dn̄icā palmarū: nisi ī missa de festo: si occurrerit. Cōio Qui meditabit̄ i lege dn̄i die ac nocte: dabit fructū suū in

Perce/ Postcō tpe suo. pta nobis dn̄e p̄beāt sacramēta subsidiū: vt tibi grata sint nr̄a ieiunia: ⁊ nobis ꝓficiāt ad medelā. Per. Oro ꝓxima p̄cedēs orōnē sup populū finit̄ Per oīa secula seculoꝝ. ℟ Amē. Deinde absolute dicit sacerdos Orem⁹. Postea diaconus si in officio diaconat⁹ seruiat: Humiliate capita vestra deo. Alioqn

ipe sacerdos. Sequit oro sup populũ: et hic modus seruat tãtummodo in missa de feria vsq; ad q̃rtã feriã maior; heb domade inclusiue. Sup po-

Inclinãtes se pulũ oro. dñe maiestati tue ppitiatus intende: vt q diuino munere sũt refecti: celestib⁹ semper nutriant auxilijs. Per.

Feria.v. Statio ad scm̃ Gregoriũ. Introi.

Dum clamarẽ ad dñm exaudiuit vocez meam ab his qui appropinquãt mihi: ⁊ humiliauit eos qui est ante secla ⁊ manet in eternũ: iacta cogitatũ tuũ in dño ⁊ ipe te enutriet. ℣ Exaudi de⁹ orõnem meã: ⁊ ne despexeris depcationẽ meã: intẽde mihi ⁊ exaudi me. ℣

Deus q Oratio. Gloria. culpa offenderis penitẽtia placaris: preces ppli tui supplicãtis ppiti⁹ respice: et flagella tue iracũdie q̃ p peccatis nr̃is meremur auerte. p

Lcõ esaie pphete. xxxviij. ca.

In diebus illis: Egrotauit ezechias vsq; ad mortẽ: ⁊ introiuit ad eũ esaias fili⁹ amos pphete: ⁊ dixit ei: Hec dicit dñs: Dispõe domui tue. q: morieris tu: ⁊ non viues. Et cõuertit ezechias faciẽ suã ad parietez: ⁊ orauit ad dñm ⁊ dixit: Obsecro dñe memẽto q̃so quõ ambulauerim corã te in v̄itate et in corde pfecto: ⁊ qd̃ bonũ ẽ in oculis tuis fecerim. Et fleuit ezechias fletu magno. Et factũ ẽ verbũ dñi ad esaiã dicẽs: Vade ⁊ dic ezechie: Hec dicit dominus de⁹ dauid patris tui: Audiui orõnẽ tuã: et vidi lachrymas tuas. Ecce ego adijciam sup dies tuos quindecim annos: et de manu regis assyrioꝝ eruam te ⁊ ciuitatez istã: ⁊ ptegã eã: ait dñs op̃s. Grad. Iacta cogitatũ tuũ in domino ⁊ ipse te enutriet. ℣ Dum clamarẽ ad dñm exaudiuit vocẽ meã ab his qui appropinquant mihi. Scõm matth. viij. cap.

In illo tpe: Cũ itroisset iesus capharnaũ: accessit ad eũ cẽturio rogãs eum ⁊ dicẽs: Dñe puer me⁹ iacet in domo mea paralytic⁹ ⁊ male torquet. Et ait illi iesus: Ego veniã ⁊ curabo eũ. Et rñdẽs cẽturio ait: Dñe nõ sũ dignus vt intres sub tectũ meũ: sz tm̃ dic v̄bo ⁊ sanabit puer me⁹. Nã ego hõ sũ sub ptãte cõstitut⁹: habẽs sub me milites: et dico huic vade ⁊ vadit: ⁊ alio veni ⁊ venit: ⁊ seruo meo fac hoc ⁊ facit. Audiẽs aũt iesus mirat⁹ est: ⁊ sequẽtib⁹ se dixit:

Amen dico vobis: nõ inueni tantã fidẽ in israel. Dico autẽ vobis q̃ multi ab oriẽte ꝛ occidẽte venient: ꝛ recũbẽt cum abraã isaac ꝛ iacob in regno celoꝝ. Filij aũt regni eijcient in tenebras exteriores: Ibi erit fletus ꝛ stridor dentiũ. Et dixit iesus céturioni: Uade et sicut credidisti fiat tibi. Et sanat⁹ ẽ puer i illa hora. **Offer.** Ad te dñe leuaui aiam meã: deus me⁹ in te ꝓfido nõ erubescã: neq̃ irrideãt me inimici mei: etenim vniuersi q̃ te expectãt nõ ꝓfudẽt

SAcrificijs ꝑsen/ **Secre.** tib⁹ dñe q̃s intende placat⁹: vt ꝛ deuotiõi nr̃e ꝓficiãt et saluti. ℣. **Cõio.** Acceptabĩ sacrificiũ iustitie: oblatiões ꝛ holocausta sup altare tuũ domine.

ALest̃ doni bñ **Posteõ.** dictiõe ꝓcepta: supplices te deus op̃s dep̃camur: vt hoc idẽ nob ꝛ sacramẽti causa sit ꝛ salutis. ℣. **Sup ꝑlm**

PArce dñe parce po **oio.** pulo tuo: vt dignis flagellatõib⁹ castigat⁹: in tua miseratiõe respiret. ℣. **Feria.vj Statio ad scõs ioãnẽ ꝛ paulũ**

AUdiuit **Introitus.** dñs ꝛ miserc⁹ ẽ mihi dñs factus est adiutor: meus. ꝑ Exaltabo te dñe quoniã suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. ℣ Gloria. **Oio.**

INchoata ieiunia q̃s domine benigno fauore ꝓsequere: vt obseruantiã quã coꝛporaliter exhibemus: mentibus etiã sincer̃ exercere valeam⁹ ℣er. **Lcõ ysaie ꝓphete.lviij.**

HEc dicit dñs de⁹: **capto** Clama ne cesses: quasi tũba exalta vocẽ tuã: ꝛ annũcia pp̃lo meo scelera eoꝝ: et domui iacob pctã eoꝝ. ℣De etenim de die in diẽ querũt: et scire vias meas volũt q̃si gẽs que iustitiã fecerit: et que iudiciũ dei sui nõ dereliquerit. ℣Rogãt me iudicia iustitie: et appꝛopiquare deo volũt: q̃re ieiunauimus ꝛ non aspexisti: humiliauim⁹ aias nostras et nescisti. Ecce in die ieiunij ve stri inuenit volũtas vestra: et oẽs debitoꝛes vr̃os repetitis. Ecce ad lites ꝛ ꝓtẽtiones ieiunatis: ꝛ pcutit̃ pugno impie. ℣olite ieiunare sicut vsq̃ ad hanc diẽ: vt audiat in excelso clamoꝛ vester. ℣ũqd tale est ieiuniũ qd̃ elegi: per diẽ affligere hominẽ aiaz suã? ℣ũqd cõtoꝛquere quasi circulũ caput suũ: ꝛ saccuz ꝛ cinerẽ sternere? ℣unqd istud vocaui ieiuniũ ꝛ diẽ acceptabilẽ dñoꝛ? ℣õne hoc est maius ieiuniũ

qd̄ elegi. Dissolue colligatio-
nes impietatis: solue fascicu-
los deprimentes. Dimittite
eos qui cōfracti sunt liberos
⁊ omne onus dirūpe. Frange
esurienti panē tuū: ⁊ egenos
vagosq; induc in domū tuaz.
Cum videris nudū operi eū:
et carnē tuam ne despexeris.
Tunc erūpet quasi mane lu-
men tuū: et sanitas tua citius
orieť. Et anteibit faciē tuā iu
stitia tua: ⁊ gloria dñi colliget
te. Tunc inuocabis: ⁊ dñs ex-
audiet. Clamabis ⁊ dicet: ec-
ce adsū. Quia misericors sū:
Dñs deus tuus. Grad. Unaz
petij a dño hāc requirā vt inha-
bitē in domo dñi. ℣ Ut videaz
volūtatē dñi: ⁊ ꝓtegar a templo
sctō eius. Scdm matth. v. ca.

In illo tēpe: Dixit iesus
discipl̄is suis: Audistis
qꝛ dictū est antiquis: Diliges
proximū tuū: ⁊ odio habebis
inimicū tuū. Ego aūt dico vo
bis: Diligite inimicos vr̄os:
bñfacite his qui oderūt vos:
et orate pro ꝑsequētib⁹ ⁊ calū
niātibus vos: vt sitis filij pa-
tris vestri q̄ in celis est: q̄ solē
suū oriri facit super bonos et
malos: ⁊ pluit sup̄ iustos ⁊ in
iustos. Si enim diligitis eos
qui vos diligunt: quā merce-
dē habebitis? Nōne ⁊ publi-
cani hoc faciunt? Et si saluta
ueritis fr̄es vr̄os tm̄: q̄d am-
plius facietis? Nōne ⁊ ethni-
ci hoc faciūt? Estote ergo vos
ꝑfecti: sicut ⁊ pater vester ce-
lestis ꝑfect⁹ est. Attēdite ne iu
stitiā vestrā faciatis corā ho-
minibus: vt videamini ab eis
Alioq̄n mercedē nō habebitꝭ
apud patrē vestrū q̄ in celis ē
Cū ergo facis elemosynam:
noli tuba canere ante te: sicut
hypocrite faciūt in synagogꝭ
et in vicis: vt honorificenť ab
hoibus. Amē dico vobis: re-
ceperūt mercedē suā. Te aūt
faciēte elemosynā: nesciat si-
nistra tua quid faciat dextera
tua: vt sit elemosyna tua ī ab-
sconditor ⁊ pr̄ tuus q̄ videt in
abscōdito reddet tibi. Offer.
Dñe viuifica me ꝑm eloquiū tu-
um: vt sciā testimonia tua. Sec.

Sacrificiū dñe obseruā-
tie paschalis offerimus
presta q̄s: vt tibi ⁊ mentes no
stras reddat acceptas: ⁊ cōti-
nentie promptioris nobis tri-
buat facultatē. P. Cōio. Ser
uite dño in timore ⁊ exultate ei
cū tremore: app̄hendite discipli-
nam ne pereatis de via iusta.

Spiritū nobis Postcō.
dñe tue charitatis infū
de: vt quos vno pane celesti
saciasti: tua facies pietate cō-

cordes. Per. i vnitate eiusdē

Super populū Oratio

Tuere dñe pplm tuū : et ab oībus peccatis clementer emunda: quia nulla ei nocebit aduersitas: si nulla eī dñet iniquitas. p. Sabbato. Statio ad scm triphonē. Introi. Et refumik offm hesternū. s. Audiuit dñs ⁊ mi. fol. 23. Oio

Adesto dñe supplicationib⁹ nr̄is ⁊ pcede: vt hoc soléne ieiuniū qđ animis corporibusq; curādis salubriter institutū est: deuoto seruitio celebremus. Per. Lectio

Hesaie prophete. lv. cap.

Hec dicit dominus de⁹: Si abstuleris de medio tui cathenā: ⁊ desieris digitū tuum extendere: ⁊ loqui qđ nō prodest: cum effuderis esurienti aiam tuam: ⁊ aiam afflictā repleueris: tunc orietur in tenebris lux tua: ⁊ tenebre tue erūt sicut meridies. Et requiem tibi dabit dñs de⁹ tuus sp: et implebit splendoribus aiam tuam: ⁊ ossa tua liberabit. Et eris quasi hortus irriguus: ⁊ sicut fons aquarū: cuius nō deficiēt aque. Et edificabunt in te deserta sclor: fūdamēta gñationis ⁊ gñatōis suscitabis. Et vocaberis edificator sepium: auertēs semitas iniquitatū. Si auerteris a sabbo pedē tuū: facere voluntatē tuā in die sctō meo: ⁊ vocaberis sabbm delicatū: ⁊ sanctū dñi gliosū. Et glificaueris eū dū nō facis vias tuas: ⁊ nō inuenieī volūtas tua: vt loq̄ris sermonē: tūc delectaberis sup dño: ⁊ sustollā te sup altitudinē terre: ⁊ cibabo te hereditate iacob pris tui. Os eni dñi locutū est. Scdm marcū

In illo tpe: Cum vj. cā. sero esset factū: erat nauis in medio mari: ⁊ iesus solus in terra. Et vidit discipulos suos laborantes in remigando: Erat enim ventus cōtrarius eis. Et circa quartā vigiliam noctis venit ad eos ambulās supra mare: ⁊ volebat pterire eos. At illi vt viderūt eū ambulātē supra mare: putauerūt fantasma esse: ⁊ exclamauerūt. Oēs eni eū viderūt: ⁊ pturbati sunt. Et statim locut⁹ ē cū eis ⁊ dixit illis Cōfidite. Ego sum: nolite timere. Et ascēdit ad illos i nauim: ⁊ cessauit vētus. Et plus magis intra se stupebāt. Nō eni intellexerāt de panibus. Erat eni cor illor obcecatū. Et cū trāsfretassēt puenerūt in terrā genezareth: ⁊ applicuerūt. Cūq; egressi essent de

naui: cōtinuo cognouerūt eū. Et ꝑcurrētes vniuersā regionē illā ceperūt in grabatꝫ eos q̄ se male habebāt circūferre: vbi audiebāt eū esse. Et quocūqꝫ introibat in vicos vel in villas aut in ciuitates: in plateis ponebāt infirmos: ⁊ depcabant eū: vt vel fimbriaꝫ vestimenti eius tangerent. Et quotquot tangebant eū: salui

SUscipe Secre. fiebant. dñe sacrificiū: cuius te voluisti dignāter imolatione placari: ꝑsta q̄s: vt hui⁹ opatione mūdati: bñ placitū tibi nr̄e mētis offeram⁹ affectū. ꝑ.

CElestis vite Postcom. munere vegetati quesumus dñe: vt qd̄ est nobis in ꝑsenti vita mysteriū: fiat eternitatis auxiliū. P. Sup ppl̄m

FIdeles tui deus ꝑ oro. tua dona firmētur: vt eadē ⁊ ꝑcipiēdo requirāt: ⁊ q̄rendo sine fine ꝑcipiant. P.

Dñica ꝑma in. xl. Statio ad scm̄ ioānē ī laterano. Introi.



INuocabit me et ego exaudiā eū: eripiam eū ⁊ glorificabo eū: lōgitudine dieꝝ adimplebo eū. ꝑ. Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei celi cōmorabit. ꝑ.

DEus qui Oratio. Glia. ecclesiā tuā annua q̄dragesimali obseruatione purificas: ꝑsta familie tue: vt qd̄ a te obtinere abstinendo nitit̄: hoc bonis opibus exequat̄. Per.

Epistola ad corinh. ij. ca. vj.

tum est nomē eius iacob: sup
plantauit enim me en altera
vice. Primogenita mea ante
tulit: z nūc secundo surripuit
bñdictionē meaz. Rursumqz
ad patrē: Nūquid non reser/
uasti ait z mihi bñdictionez?
Respondit ysaac: Dñm tuū
illum constitui: z oēs fratres
tuos seruituti illius subiuga/
ui. Frumēto z vino z oleo sta
biliui eum: z tibi post hec fili
mi vltra qd faciam? Cui esau
ait: Num vnā inquit tm̄ bñdi
ctionem habes pater? z Mihi
quoqz obsecro vt benedicas.
Cunqz eiulatu magno fleret:
motus ysaac dixit ad eū: In
pinguedine terre: z in roze ce
li desup erit benedictio tua.

Graō. Bonū est confiteri dño:
et psallere nomini tuo altissime.

℣. Ad annūciādū mane miseri/
cordiā tuā z veritatē tuā p nocē

Scdm lucam.xv.capto

In illo tēpe: Dixit iesus discipnlis suis parabolā hāc: Homo quidā habuit duos filios: ⁊ dixit adolescentior ex illis patri: Pater da mihi portionē substantie: que me contingit. Et diuisit illis substantiam. Et nō post multos dies ꝯgregatis oib⁹ adolescentior filius peregre ꝓfect⁹ est in regionē longinquā: et ibi dissipauit substātiā suam: viuēdo luxuriose. Et postq̄ꝫ oīa cōsū masset: facta est fames valida in regiōe illa: ⁊ ipse cepit egere. Et abijt: ⁊ adhesit vni ciuium regiōis illi⁹: ⁊ misit illum in villā suam: vt pasceret porcos. Et cupiebat implere vētrem suū de siliquis q̄s porci māducabant: ⁊ nemo illi dabat. In se autē reuersus dixit Quanti mercēnarij in domo patris mei abundāt panibus: ego aūt hic fame pereo? Surgā ⁊ ibo ad patrē meū: ⁊ dicā ei. Pater peccaui in celum: ⁊ corā te: iam nō sum dign⁹ vocari filius tuus. Fac me sicut vnū de mercēnarijs tuis. Et surgens venit ad patrē suuꝫ. Cū aūt adhuc longe esset: vidit illū pater ipsius: ⁊ misericordia motus est. Et accurrēs cecidit sup collū eius: ⁊ osculatus est euꝫ. Dixitq̄ꝫ ei filius: Pater peccaui in celū: ⁊ corā te: iā non sum dignus vocari filius tuus. Dixit autez pater ad seruos suos: Cito proferte stolā primā: et induite illū: et date annulū in manu eius: et calciamēta in pedes eius. Et adducite vitulū saginatuꝫ: et occidite: ⁊ māducem⁹ et epulemur: q̄ hic fili⁹ meus mortuus erat et reuixit: perierat ⁊ inuentus est. Et ceperūt epulari. Erat autē filius eius senior in agro. Et cum veniret et appropinq̄ret domui: audiuit symphoniā ⁊ choruꝫ. Et vocauit vnū de seruis: ⁊ iterrogauit que hec essent. Isq̄ꝫ dixit illi: Frater tuus venit: et occidit pater tuus vitulū saginatū: q̄ saluū illuꝫ recepit. Indignatus est aūt ⁊ nolebat introire. Pater ergo illius egressus cepit rogare eum. At ille respōdens dixit patri suo Ecce tot annis seruio tibi: et mandatū tuū nunq̄ꝫ p̄teriui: ⁊ nūq̄ꝫ dedisti mihi hedū: vt cum amicis meis epularer. Sed postq̄ꝫ fili⁹ tu⁹ hic q̄ deuorauit substantiā suā cū meretricibus venit: occidisti illi vitulū saginatū. At ipse dixit illi: Fili mi semper mecum es et omnia mea tua sunt. Epu-

lari autem ⁊ gaudere oporte/
bat: quia frater tuus mortuus
erat ⁊ reuixit: perierat ⁊ inuē
tus est. Offerto. Illumina ocu
los meos ne vnq̄ obdormiaz in
morte: nequando dicat inimicus
meus preualui aduersus eum.
HIs sacrificijs Secreta.
domine concede placa
tus: vt qui ꝓprijs oramus ab/
solui delictis: non grauemur
externis. Per. Coio. Oportet
te fili gaudere: quia frater tuus
mortuus fuerat ⁊ reuixit: peri/
erat ⁊ inuentus est. Postcōto.
SAcramenti tui domine
diuina libatio penetra/
lia nostri cordis infundat: et
sui nos participes potēter effi
ciat. Per. Sup ppīm Oio.
FAmiliam tuam quesu/
mus domine continua
pietate custodi vt que sola spe
gratie celestis inititur: celesti
etiam ꝓtectiōe muniat̄. Per.
Dominica. iij. in quadragesi
ma. Statio ad sanctū lauren
tium extra murū. Introitus.
OCuli mei semper ad
dominum: quia ipse
euellet de laqueo pe
des meos: respice in
me ⁊ miserere mei: quoniaz vni/
cus ⁊ pauper sum ego. ps. Ad
te dñe leuaui animam meā deus
meꝰ: in te cōfido nō erubescā. ℣

DUesumꝰ Oio. Gloria.
op̄s deꝰ vota humiliuz
respice: atq; ad defensionē no
strā dexterā tue maiestatis ex
tēde. Per. Epl̄a ad ephesios
FRatres: Estote v. cap.
imitatores dei: sicut filij
charissimi: ⁊ ambulate in di/
lectiōe: sicut ⁊ xp̄s dilexit nos
⁊ tradidit semetipsum pro no
bis oblationē et hostiam deo
in odorez suauitatis. Fornica
tio aūt ⁊ omnis imūdicia: aut
auaricia nec nominet̄ in vob̄
sicut decet sanctos: aut turpi/
tudo: aut stultiloquium: aut
scurrilitas: que ad rez nō per
tinet: sed magis gr̄aruz actio.
Hoc aūt scitote intelligentes:
qꝛ omnis fornicator: aut imū/
dus: aut auarꝰ: qd̄ est idolorū
seruitus: nō habet hereditatē
in regno christi ⁊ dei. Nemo
vos seducat inanibus verbis
Propter hec eni venit ira dei
in filios diffidētie. Nolite er/
go effici participes eoꝝ. Era
tis eni aliquādo tenebre: nūc
autem lux in dño: vt filij lucis
ambulate: fructus enim lucis
est in omni bonitate ⁊ iusticia
⁊ v̄itate. Grad. Exurge dñe nō
preualeat homo: iudicent̄ gētes
in conspectu tuo. ℣. In conuer/
tendo inimicū meum retrorsuz
infirmabunt̄ ⁊ periēt a facie tua.

Tractus. Ad te leuaui oculos meos q habitas in celis. ℣. Ecce sicut oculi seruoruz: in manibus dñoruz suoꝝ. ℣. Et sicut ocli ancille in manibus dñe sue. ℣. Ita oculi nr̄i ad dñm deum nostruz donec misereat̄ nostri. ℣. Miserere nobis dñe miserere nobis.

Scdm lucam. xj. capl̄o.

In illo tempe: Erat iesus eijciēs demoniū: ⁊ illud erat mutū. Et cum eiecisset demonium locutus est mutus: ⁊ admirate sūt turbe. Quidā autē ex eis dixerūt. In beelzebub principe demoniorū eijcit demonia. Et alij tentātes signū de celo querebant ab eo. Ipse autē vt vidit cogitatiōes eoꝝ dixit eis. Omne regnuz in seipsum diuisum desolabitur: ⁊ domꝰ supra domū cadet. Si aūt ⁊ sathanas in seipsum diuisus est: quō stabit regnum ipsius: qꝛ dicitis in beelzebub eijcere me demonia? Si autē ego in beelzebub eijcio demonia: filij vestri in quo eijciūt? Ideo ipsi iudices vestri erūt. Porro si i digito dei eijcio demonia: ꝓfecto ꝑuenit in vos regnū dei. Cū fortis armatus custodit atriū suū: in pace sūt oīa que possidet. Si autē fortior illo supueniēs vicerit eū: vniuersa arma eius aufert: in quibus ꝯfidebat: ⁊ spolia eiꝰ distribuet. Qui nō est mecum aduersum me est. Et qui non colligit mecuz dispergit. Cū imūdus spūs exierit ab hoie: ambulat per loca arida ⁊ inaquosa querens requiē: ⁊ non inueniens dicit: Reuertar in domū meam vnde exiui. Et cum venerit: inuenit eam vacantē: scopis mundatā ⁊ ornatam. Et tunc vadit et assumit septem alios spūs secū negores se. Et ingressi habitāt ibi. Et fiūt nouissima hoīs illius peiora prioribꝰ. Factū est autē cū hec diceret: extollens vocē quedā mulier de turba dixit illi: Beatus vēter qui te portauit: ⁊ vbera que suxisti. At ille dixit: Quinimo: Beati q audiūt v̄bū dei: ⁊ custodiunt illud. Offer. Justicie dñi recte letificātes corda ⁊ dulciora super mel ⁊ fauum: nam ⁊ seruus tuꝰ custodiet ea. Secreta.

Hec hostia domine que sumꝰ emundet nr̄a delicta: et ad sacrificiū celebrādū subditoꝝ tibi corpora mētesq; sctificet. Per. Coio. Passer iuenit sibi domū: ⁊ turtur nidū: vbi reponat pullos suos: altaria tua dñe virtutū rex meꝰ ⁊ deus meꝰ: beati qui habitant in domo tua in seculum seculi laudabunt te.

Lectis nos Postcō. qs dñe reatibus ꝛ periculis ꝓpitiat⁹ absolue: quos tāti mysterij tribus esse participes. per. Feria secūda. Statiō ad scām marcuz. Introit⁹

IN deo laudabo verbū: in dño laudabo sermonez: in deo sperabo non timebo qd faciat mihi homo. ℣. Miserere mei deus quoniam conculcauit me homo tota die impugnans tribulauit me. ℣. Gloria. Oro.

OMnipotēs sempiterne deus: da nobis fidei: spei: et caritatis augmentum: ut ad promissa mereamur scandere: fac nos quesumus amare quod precipis: ut dilectabile nobis fiat quod nos facere necesse est. per. Lectio libri regum quarti. capitu. v.

IN diebus illis: Naaman princeps militie regis syrie erat vir magn⁹ apud dñm suū: ꝛ honoratus. per illū enim dedit dñs salutē syrie. Erat aūt vir fortis ꝛ dives: sz leprosus Porro de syria egressi fuerāt latrūculi: ꝛ captiuā duxerant ō terra israel puellā paruulā que erat in obsequio vxoris naaman. Que ait ad dominā suā: Utinā fuisset dñs me⁹ ad ꝓphetā qui est in samaria: profecto curasset euz a lepra quā habet. Ingressus ē itaqz naaman ad dñm suuz: ꝛ nūciauit ei dicens: Sic ꝛ sic locuta est puella ō terra israel. Dixitqz et rex syrie: Uade ꝛ mittā litteras ad regez israel. Qui cū pfectus esset: ꝛ tulisset secum decem talēta argēti et sex milia aureos: ꝛ decez mutatoria vestimētoruz: detulit lras ad regem israel in hec vba: Cū acceperis epla hāc: scito qz miserim ad te naaman seruū meum: vt cures eum a lepra sua. Cūqz legisz rex israel lras scidit vestimēta sua ꝛ ait: Nū qd deus ego sum: vt occidere possim ꝛ viuificare: qz iste misit ad me: vt curem hominem a lepra sua? Animaduertite ꝛ videte quot occasiōes qrat aduersum me. Qō cum audisz heliseus vir dei scidisse scilicz regez israel vestimēta sua misit ad eum dicēs: Cur scidisti vestimēta tua? Ueniat ad me ꝛ sciat esse ꝓphaz i israel. Uenit ergo naaman cuz equis ꝛ curribus: ꝛ stetit ad hostiū domus heliseī. Misitqz ad eum heliseus nūciuz dicēs: Uade ꝛ lauare septies in iordane: ꝛ recipiet sanitatē caro tua atqz mūdaberis. Irat⁹ naamā recedebat dicēs: putabā qz egrederet ad me: ꝛ stās inuocaret nomen dñi dei sui ꝛ tangeret

manu sua locuz lepre: ⁊ cura
ret me. Nūquid nō meliores
sūt abana ⁊ pharfar fluuij da
masci oib⁹ aquis israel: vt la/
uer in eis ⁊ mūder? Cū ergo
vertisset se ⁊ abiret indignās
accesserūt ad eū serui sui: ⁊ lo
cuti sūt ei: pater ⁊ si rem gran
dem dixisset tibi ꝓpheta: cer/
te facere debueras: quāto ma
gis quia nūc dixi tibi: lauare
⁊ mūdaberis. Descēdit ⁊ la/
uit i iordane septies iuxta ser
monez viri dei: ⁊ restituta est
caro ei⁹: sicut caro pueri par/
uuli: ⁊ mūdatus est. Reuer/
susqz ad virū dei cū vniuerso
comitatu suo venit: ⁊ stetit co
ram eo: ⁊ ait. Uere scio ꝙ nō
sit alius deus in vniuersa ter
ra: nisi tm̄ dn̄s deus isrl̄. Gra.
Deus vitaz meā annūciaui tibi:
posuisti lachrymas meas in con
spectu tuo. ℣. Miserere mihi do
mine: quoniā cōculcauit me hō:
tota die bellans tribulauit me.

Scd̄m lucaz. iiij. capl̄o.
In illo tpe: Dixerūt pha
risei ad iesum: Quāta audiui
mus facta in capharnaū fac ⁊
hic i patria tua. Ait aūt: Amē
dico vob: qꝛ nemo ꝓpheta ac
ceptus est in patria sua. Inve
ritate dico vobis: mlte vidue
erant in diebus helie in israel
qn̄ clausū est celū annis trib⁹
⁊ mensib⁹ sex: cum facta esset
fames magna in omni terra:
⁊ ad uullā illaꝝ missus est he
lias: nisi in sareptā sidonie ad
mulierē viduam. Et multi le
prosi erant in israel sub heli/
seo ꝓpheta: ⁊ nemo eoꝝ mū
datus est: nisi naaman syrus.
Et repleti sunt oēs in synago
ga ira hec audiētes. Et surre
xerūt ⁊ eiecerūt eum extra ci
uitatē: ⁊ duxerūt illū vsqz ad
superciliū mōtis: super quez
ciuitas eoꝝ erat edificata: vt
precipitarēt eum. Ipse autez
trāsiēs per mediuz illoꝝ ibat
Offer. Exaudi deus orationem
meā: ⁊ ne despexeris deprecatio
nem meam: intende in me ⁊ exau

Munus Secreta di me.
qd̄ tibi dn̄e nostre ser/
uitutis offerimus: tu salutare
nobis ꝑfice sacr̄m. per. Coio
Quis dabit ex syon salutare isrl̄
cū auerterit dn̄s captiuitatē ple/
bis sue: exultabit iacob: ⁊ letabit̄.

Presta q̄s Postcō. isrl̄.
op̄s ⁊ misericors de⁹: vt
qd̄ ore ꝯtingim⁹: pura mente
capiam⁹. p. Sup ppl̄m Oro.

Subueniat nob̄ dn̄e mi/
sericordia tua: vt ab imi
nētib⁹ pctōꝝ nr̄oꝝ ꝑiculis: te
mereamur ꝓtegēte eripi: te li
berante saluari. Per. Feria
iij. Statio ad scāz potētianā.

Ego clama Introit⁹ ui quoniaz exaudisti me deus: inclina aurem tuā ⁊ exaudi verba mea: custodi me dñe vt pupillam oculi sub vmbra alaꝝ tuarū ꝓtege me. ℣. Exaudi dñe iusticiā meaz: intēde deprecationem. meā. ℣. Gloria. Oratio.

Exaudi nos op̄s ⁊ misericors deus: ⁊ continentie salutaris propitius nobis dona concede. Per. Lectio libri regum quarti. capitu. iiij.

In diebus illis: Mulier quedā clamabat ad heliseū ꝓphetaz dicens: Seruus tuus vir me⁹ mortu⁹ est: ⁊ tu nosti qꝛ seruus tuus fuit timēs deū Et ecce creditor venit: vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi. Cui dixit heliseus Quid vis vt faciam tibi? Dic mihi qd habes in domo tua? At illa rñdit: Non habeo ancilla tua qcq̄ in domo mea: nisi paꝝ olei quo vngar. Cui ait: Vade ⁊ pete mutuo ab oībus vicinis tuis vasa vacua nō pauca: ⁊ ingredere: ⁊ claude hostiuz tuū: cū intrinsecus fueris tu ⁊ filij tui: ⁊ mitte īde in oīa vasa hec: ⁊ cū plena fuerint tolles. Iuit itaq; mulier: ⁊ clausit hostiū sup se: ⁊ sup filios suos. Illi offerebāt vasa: ⁊ illa infundebat. Cūq; plena fuissent vasa: dixit ad filium suum. Affer mihi adhuc vas. Et ille respōdit: Non habeo. Stetitq; oleū. Venit aūt illa: ⁊ īdicauit homini dei. Et ille Vade inqt vende oleū: ⁊ redde creditori tuo. Tu aūt ⁊ filij tui viuite de reliquo. Grad. Ab occultis meis mūda me domine: ⁊ ab alienis parce seruo tuo. ℣. Si mei nō fuerint dñati tunc īmaculatus ero: ⁊ emundabor a delicto maximo. Scōm

In illo matth. xviij. cap. tpe: Respiciens iesus in discipulos suos: dixit simoni petro: Si peccauerit in te frater tuus: vade ⁊ corripe eū inter te ⁊ ipsum solū. Si te audierit: lucratus eris frēm tuū Si aūt te nō audierit: adhibe tecum adhuc vnum vel duos vt in ore duoꝝ vel triū testiuz stet oē verbuz. Qꝛ si nō audierit eos: dic ecclesie: Si autez ecclesiā nō audierit: sit tibi sicut ethnic⁹ ⁊ publican⁹. Amē dico vobis: quecūq; alligaueritis sup terrā: erūt ligata ⁊ in celo: ⁊ quecūq; solueritis super terrā: erūt soluta ⁊ in celo Iteꝝ dico vobis: qꝛ si duo ex vobis cōsenserint super terrā de omni re quācūq; petierint fiet illis a pr̄e meo q in celis

est. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo: ibi sum in medio eorum. Tunc accedens ad eum petrus dixit: Dñe quotiens peccabit in me frater meus et dimittam ei usq; septies? Dixit illi iesus: Non dico tibi usq; septies: sed usq; septuagies septies. **Offert** Dextera dñi fecit virtutem: dextera dñi exaltavit me: non moriar sed viuam: et narrabo opa domini. **Secreta.**

PEr hec veniat quesumus dñe sacramenta nre redemptionis effectus: q nos et ab humanis retrahat semp excessib9: et ad salutaria dona producat. Per. **Cõio** Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo: qui ingreditur sine macula et operatur iu

SAcris **Postcom.** sticiam. Dñe mysterijs expiati: et veniam quesumus cõsequamur et gram Per. **Super pplm oio.**

TUa nos dñe protectione defende: et ab omni semper iniquitate custodi. Per. **Feria quarta. Statio ad sanctum sixtum**

EGo autem **Introit9.** in dño sperabo: exultabo et letabor in tua misericordia: q: respexisti humilitatem meam. **ps.** In te domine speraui: non confundar in eternum in iusticia tua: libera me et eripe me. **℣.** Gloria.

Oro.

PResta nobis quesumus dñe: vt salutarib9 ieiunijs eruditi: a noxijs quoq; vitijs abstinentes: propitiationem tuam facilius impetremus. Per dñm. **Lectio libri exod. xx. ca.**

HEc dicit dñs de9: Honora patrem tuum et matrem tuam: vt sis longeuus super terram: quam dñs deus tuus dabit tibi. Non occides. Non mechaberis. Non furtum facies. Non loqueris cõtra proximum tuum falsum testimonium. Non concupisces domum proximi tui nec desiderabis uxorem eius. Non seruum: non ancillam: non bouem: non asinum: nec oia q illius sunt. Cunctus aut pplus videbat voces et lampades et sonitum buccine: montemq; fumantem. Et perterriti: ac pauore concussi steterunt procul dicentes moysi: Loquere tu nobis: et audiemus Non loquatur nobis dñs: ne forte moriamur. Et ait moyses ad pplm: Nolite timere. Ut enim probaret vos venit de9: et vt terror illius esset in vobis et nõ peccaretis. Stetitq; populus de longe: Moyses aut accessit ad caliginem in qua erat de9. Dixitq; preterea dñs ad moysen: Hec dices filijs isrl: Vos vidistis q de celo locu-

tus sim vobis. Non facietis deos argenteos: nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi: & offeretis super illud holocausta: & pacifica vestra: oues vias & boues in omni loco in quo memoria fuerit nois mei. Grad. Miserere mihi dñe quoniã infirmus sum sana me dñe. ℣ Cõturbata sunt oia ossa mea: & aia mea turbata est valde. Secũm Illo mattheũ.xv.ca. Tpe: Accesserũt ad iesuz ab hierosolymis scribe & phasei dicentes: Quare discipuli tui transgrediunt traditiões seniorz? Nõ eni lauãt manus suas cũ pane manducãt. Ipe aũt rñdens ait illis: Quare & vos trãsgredimini mãdatuz dei ppter traditionẽ vestraz? Nam deus dixit: Honora patrẽ tuũ & matrẽ tuã: & qui maledixerit patri vel matri: morte moriat. Vos autez dicitis: Quicũqz dixerit patri vl matri: munus qõcũqz est ex me tibi pderit: & non honorificabit patrẽ suũ aut matrẽ suam et irritũ fecistis mandatũ dei ppter traditionẽ vestrã. Hypocrite bñ pphetauit de vob esaias dicens: Populus hic labijs me honorat: cor autem eorz lõge est a me. Sine causa autẽ colũt me: docẽtes doctrinas & mãdata hominũ. Et cõuocatis ad se turbis dixit eis: Audite & intelligite: Non qõ intrat os coingnat hominez: sed qõ pcedit ex ore hoc coinquinat hominẽ. Tũc accedẽtes discipuli eius dixerunt ei: Scis qz pharisei audito hoc vbo scãdalizati sũt. At ille respõdẽs ait: Omis plãtatio quã nõ plantauit pater meus celestis eradicabit. Sinite illos. Ceci sunt & duces cecoz. Cecus autẽ si ceco ducatũ pstet: ambo in foueã cadũt. Rñdẽs autẽ petrus dixit ei: Edissere nobis parabolã istaz. At ille dixit: Adhuc & vos sine intellectu estis. Nõ intelligitis qz omne qõ in os intrat in vẽtrẽ cadit: & in secessum emittitur Que autez procedunt de ore: de corde exeũt: & ea coingnãt hominẽ. De corde eniz exeũt cogitatiões male: homicidia adulteria: fornicatiões: furta falsa testimonia: blasphemie: Hec sunt que coinquinãt hominẽ. Nõ lotis aũt manibus mãducare: non coingnat hominẽ. Offer. Dñe fac mecum misciam tuã ppter nomẽ tuũ: quia suauis est misericordia tua.

Suscipe qs dñe Secre. preces ppli tui cũ obla-

tionibus hostiarū: ⁊ tua mysteria celebrātes: ab oib⁹ nos defende periculis. ℟. Cōio. Notas mihi fecisti vias vite: adimplebis me letitia cum vultu

Sancti Postcō tuo dne. Sficet nos dne: qua pasti sumus mensa celestis: ⁊ a cunctis erroribus expiatos: supnis pmissionib⁹ reddat acceptos. ℟. Sup pplm Oratio

QOncede qs ops de⁹: vt qui ptectionis tue gr̄az q̄rim⁹: liberati a malis oib⁹: secura tibi mēte seruiam⁹. p. Feria quinta. Statio ad scōs cosmā ⁊ damianū. Introitus

Alus populi ego suz dicit dns: de quacūq; tribulatione clamauerint ad me exaudiam eos: ⁊ ero illoz dns in ppetuum. ps Attēdite pple meus lgē meā: inclinate aurē vestraz in verba oris mei. ℣. Glia. Oio.

Magnificet te dne scōz tuoz cosme ⁊ damiāi btā solēnitas: qua ⁊ illis gloriā sempiternā: ⁊ opem nobis ineffabili puidētia ꝓtulisti. p Lcō hieremie pphēte. vij. ca.

In diebus illis: Factum est verbū dni ad me dicens: Sta in porta dom⁹ dni: et pdica ibi verbuz istud: et dic: Audite verbū dni omnis iuda: qui ingredimini p portas has: vt adoretis dnm. Hec dicit dns exercituū de⁹ israel: Bonas facite vias vestras et studia vestra: ⁊ habitabo vobiscū in loco isto. Nolite cōfidere in vbis mēdacij dicētes: Tēplū dni: tēplū dni: tēplum dni est. Qm̄ si beneditis vias vias: ⁊ studia via: si feceritis iudiciū inter virū ⁊ proximū eius: aduene et pupillo et vidue et fecerit is calūniā: nec sanguinē innocētē effuderitis in loco isto: et post deos alienos nō ambulaueritis in malū vobismetipsis: habitabo vobiscū in loco isto: in terra quā dedi patribus vestris: a seculo et vsqz in seculū. Alit dns ops. Brā. Oculi omniū in te sperant dne: et tu das illis escam in tēpore opportuno. ℣. Aperis tu manum tuā et imples omne aial bndictione. Scdm

In illo tpe: lucā. iiij. ca. Surgens iesus de synagoga: introiuit in domū simonis. Socrus aute simonis tenebaī magnis febrib⁹. Et rogauerūt illū pro ea. Et stans super illā impauit febri: ⁊ dimisit illā. Et cōtinuo surgēs ministrabat illis. Cum autez sol occidisset: oēs q habebāt infirmos varijs languoribus

ducebant illos ad iesū. At ille singulis manus imponēs curabat eos. Exibāt autem demonia a multis clamantia et dicētia: qꝛ tu es filius dei. Et increpās nō sinebat ea loqui: qꝛ sciebāt ip̄m esse christū. Facta aūt die egressus ibat in desertū locū: ⁊ turbe requirebāt eū: ⁊ venerunt vsqꝫ ad ip̄m: ⁊ detinebant illū ne discederet ab eis. Quibus ille ait: Quia ⁊ alijs ciuitatibus oportet me euāgelizare regnū dei: qꝛ ad hoc missus sū. Et erat p̄dicās in synagogis galilee. Offer. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me domine: et sup̄ irā inimicoꝝ meoꝝ extendes manū tuā: ⁊ saluuꝫ me fecit

In tu/ Secr. dextera tua. orū dn̄e p̄ciosa morte iustoꝝ sacrificiū illud offerim⁹: de quo martyrij sumpsit om̄e principiū. p. Cōio. Tu mādasti mandata tua custodiri nimis: vtinā dirigant̄ vie mee ad custodiēdas iustificatiōes tuas. Post

Sit nobis sacra. cōmu. mēti tui certa saluatio: que cū beatoꝝ martyrū tuoꝝ cosme ⁊ damiani meritis implorat̄. P. Sup̄ ppl'm Oro.

Subiectū tibi ppl'm q̄s dn̄e propitiatio celestis amplificet: ⁊ tuis semper faci at seruire mandatis. Per do.

Feria sexta. Statio ad sanctū laurentiū lucina. Introitus.

Fac mecū dn̄e signuꝫ in bonū: vt videāt q̄ me oderūt ⁊ cōfūdātur: quoniam tu dn̄e adiuuisti me: ⁊ cōsolatus es me. ps. Inclina dn̄e aurē tuā ⁊ exaudi me: quoniam inops ⁊ pauper sum ego. ✠ Gloria pa. Oratio.

Ieiunia nr̄a q̄s dn̄e benigno fauore prosequere: vt sicut ab alimētis abstinemus in corpore: ita a vitijs ieiunemus in mente. Per do.

Lcō libri numeri. xx. ca.

In dieb⁹ illis: Conuenerūt filij isrl' aduersuꝫ moysen et aaron: ⁊ versi in seditioneꝫ dixerūt: Date nobis aquaꝫ vt bibam⁹. Ingressiqꝫ moyses ⁊ aaron dimissa ml'titudine ante tabernaculū federꝫ: corruerunt proni in terram: clamaueruntqꝫ ad dn̄m: atqꝫ dixerūt. Dn̄e deus exaudi clamorem ppl'i hui⁹: ⁊ aperi eis thesaurū tuū fontē aque viue: vt satiati: cesset murmuratio eorum. Et apparuit gloria dn̄i super eos. Locutusqꝫ est dn̄s ad moysē dicēs: Tolle virgā ⁊ congrega ppl'm: tu ⁊ aaron frater tuus: ⁊ loqmini ad petrā corā eis: ⁊ illa dabit aquas

Cũqꝫ eduxeris aquaꝫ de pe/
tra: bibet oĩs multitudo ⁊ iu/
menta eiꝰ. Tulit igiť moyses
v̊gã que erat in cõspectu dñi
sicut preceperat ei: cõgregata
multitudine ante petram. Di
xitqꝫ eis: Audite rebelles et
icreduli. Nũ de petra hac vo
bis aquaꝫ poterimus eijcere?
Cũqꝫ eleuassꝫ moyses manũ
ꝑcutiẽs v̊ga bis silicẽ egresse
sũt aque largissime: ita vt po/
pulus biberet ⁊ iumenta. Di
xitqꝫ dñs ad moysen ⁊ aaron
Quia nõ credidistis mihi: vt
sanctificaretis me coraꝫ filijs
isrl: nõ ĩtroducetis hos ppl'os
in terrã quã dabo eis. Hec est
aqua cõtradictionis: vbi iur/
gati sũt filij isrl cõtra dñm: et
sanctificatus est in eis. Grad.
In deo sperauit cor meũ ⁊ adiu
tus sum: ⁊ refloruit caro mea: et
ex volũtate mea cõfitebor illi. ℣
Ad te dñe clamaui deꝰ meus: ne
sileas: ne discedas a me. Scdm

In illo tpe: ioãnẽ. iiij. ca.
Uenit iesus in ciuitatez
samarie: que dicitur sichar iu
xta prediũ: qđ dedit iacob io/
seph filio suo. Erat autem ibi
fons iacob. Jesus ergo fatiga
tus ex itiere: sedebat sic supra
fontem. Hora aũt erat quasi
sexta: venit mulier đ samaria
haurire aquã. Dicit ei iesus:
Da mihi bibere Discipuli ãt
eiꝰ abierant in ciuitatẽ: vt ci/
bos emerẽt. Dicit ergo ei mu
lier illa samaritana. Quõ tu
iudeus cum sis: bibere a me
poscis: que sum mulier sama
ritana? Nõ enim coutũtur iu
dei samaritanis? Rñdit iesus
⁊ dixit ei: Si scires donũ dei:
⁊ qs est q dicit tibi: da mihi bi
bere: tu forsitã petisses ab eo:
⁊ dedisset tibi aquã viuã. Dicẽ
ei mulier: Dñe neqꝫ in quo
haurias habes: ⁊ puteꝰ altꝰ ẽ.
Uñ ergo habes aquã viuam?
Nũqd tu maior es pr̃e nr̃o ia
cob: q dedit nob hũc puteũ: ⁊
ipse ex eo bibit: ⁊ filij eius: ⁊
pecora eiꝰ: Rñdit iesus: di/
xit ei: Oĩs q biberit ex aqua
hac: sitiet iterũ. Qui aũt bibe
rit ex aq̃ quã ego dabo ei: nõ
sitiet in eternũ. Sꝫ aqua quã
ego dabo ei: fiet in eo fons aq̃
saliẽtis ĩ vitã eternã. Dicit ad
eũ mulier: Dñe da mihi hãc
aquã: vt nõ sitiã: neqꝫ veniaꝫ
huc haurire. Dicit ei iesus:
Uade voca viruꝫ tuũ: ⁊ veni
huc. Respõdit mulier ⁊ dixit
Nõ habeo viꝝ. Dicit ei iesus
Bñ dixisti: qꝛ nõ habeo virũ
Quinqꝫ eniꝫ viros habuisti:
⁊ hũc quẽ habes nõ ẽ tuꝰ vir
Hoc vere dixisti. Dicit ei mu/
lier: Dñe vt video ꝓpheta es

tū. Patres nostri in mōte hoc adorauerūt: ⁊ vos dicitis: q̄ hierosolymis est locus vbi adorare oportet. Dicit ei iesus Mulier crede mihi: q̄ venit hora: quādo neq; i mōte hoc: neq; in hierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis q̄ nescitis: nos adoramus q̄ scimus: q̄ salus ex iudeis ē. Sz venit hora: ⁊ nūc est: quādo veri adoratores adorabūt p̄em in spū ⁊ veritate. Nā ⁊ pater tales querit: qui adorēt eum. Spiritꝰ est deꝰ: ⁊ eos qui adorant eū: in spū ⁊ veritate oportet adorare. Dicit ei mulier: Scio q̄ messias venit: q̄ dicit xp̄s. Cū ergo venerit: ille nobis annūciabit oia Dicit ei iesus: Ego sum qui loquor tecū. Et cōtinuo venerūt discipuli eius: ⁊ mirabant q̄ cū muliere loquebat. Nemo tñ dixit quid queris: aut q̄d loqueris cum ea. Reliqt ergo hydriā suā mulier: ⁊ abijt in ciuitatē: ⁊ dixit illis hominibꝰ. Venite ⁊ videte hominē qui dixit mihi oia q̄cūq; feci. Nūquid ipse est xp̄s? Exierūt ergo de ciuitate: ⁊ venebāt ad eū. Interea rogabāt eū discipuli eius dicētes: Rabbi māduca. Ille aūt dixit eis: Ego cibū habeo māducare: quē vos nescitis. Dicebant ergo discipuli eius ad inuicē. Nūqd aliqs attulit ei māducare? Dicit eis iesus: Meus cibus est: vt faciam voluntatem eius qui misit me: vt perficiā opus eiꝰ. Nōne vos dicitis q̄ adhuc quattuor mēses sunt: ⁊ messis venit. Ecce dico vobis: leuate oculos vestros: ⁊ videte regiones: q̄ albe sūt iam ad messem. Et qui metit mercedē accipit: ⁊ congregat fructū in vitā eternā: vt ⁊ qui seminat: simul gaudeat ⁊ qui metit. In hoc enim ē verbum verū. Quia aliꝰ est qui seminat: ⁊ alius est qui metit. Ego misi vos metere: q̄d vos nō laborastis. Alij aūt laborauerūt: ⁊ vos in labores eorū introistis. Ex ciuitate autem illa multi crediderūt in eum samaritanorū: ꝓpter v̄bū mulieris testimoniū phibentis: q̄ dixit mihi oia quecūq; feci. Cū venissent ergo ad illū samaritani: rogauerūt eū vt ibi maneret. Et mānsit ibi duos dies. Et multo plures crediderūt in eū ꝓpter sermonē eiꝰ: ⁊ mulieri dicebāt. Q̄ ma nō iam ꝓpter tuā loquelā credimꝰ: ipi enim audiuimꝰ ⁊ scimus: q̄ hic est vere saluator mundi.

Offer. Intende voci orationis mee rex meus ⁊ deus meus: quo-

niā ad te orabo dñe. Secreta.

Respice dñe ꝓpitius ad munera que sacramus vt ⁊ tibi grata sint: ⁊ nobis salutaria semper existant. per. Cōio. Qui biberit aquaꝫ quam ego dabo ei dicit dñs: fiet in eo fons aque saliē:is in vitā eternā.

Huius nos dñe Postcō. perceptio sacri mūdet a crimie: ⁊ ad celestia regna ꝑducat. per. Sup ppl'm Oīo.

Presta q̄s op̄s de⁹: vt q in tua ꝓtectione cōfidimus: cūcta nobis aduersātia te adiuuante vincamus. per.

Sabbato Statio ad sanctam susannā. Introit⁹.

Verba mea aurib⁹ pcipe dñe: intellige clamorē meū: intēde voci orationis mee. ꝑs. Rex meus ⁊ deus meus. ℣. Gloria. Oīo.

Presta q̄s op̄s de⁹: vt q se affligēdo carnē ab alimentis abstinent sectando iusticiam a culpa ieiunent. per.

Lcō danielis ꝓphete. xiij. ca.

In dieb⁹ illis: Erat vir in babylone: ⁊ nomē ei⁹ ioachim. Et accepit vxorem noīe susānā filiā helchie pulchrā nimis: ⁊ timētē deū. Parētes enim illius cū essent iusti erudierūt filiā suā ſm legē moysi. Erat autē ioachim diues valde: ⁊ erat ei pomeriuꝫ vicinū domui sue. Et ad ipsū ꝯfluebāt iudei: eo q̄ esset honorabilior omniū. Et ꝯstituti sūt duo senes iudices in anno illo: de q̄bus locutus est dñs: q̄r egressa est iniq̄tas de babylone a senioribꝰ iudicib⁹: qui videbant regē ppl'm. Isti frequētabāt domum ioachim: ⁊ veniebāt ad eos oēs q habebāt iudicia. Cum aūt ppl's reuertisset post meridiem ingrediebat susanna: ⁊ deambulabat in pomerio viri sui. Et videbāt eam senes quotidie ingredientē ⁊ deambulantem: ⁊ exarserūt in cōcupiscētiam eius. Et auerterūt sensuꝫ suū ⁊ declinauerunt oculos suos vt nō viderēt celū: neq̄ recordarēt iudicioꝝ iustoꝝ. Factū est autē cum obseruarēt diem aptū: qñ eaꝫ possent inuenire solā: igressa est aliqñ sicut heriꝫ nudiustertius cum duab⁹ solis puellis: voluitq̄ lauari in pomerio. Estus q̄ppe erat Et nō erat ibi q̄sq̄: ꝑter duos senes abscōditos cōtēplantes eā. Dixit ergo puellis: Afferte mihi oleum: ⁊ smigmata: ⁊ hostia pomerij claudite vt lauer. Cū autē egresse essent puelle: surrexerunt duo senes: ⁊ accurrerūt ad eam: ⁊ dixerūt:

Ecce ostia pomerij clausa sūt ⁊ nemo nos videt: ⁊ in cōcupi scētia tui sumus. Quāobrem assentire nob: ⁊ cōmiscere no biscū. Qđ si nolueris: dicem⁹ testimoniū contra te: q⁹ fuerit tecū iuuenis: ⁊ ob hāc causaz emiseris puellas a te. Ingemuit susanna: ⁊ ait. Angustie sunt mihi vndiqz. Si eni hoc egero: mors mihi est: si aūt nō egero: nō effugiā man⁹ vras. Sed melī⁹ est mihi absqz ope incidere in manus hoium: qz peccare in ꝓspectū dñi. Et exclamauit voce magna susanna. Exclamauerūt autez ⁊ senes aduersus eā. Et cucurrit vnus: ⁊ aperuit ostia pomerij Cū aūt audissent clamorez in pomerio famuli dom⁹: irruerūt p posticū: vt viderēt qđnā hoc esset. Postqz aūt senes locuti sunt: erubuerūt serui vehemēter: q: nūqz dict⁹ fuerat sermo huiuscemōi de susāna Et facta ē dies crastina. Cūqz venisset ppls ad virz eius ioachim: venerūt ⁊ duo ꝓsbyteri pleni iniqua cogitatione aduersus susannā: vt iterficerēt eam. Et dixerūt corā populo Mittite ad susannaz filiā helchie vxorē ioachim. Et statiz miserunt. Et venit cū parentibus ⁊ filijs: ⁊ vniuersis cognatis suis. Flebāt igit sui: ⁊ oēs qui nouerāt eā. Cōsurgentes autez duo ꝓsbyteri in medio ppli: posuerūt manus suas super caput eius. Que flens suspexit ad celū. Erat enim cor ei⁹ fiducia hñs in dño. Et dixerūt ꝓsbyteri: Cū deābularemus in pomerio solī: ingressa est hec cuz duabus puellis: et clausit ostia pomerij ⁊ dimisit a se puellas. Venitqz ad eam adolescēs q erat absconditus: ⁊ cōcubuit cū ea. Porro nos cū essem⁹ in angulo pomerij: vidētes iniqtatē cucurrimus ad eos: et vidim⁹ eos pariter cōmisceri. Et illū qdē neguimus cōprehendere: q: fortior nobis erat: ⁊ apto ostio exiliuit. Hāc aūt cū apphendissemus interrogauim⁹ qsnā essz adolescens: ⁊ noluit indicare nob: huius rei testes sumus. Credidit eis oīs mltitudo q̄si seniorib⁹ ppli ⁊ iudicib⁹: ⁊ cō dēnauerūt eam ad mortē. Exclamauit aūt voce magna susanna: ⁊ dixit: Deus eterne: q abscōditorz es cognitor: q nosti oīa anteqz fiant: tu scis qm falsū testimoniū cōtra me tulerūt: Et ecce morior cū nihil horz fecerim: q̄ isti maliciose cōposuerūt aduersuz me. Exaudiuit autez dñs vocem ei⁹.

Cũq; duceret ad mortẽ: suscitauit dñs spiritũ pueri iunioris: cui nomen daniel. Et exclamauit voce magna ꝛ dixit Mũdus ego sum a sanguine huius. Et ꝙuersus est ois populus ad eũ: ꝛ dixit: Quis est iste sermo quẽ locut⁹ es? Qui cum staret in medio eorũ ait: Sic fatui filij isrl̃ nõ iudicantes: neq; qõ verũ est cognoscẽtes: ꝙdẽnastĩ filiã isrl̃. Reuertimini ad iudiciũ: q; falsũ testimoniũ locuti sũt aduersus eã. Reuersus est ergo ppl̃us cũ festinatiõe. Et dixit ad eos daniel. Sepate eos ab inuicẽ procul: ꝛ dijudicabo eos. Cũ ergo diuisi essent alter ab altero: vocauit vnũ de eis: ꝛ dixit ad eum: Inueterate diep̃ malop̃: nunc venerũt pctã tua q̃ opabaris prius iudicãs iudicia iniusta innocẽtes opp̃mẽs ꝛ dimittẽs noxios: dicẽte dño Innocentẽ ꝛ iustũ nõ interficies. Nũc ergo si vidisti eam dic sub q̃ arbore videris eos colloq̃ntes sibi. Qui ait: Sub cino. Dixit autẽ daniel. Recte mentitus es in caput tuũ. Ecce enim angelus domini: accepta sentẽtia ab eo scindet te mediuz. Et amoto eo iussit venire alium: et dixit ei: Semen chanaan ꝛ nõ iuda: species decepit te: ꝛ cõcupiscẽtia subuertit cor tuuz. Sic faciebatis filiabus israel: et ille timentes loquebantur vobis. Sed nõ filia iuda sustinuit iniquitatem vestraz. Nũc ergo si vidisti eã: dic mihi sub qua arbore cõprehenderis eos loquẽtes sibi. Qui ait: Sub pino. Dixit aũt ei daniel: Recte mẽtitus es ꝛ tu in caput tuuz. Manet eni angelus dñi: gladium habens: vt secet te mediũ: et interficiat vos. Exclamauit itaq; omnis cetus voce magna: ꝛ benedixerũt deũ qui saluat sperantes in se. Et ꝙsurrexerunt aduersus duos presbyteros: cõuicerat enim eos daniel ex ore suo falsũ dixisse testimonium. Fecerũtq; eis sicuti male egerant aduersus proximũ: et interfecerunt eos. Et saluat⁹ est sanguis innoxius in die illa. Grad. Si ambulem in medio vmbre mortis nõ non timebo mala quoniã tu mecum es domine. ℣. Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sũt. Sedz ioanẽ viij. ca.

In illo tempe: Perrexit ihesus in montẽ oliueti: ꝛ diluculo iterum venit in templuz. Et omnis popul⁹ venit ad eum: ꝛ sedẽs docebat eos. Adducũt autẽ scribe ꝛ phari

sei mulierē in adulterio dep̄/
hensam: ⁊ statuerūt eā in me/
dio: ⁊ dixerunt ei: Magister
hec mulier modo deprehēsa
est in adulterio. In lege autē
moyses mandauit nobis hu/
iusmodi lapidare: Tu ergo
qd dicis? Hoc aūt dicebāt ten
tantes eū: vt possent accusare
eū. Jesus aūt inclinās se deor
sum: digito scribebat in terra
Cū ergo pseuerarēt: interro/
gātes eū erexit se: ⁊ dixit eis:
Qui sine pctō est vr̄m: prim⁹
in illā lapidē mittat. Et iterū
se inclinās scribebat in terra.
Audiētes aūt hec: vnus post
vnū exibāt: incipiētes a senio
ribus. Et remāsit iesus solus
et mulier in medio stans. Eri
gens autem se iesus dixit ei:
Mulier vbi sunt q te accusa/
bant? Nemo te cōdemnauit?
Que dixit: Nemo dñe. Dixit
aūt iesus: Nec ego te ꝯdēna/
bo. Vade ⁊ iā āpli⁹ noli pec/
care. Offer. Gressus meos di/
rige dñe ſm eloquiū tuū: vt nō
dñet mei oīs īiustitia dñe. Sec.

Concede q̄s op̄s de⁹: vt
huius sacrificij munus
oblatū: fragilitatē nostraz ab
omni malo purget semper et
muniat. p. Cōio. Nemo te con
dēnauit mulier: nemo domine:
nec ego te condēnabo: iam am/
plius noli peccare. Postcom.

Quesumus op̄s deus: vt
inter eius mēbra nume
remur: cuius corpori cōicaui
mus ⁊ sanguini. Qui. Sup

Pretēde ppl̄m Oratio.
dñe fidelib⁹ tuis dexte/
ram celestis auxilij: vt te toto
corde perquirāt: ⁊ que digne
postulāt cōsequi mereant. p.
Dñica. iiij. in. xl. Statio ad sā
ctā crucē in hierl̄m. Introit⁹

Letare hierusalē ⁊ cō/
uentū facite oēs qui
diligitis eā: gaudete
cū leticia qui in tristi
cia fuistis: vt exultetis ⁊ faciemi
ni ab vberibus ꝯsolatiōis vestre
ps Letatus sum in his que dicta
sunt mihi: in domū domini ibi/
mus. V. Gloria patri. Oratio.

Concede q̄s op̄s de⁹: vt
q ex merito nostre actio
nis affligimur: tue gr̄e ꝯsola/
tiōe respirem⁹. p. Epl̄a ad ga
lathas. iiij. ca.

Fratres: Scriptū ē qm̄ abraam
duos filios habuit: vnū de an
cilla: ⁊ vnū de libera. Sz q de
ancilla: ſm carnē nat⁹ est: qui
aūt de libera: p repromissiōez
que sunt per allegoriā dicta.
Hec enim sunt duo testamen
ta. Vnū quidē in monte syna
in seruitutē generans: que est
agar. Syna eniz mons est in

arabia: qui cõiunctus est ei: q̃ nunc est hierl̃m: et seruit cum filijs suis. Illa aũt que sursuz est hierl̃m: libera est: q̃ est mr̃ nr̃a. Scriptũ est eniz: Letare sterilis que nõ paris: erumpe et clama que non parturis: qꝛ multi filij deserte magisq̃z eiꝰ que habet virũ. Nos aũt fratres ꝟm ysaac ꝓmissionis filij sumus. Sed quõ tũc is q ꝟm carnẽ natꝰ fuerat: ꝑsequebat̃ eũ qui ꝟm spm̃: ita ⁊ nũc. Sz qd dicit scriptura? Eijce ãcillam ⁊ filiũ eius. Nõ enim erit heres filius ancille cum filio libere. Itaqꝫ fratres nõ sumꝰ ancille filij: sed libere: qua libertate christꝰ nos liberauit.

Grad. Letatus sum in his que dicta sunt mihi: in domũ domini ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua: ⁊ abũdãtia in turribus tuis.

Tractus. Qui cõfidũt in dño sicut mons syon: non cõmouebit̃ in eternũ qui habitat in hierl̃m. ℣. Montes in circuitu eius: et dñs in circuitu popl̃i sui: ex hoc nũc ⁊ vsqꝫ in seculũ. Scdm io. annẽ. vj. ca.

In illo tẽpe: Abijt iesus trãs mare galilee: qd̃ est tyberiadis: ⁊ seq̃bat̃ euz multitudo magna: qꝛ videbãt signa que faciebat super his q infirmabãt̃. Subijt ergo in montem iesus: ⁊ ibi sedebat cũ discipl̃is suis. Erat autẽ proximũ pascha: dies festus iudeoꝝ. Cũ subleuasset ergo oculos iesus ⁊ vidissz qꝛ multitudo maxima venit ad eum. Dixit ad philippũ: Unde ememus panes vt mãducent hi? Hoc autẽ dicebat tentans eũ. Ipse eni sciebat quid esset facturus. Rñdit ei philippus. Ducentoꝝ denarioꝝ panes non sufficiunt eis: vt vnusqsqꝫ modicũ qd accipiat Dicit ei vnꝰ ex discipulis eiꝰ andreas frater simonis petri: Est puer vnus hic qui habet qnqꝫ panes ordeaceos et duos pisces: Sz hec qd sũt inter tantos? Dixit ergo iesus: Facite homies discũbere. Erat autẽ fenũ multũ in loco. Discubuerũt ergo viri numero q̃ si qnqꝫ milia. Accepit ergo iesus panes: ⁊ cum gr̃as egisset distribuit discũbẽtibꝰ. Similiter ⁊ ex piscibꝰ q̃ztũ volebãt Ut autẽ impleti sunt: dixit discipulis suis: Colligite q̃ superauerũt fragmẽta: ne pereant. Collegerũt ergo ⁊ impleuerũt duodeci cophinos fragmẽtoꝝ: ex qnqꝫ panibꝰ ordeaceis que supfuerunt his qui mãducauerãt. Illi ergo homines cũ vidissent qd̃ iesus fecerat signum dicebant: Quia

hic est vere ꝓpheta: qui vẽtu
rus est in mũdũ. Offer. Lau/
date dñm qm̃ benign⁹ est: psalli/
te nomini eius qm̃ suauis est: oĩa
q̃cũq; voluit fecit i celo ⁊ i terra.
Sacrificijs p̃sen/ Secre.
tibus dñe q̃s intẽde pla
catus: vt ⁊ deuotioni nr̃e ꝓfi/
ciãt ⁊ saluti. P. Cõio. Hieru/
salẽ q̃ edificat̃ vt ciuitas: cui⁹ par
ticipatio eius in idipsum: illuc e/
nim ascẽderũt trib⁹ trib⁹ domini
ad confitendu3 nomini tuo dñe.
Da nobis mise Postcõ.
ricors de⁹: vt sãcta tua
quib⁹ incessanter explemur:
sinceris tractemus obsequijs:
et fideli mẽte semꝑ sumam⁹. ꝑ
Feria secũda. Statio ad san/
ctos q̃tuor coronatos. Introi.
Deus in noĩe tuo sal/
uum me fac: ⁊ in vir/
tute tua iudica me de
us exaudi oĩonẽ me/
am. ℣ Aurib⁹ ꝑcipe verba oris
mei. ℣ Gloria. Oratio.
Resta q̃s op̃s de⁹: vt ob
seruationes sacras annua de/
uotione recolẽtes: et corpore
tibi placeamus ⁊ mente. P.
Lectio libri regum. iij. cap. iij.
In diebus illis: Venerũt
due mulieres meretri/
ces ad regẽ salomonẽ: ⁊ stete/
runt corã eo. Quarũ vna ait:
Obsecro mi dñe: ego ⁊ muli/
er hec habitabamus in domo
vna: ⁊ peperi apud eã in cu/
biculo. Tertia v̄o die postq̃
ego pepi: pepit ⁊ hec. Et era/
mus simul: nullusq; alius in
domo nobiscũ: exceptꝫ nobis
duab⁹. Mortu⁹ est autẽ filius
mulieris hui⁹ nocte: dormiẽs
q̃ppe opp̃ssit eũ. Et ꝯsurgens
intẽpeste noctis silentio: tulit
filiũ meũ de latere meo ancil/
le tue dormiẽtis: ⁊ collocauit
in sinu suo. Suũ aũt filiũ qui
erat mortu⁹ posuit i sinu meo.
Cumq; surrexissem mane: vt
darem lac filio meo: apparu/
it mortuus. Quem diligẽtius
intuens clara luce dep̃hendi
nõ esse meũ: quem genueraz.
Rñdit altera mulier: Nõ est
ita vt dicis: sed fili⁹ tuus mor/
tuus est: meus autem viuit.
Ecõtrario illa dicebat: Men
tiris: fili⁹ q̃ppe me⁹ viuit: ⁊ fi
lius tu⁹ mortu⁹ ẽ. Atq; in hũc
modũ cõtẽdebant corã rege.
Tunc rex ait: Hec dicit: filius
meus viuit: ⁊ fili⁹ tuus mortu⁹
est: ⁊ ista rñdet: nõ: sꝫ fili⁹ tuus
mortuus est: ⁊ fili⁹ me⁹ viuit.
Dixit ergo rex: Afferte mihi
gladiũ. Cũq; attulissent gla/
diũ corã rege. Diuidite inq̃t
infantẽ viuũ in duas ꝑtes: et
date dimidiã ꝑtẽ vni: ⁊ dimi/
diã ꝑtẽ alteri. Dixit ãt mulier

cui⁹ fili⁹ erat viu⁹ ad regem. Commota sunt qppe viscera ei⁹ sup filio suo: Obsecro dñe date illi infantē viuū: ⁊ nolite interficē eū. Ecōtrario illa dicebat: nec mihi: nec tibi sit: sz diuidat. Rñdit rex ⁊ ait: Date huic infantē viuū: ⁊ nō occidat. Hec est eniz mater eius. Audiuit itaqz oīs israel iudiciū qđ iudicasset rex: ⁊ timuerūt regē: vidētes sapiētiā dei esse in eo ad faciēdū iudiciū. Grad. Esto mihi in deuz protectorē: ⁊ in locū refugij vt saluum me facias. ℟. Deus in te speraui domine nō cōfundar ineternuz.

Scdm ioannē. ij. ca.

In illo tpe: Prope erat pascha iudeoꝝ: ⁊ ascendit iesus hierosolymā. Et iuenit in tēplo vendētes oues ⁊ boues: ⁊ colūbas: ⁊ nūmularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagelluz de funiculis: oēs eiecit de tēplo: oues quoqz ⁊ boues ⁊ nūmularioꝝ effudit es ⁊ mēsas subuertit. Et his qui colūbas vendebant dixit: Auferte ista hinc: ⁊ nolite facere domū patris mei domū negociationis. Recordati vero sūt discipuli eius: qꝛ scriptū est: Zelus domus tue comedit me. Responderūt ergo iudei: ⁊ dixerūt ei: Qđ signū ostēdis nob: qꝛ hec facis? Respōdit iesus ⁊ dixit eis. Soluite tēplū hoc ⁊ in trib⁹ diebus excitabo illud Dixerūt ergo iudei: Quadraginta ⁊ sex ānis edificatū est templū hoc: ⁊ tu in tribus dieb⁹ excitabis illud? Ille aūt dicebat de tēplo corporis sui Cuz ergo resurrexisset a mortuis: recordati sunt discipuli eius: quia hoc dicebat de corpore suo. Et crediderunt scripture: ⁊ sermoni: quem dixit iesus. Cum autem esset hierosolymis in pascha in die festo multi crediderunt in noīe ei⁹ vidētes signa eius que faciebat. Ipse aūt iesus non credebat semetipsum eis: eo ꝙ ipse nosset oēs: ⁊ qꝛ op⁹ ei nō erat vt qs testimoniū ꝑhiberet de hoīe. Ipse eniz sciebat qd eēt in homie. Offer. Iubilate deo oīs terra: iubilate deo oīs terra: seruite domino in leticia: intrate in conspectu eius in exultatione: quia dñs ipse est deus. Secre.

Oblatū tibi dñe sacrificiū viuificet nos semp ⁊ muniat. Per. Coio Ab occultis meis mūda me dñe: ⁊ ab alienis parce seruo tuo. Postcōio.

Sumptis domine salutarib⁹ sacramentis ad redemptionis eterne quesum⁹ proficiam⁹ augmentū. Per.

D Super ppl'm Oratio.
Ep̄catōez nr̄az q̄s dn̄e benign⁹ exaudi: ⁊ quib⁹ supplicādi prestas affectū: tribue defensiōis auxilium. per. Feria .iij. Statio ad sctm̄ laurētium in damascum. Introitus

Exaudi deus orōnem meā: ⁊ ne despexeris deprecationē meam: intēde in me ⁊ exaudi me. ps. Cōtristatus sum in exercitatione mea: ⁊ cōturbat⁹ suz a voce inimici: ⁊ a tribulatione peccatoris. ℣. Gloria. Oratio.

Sacre nob̄ q̄s d n̄e obseruatiōis ieiunia: ⁊ pie cōuersatiōis augmētuz: ⁊ tue ꝓpitiatiōis cōtinuū prestēt auxiliū. per do. Lcō libri exodi

In dieb⁹ illis: xxxij. ca.
Locut⁹ est dn̄s ad moysen dicens: Descēde de mōte: qꝛ peccauit ppl's tuus: quem eduxisti de terra egypti. Recesserūt cito de via quā ostendisti eis. Fecerūtqꝫ sibi vitulū cōflatilē: ⁊ adorauerunt: atqꝫ īmolātes ei hostias dixerunt Isti sunt dij tui isrl̄: q te eduxerūt de terra egypti. Rursūqꝫ ait dn̄s ad moysen: Cerno q̄ ppl's iste dure ceruicis sit: dimitte me vt irascat̄ furor me⁹ ꝯtra eos: ⁊ deleā eos: faciāqꝫ te in gētē magnam. Moyses autē orabat dn̄m deū suuz dicens: Cur dn̄e irascitur furor tuus ꝯtra ppl'm tuū: quē eduxisti de terra egypti in fortitudine magna: ⁊ in manu robusta? Ne queso dicant egyptij: callide eduxit eos: vt īterficeret in mōtib⁹: ⁊ deleret de terra. Quiescat ira tua: ⁊ esto placabilis super neq̄cia ppl'i tui Recordare abraā ysaac ⁊ isrl̄ seruoꝝ tuoꝝ: q̄bus iurasti per temetipsū dicēs: Multiplicabo semen vestruz: sicut stellas celi: ⁊ vniuersā terraz hāc: de qua locutus sum dabo semini vr̄o: ⁊ possidebitis eā semp Placatusqꝫ ē dn̄s: ne faceret malū: qd̄ locut⁹ fuerat aduersum ppl'm suū. Et misert⁹ est ppl'o suo dn̄s deus nr̄. Grad.
Exurge dn̄e fer opem nobis: ⁊ libera nos ꝓpter nomē tuum. ℣.
Deus auribus nr̄is audiuimus patres nostri annūciauerunt nobis opus quod opatus es in diebus eoruz: ⁊ in diebus antiquis.

I Scd̄m ioannem. vij. ca.
In illo tpe: Jaz die festo mediāte ascēdit iesus in templū ⁊ docebat. Et mirabāt̄ iudei dicētes: Quō hic lr̄as scit cū nō didicerit? Rn̄dit eis iesus ⁊ dixit: Mea doctrina nō est mea: sed eius qui misit me Si q̄s voluerit volūtatē eius

facere: cognoscet de doctrina mea: vtrũ ex deo sit: an ego a meipso loquor. Qui a semet/ ipso loqtur gloriã ꝓpriã q̃rit. Qui autẽ q̃rit gloriaꝫ eius q misit illũ: hic verax est: ⁊ iniusticia i illo nõ est. Nõne moyses dedit vobis legeꝫ: ⁊ nemo ex vobis facit legẽ? Quid me q̃ritis interficere? Rñdit turba ⁊ dixit: Demoniũ habes. Quis te querit interficẽ? Respõdit iesus: ⁊ dixit eis: Vnũ opus feci: ⁊ omnes miramini Propterea moyses dedit vobis circũcisionẽ: nõ qꝛ ex moyse est: sed ex patrib⁹. Et in sabbato circũciditis hominẽ. Si circũcisionẽ accipit homo in sabb̃o: vt nõ soluat̃ lex moysi mihi indignamini: qꝛ totũ hominẽ sanũ feci i sabb̃o. Nolite iudicare ſm faciem: sed iustum iudiciuꝫ iudicate. Dicebant ergo qdam ex hierosolymis: Nonne hic est quem querũt iudei interficere? Ecce palam loquit̃: ⁊ nihil ei dicunt. Nũqd vere cognouerũt principes: qꝛ hic est xp̃s? Sꝫ hũc scimus vnde sit. Christus aũt cũ venerit: nemo scit vnde sit Clamabat ergo docẽs in templo iesus: ⁊ dicẽs: Et me scitis ⁊ vnde sim scitis. Et a meipso nõ veni: sed est verus q misit me: quẽ vos nescitis. Ego scio euꝫ. Et si dixero: qꝛ nescio euꝫ ero similis vobis mẽdax. Sꝫ scio euꝫ: qꝛ ab ipso sum: ⁊ ipse me misit. Querebãt ergo euꝫ apprehendere: ⁊ nemo misit in eum manus: qꝛ nõdũ venerat hora eius. De turba autẽꝫ mlti crediderũt in eũ. Offer. Expectãs expectaui dñꝫ: ⁊ respexit me: ⁊ exaudiuit deprecatiõeꝫ meã: ⁊ imisit in os meũ cãticũ nouũ: hymnũ deo nostro. Secre.

Hec hostia dñe q̃sumus emũdet nostra delicta: ⁊ ad sacrificiũ celebrãduꝫ subditoꝝ tibi corpora: mentesq̃ sanctificet. Per. Cõio. Letabimur in salutari tuo: ⁊ in noĩe dei nr̃i magnificabimur. Postcõ.

Huius nos domine perceptio sacr̃i mũdet a crimine: ⁊ ad celestia regna ꝑducat. Super populuꝫ. Oratio.

Miserere dñe ppl̃o tuo: ⁊ ꝯtinuis tribulatõib⁹ laborãtem: ꝓpitius respirare concede Per. Feria iiij. Statio ad sctm̃ paulũ. Introitus.



Dum sanctificat⁹ fuero in vobis cõgregabo vos de vniuersis terris: ⁊ effundã sup vos aquã mundã: ⁊ mundabimini ab oĩbus inqnamentis vestris ⁊ dabo vobis spiritum nouum.

℣. Bñdicaz dñm in omni tpe: semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oro.

DEus qui et iustis p̄mia meritoꝝ: ⁊ pctōribus per ieiuniū veniā p̄bes: miserere supplicibus tuis: vt reatus nostri cōfessio indulgentiam valeat ꝑcipere delictoꝝ. Per. Lctō ezechielis pphete. xxxvi. ca.

HEc dicit dñs deꝰ. Sanctificabo nomen meuz magnū: vt sciāt gētes: qꝛ ego dñs: cū sanctificatus fuero in vobis corā eis. Tollam qppe vos de gentibꝰ: ⁊ cōgregabo vos de vniuersis terris: ⁊ adducā vos in terrā vestram: et effundā sup vos aquā mūdā ⁊ mūdabimini ab oībus inq̄namētis vestris: ⁊ ab vniuersis idolis vestris mūdabo vos Et dabo vobis cor nouū: ⁊ spiritū nouū ponā in medio vr̄i. Et auferā cor lapideū de carne vestra: ⁊ dabo vob̄ cor carneū: ⁊ spūm meū ponā in medio vestri. Et faciā vt in preceptis meis ābuletis: ⁊ iudicia mea custodiatis ⁊ opemi. Et habitabitis in terra quā dedi p̄ribus vestris: et eritis mihi in ppl'm: ⁊ ego ero vob̄ in deū Dicit dñs ops. Grad. Uenite filij audite me: timorē dñi docebo vos. ℣. Accedite ad eū ⁊ illuminamini: ⁊ facies vestre nō cōfundentur. Hic dicit Dñs vobiscū fine Flectamus genua.

PResta q̄s ops deꝰ Oro vt quos ieiunia votiua castigant: ipsa quoqz deuotio sancta letificet: vt terrenis affectibus mitigatis facilius celestia capiamus. Per. Lectio esaie pphete. j. ca.

HEc dicit dominꝰ: Lauamini: mūdi estote: auferte malū cogitationū vestraꝝ ab oc̄lis meis. Quiescite agere ꝑuerse discite bñfacere. Querite iudiciū: subuenite oppresso: iudicate pupillo: defendite viduam: ⁊ venite ⁊ arguite me: dicit dñs: Si fuerint peccata vestra vt coccinum: quasi nix dealbabūtur. Et si fuerint rubra quasi vermiculus: velut lana alba erūt. Si volueritꝫ ⁊ audieritis me: bona terre comedetꝫ. Dicit dñs ops. Grad. Btā gēs cuius est dñs deꝰ eorum ppl's quē elegit dñs in hereditatem sibi. ℣. Uerbo dñi celi firmati sunt: ⁊ spiritu oris eius oīs virtus eoꝝ. Scdm ioannē. ix. ca.

IN illo tpe: Preteriēs iesus vidit hoīem cecuz a natiuitate. Et iterrogauerūt eū discipuli eiꝰ: Rabbi: quis peccauit: hic: aut parētes eiꝰ

vt cecꝰ nasceret? Rñdit iesus
Neq; hic peccauit: neq; parē
tes eiꝰ: sed vt manifestent opa
dei in illo. Me oportet opari
opa eius qui misit me: donec
dies est. Venit nox qñ nemo
pōt operari. Qꝫ diu in mūdo
sum: lux sum mūdi. Hec cum
dixisset expuit in terrā: ⁊ fecit
lutū ex sputo: ⁊ liniuit lutum
sup oculos eius: ⁊ dixit ei: Va
de ⁊ laua i natatoria syloe: qđ
interpretat missus. Abijt er/
go ⁊ lauit: et venit vidēs. Ita
q; vicini: ⁊ qui viderant eum
prius: quia mendicus erat: di
cebāt: Nōne hic est q sedebat
et mēdicabat? Alij dicebāt q;
hic est. Alij autē: Nequaq̄; sz
similis eius est. Ille v̄o dice/
bat: Quia ego sum. Dicebāt
ergo ei: Quō aperti sunt tibi
oculi? Rñdit. Ille hō q dicit
iesus: lutū fecit: ⁊ vnxit ocl'os
meos: ⁊ dixit mihi: Vade ad
natatoria syloe: et laua. Et a/
bij ⁊ laui: ⁊ vidi. Dixerūt er/
go ei: Vbi ē ille? Ait: Nescio.
Adducūt eū ad phariseos: q
cecꝰ fuerat. Erat aūt sabbatū
quādo lutū fecit iesus: ⁊ ape/
ruit oculos eius. Iterū ergo
interrogabant eum pharisei
quō vidisset. Ille aūt dixit eis
Lutum posuit mihi sup ocu/
los: ⁊ laui: ⁊ video. Dicebant
ergo ex phariseis quidā: Nō
est hic homo a deo qui sabba
tum nō custodit. Alij aūt dice
bant: Quō pōt homo pecca/
tor hec signa facē? Et scisma
erat inter eos. Dicūt ergo ce/
co iterū: Tu quid dicis de eo:
qui aperuit oculos tuos? Il/
le aūt dixit: Quia ꝓpheta est.
Nō crediderūt ergo iudei de
illo quia cecus fuisset ⁊ vidis
set: donec vocauerunt paren/
tes eius qui viderat. Et inter/
rogauerunt eos dicētes: Hic
est filius vester quem vos di/
citis: q; cecus natus est? Quō
ergo nunc videt? Responde/
runt eis parentes eius: ⁊ dixe
runt: Scimus quia hic est fi/
lius noster: ⁊ quia cecus natꝰ
est. Quomodo autē nunc vi/
deat nescimus: aut quis ape/
ruit oculos nos nescimꝰ: Ip/
sum interrogate: etatē habet.
Ip̄e de se loquatur. Hec dixe
runt parentes eius: quia time
bant iudeos. Jam enim ꝯspi/
rauerant iudei: vt si quis eum
confiteret christū: extra syna/
gogam fieret. Propterea pa/
rentes eius dixerunt: quia eta
tem habet: ipsum interroga/
te. Vocauerunt ergo rursum
hominem qui fuerat cecus: ⁊
dixerunt ei: Da gloriam deo.
Nos scimus quia hic homo

peccator est. Dixit ergo ille: Si peccator est nescio: vnum scio: qr cũ essem cecus: modo video. Dixert ergo illi: Quid fecit tibi? Quõ aperuit tibi oculos? Rñdit eis. Dixi vobis iam: ⁊ audistis. Quid iterum vultis audire? Nunqd ⁊ vos vultis discipuli ei⁹ fieri? Maledixerũt ergo ei et dixerunt: Tu discipulus illius sis: nos autez moysi discipuli sumus. Nos scimus qr moysi locut⁹ est deus. Hunc autẽ nescim⁹ vnde sit. Rñdit ille homo et dixit eis: In hoc enim mirabile est: qr vos nescitis vnde sit: et aperuit oculos meos. Scimus aũt qr pctõres de⁹ nõ audit: sed si quis dei cultor est: ⁊ volũtatẽ eius facit: hũc exaudit. A seculo non est auditum qr aperuit qs oculos ceci nati. Nisi esset hic a deo: nõ poterat facere qcq̃z. Rñderũt ⁊ dixerũt ei: In peccatis natus es totus: et tu doces nos. Et eiecerũt eũ foras. Audiuit iesus qr eiecerunt eũ foras: ⁊ cũ inuenisset eũ dixit ei: Tu credis in filiũ dei. Rñdit ille et dixit: Quis est dñe vt credaz in eũ: Et dixit ei iesus: Et vidisti eũ: ⁊ q loqt̃ tecũ: ipse est. At ille ait: Credo dñe. Et ꝓcidẽs adorauit eũ. Offer. Bene dicite gẽtes dñm deũ nostruz: et obaudite vocẽ laudis eius: quia posuit animam meã ad vitam: et nõ dedit cõmoueri pedes meos: bñdictus dñs qui nõ amouit deprecationẽ meã ⁊ misericordiaz

Secr. Suã a me.

SUppli/ces te rogam⁹ op̃s de⁹: vt his sacrificijs pctã nostra mũdent̃: qr tũc verã nob̃ tribuis ⁊ mẽtis ⁊ corpis sanitatẽ. P. Cõio. Lutũ fecit ex sputo dñs ⁊ liniuit oculos meos: et abij ⁊ laui: ⁊ vidi: ⁊ credidi deo.

Postcõ.

SAcramenta q̃ sũpsim⁹ dñe de⁹ noster: et spũalibus nos repleãt alimentis: ⁊ corporalib⁹ tueant̃ auxilijs. p. Sup ppl̃m oratio

PAteãt aures misericordie tue dñe p̃cibus supplicantiũ: ⁊ vt petẽtibus desiderata cõcedas: fac eos q̃ tibi sunt placita postulare. Per.

Feria .v. Statio ad scm̃ siluestrum. Introitus.

LEtetur cor querẽtiuz dñm: querite dñm et ꝯfirmamini: q̃rite faciem eius semp. Ps. Cõfitemini dño ⁊ inuocate nomen eius: annũciate inter gẽtes opa eius. Ps.

PResta q̃s Oro. Gloria. op̃s deus: vt quos ieiunia votiua castigãt: ipsa quoqz deuotio sancta letificet: vt

terrenis affectibus mitigaꝫ: facilius celestia capiamus.p.

Lectio libri regũ.qrti ca.iiij.

IN dieb⁹ illis:Uenit mulier sunamitis ad helisẽum in montẽ carmeli.Cunqꝫ vidisset eã vir dei de ꝓtra:ait ad giezi puerꝫ suũ:Ecce sunamitis illa.Uade ergo in occursuꝫ eius:ꝛ dic ei:Recte ne agit circa te:ꝛ circa virũ tuũ: et circa filiũ tuũ? Que rñdit: Recte.Cũqꝫ venisset ad virũ dei in montẽ:apprehendit pedes eius.Et accessit giezi vt amoueret eam.Et ait hõ dei: Dimitte illã:Alia eni eius in amaritudine est:ꝛ dñs celauit a me ꝛ nõ idicauit mihi.Que dixit illi:Nũqd petiui filiũ a dño meo?Nũqd nõ dixi tibi: ne illudas me? Et ille ait ad giezi:Accinge lumbos tuos ꝛ tolle baculuꝫ tuum in manu tua:ꝛ vade.Si occurrerit tibi homo:nõ salutes eũ:ꝛ si salutauerit te quispiã:nõ respõdeas illi.Et pones baculum meũ sup faciem pueri.Dixit mater pueri ait:Uiuit dñs:et viuit aia tua:nõ dimittam te. Surrexit ergo ꝛ secut⁹ est eã. Giezi aũt ꝓcesserat ante eos: et posuerat baculũ sup faciem pueri:ꝛ nõ erat vox neqꝫ sensus.Reuersusqꝫ est giezi i occursum eius:ꝛ nũciauit ei dicens:Non surrexit puer. Ingressus est ergo heliseus domũ.Et ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius.Ingressusqꝫ clausit ostiũ sup se ꝛ sup puerum:ꝛ orauit ad dñm.Et ascẽdit ꝛ incubuit sup puerũ: posuitqꝫ os ei⁹ sup os eius:et oculos suos sup oculos ei⁹:et manus eius sup manus eius: et incuruauit se sup eũ:ꝛ calefacta est caro pueri.At ille reuersus deambulauit in domo semel huc atqꝫ illuc.Et ascendit ꝛ incubuit super eum.Et oscitauit puer septies:aperuitqꝫ oculos suos.At ille vocauit giezi:ꝛ dixit ei:Uoca sunamitẽ hanc.Que vocata ingressa est ad eũ.Cui ait:Tolle filiũ tuũ.Uenit autẽ illa:et corruit ad pedes eius:ꝛ adorauit sup terrã.Tulitqꝫ filiuꝫ suũ ꝛ egressa est.Heliseus vo reuersus est in galgala.Grad.

Respice dñe in testamẽtũ tuũ:et aias pauperũ tuorꝫ ne obliuiscaris in finem.℣.Exurge domine et iudica causã meã:memor esto opprobrij seruorꝫ tuorꝫ.Scõm

IN illo tpe:Lucæ.vij.ca.

Ibat ihesus in ciuitatẽ q̃ vocat naym:ꝛ ibant cũ eo discipuli eius:ꝛ turba copiosa. Cum autem approprinquaret

porte ciuitatis: ecce defūctus efferebat̄ filiꝰ vnicꝰ mr̄is sue: Et hec vidua erat: ⁊ turba ciuitatis multa cū illa. Quā cū vidisset dn̄s misericordia motꝰ sup eā dixit illi: Noli flere. Et accessit: ⁊ tetigit loculum Hi aūt qui portabāt steterūt. Et ait: Adolescēs: tibi dico surge Et resedit qui erat mortuꝰ: et cepit loqui. Et dedit illū mr̄i sue. Accepit aūt oēs timor: et magnificabant deū dicentes: Quia ꝓpheta magnus surrexit in nobis: qꝛ deus visitauit plebē suā. Offer. Dn̄e ad adiuuandū me festina: confundātur oēs aduersū me qui cogitāt ser/

Puis tuis mala. Secreta. Urifica nos misericors deus: vt ecclesie tue p̄ces que tibi grate sūt: pia munera deferentes: fiāt expiatis mētibꝰ gratiores. P. Cōio. Dn̄e memorabor iustitie tue solius: deus docuisti me a iuuentute mea: et vsqꝫ in senectā ⁊ seniū deꝰ ne de/

Orelinquas me. Postcōio Celestia dona capiētibꝰ q̄s dn̄e nō ad iudiciū ꝓueni/re patiaris: que fidelibꝰ tuis ad remediū ꝓuidisti. p. Sup

Populitui ppl̄m Oīo. deus institutor ⁊ rector peccata quibꝰ impugnant̄ expelle: vt semp tibi placitus: et tuo munimine sit securus. p.

Feria sexta. Statio ad sanctū eusebiū. Introitꝰ.



Editatio cordis mei in cōspectu tuo semper: domine adiutor meus ⁊ redēptor meus. ps. Celi enarrant gloriā dei: ⁊ opa manuū eius annūciat firmamētū. ℣

Deus qui Oīo. Gloria. ineffabilibꝰ mūdū renouas sacramētis: p̄sta q̄s: vt ecclesia tua et eternis ꝓficiat institutis: ⁊ tēporalibꝰ nō destituat̄ auxilijs. p. Lectio libri

Tregum tertij capl̄o. xvij In diebus illis: Egrotauit filiꝰ mulieris matrisfamilias: ⁊ erat languor fortissimꝰ ita ꝙ nō remaneret in eo halitus. Dixit ergo ad heliam: Quid mihi ⁊ tibi vir dei? Ingressus es ad me: vt rememorarent̄ iniqtates mee: ⁊ interficeres filiū meū. Et ait ad eaꝫ helias: Da mihi filiū tuū. Tulitqꝫ eū de sinu illius: ⁊ portauit in cenaculū: vbi ip̄e manebat: ⁊ posuit sup lectū suū: et clamauit ad dn̄ꝫ: ⁊ dixit: Domine deus meus: etiam ne viduam apud quā ego vtcūqꝫ sustētor afflixisti: vt interficeres filium eius. Et expādit se atqꝫ mensus est super pueruꝫ tribꝰ vicibus: clamauitqꝫ ad

dñm: ⁊ dixit. Dñe deꝰ meus: reuertat̃ obsecro anima pueri huius in viscera eiꝰ. Exaudiuit autẽ dominus vocez helie: ⁊ reuersa est anima pueri intra eum: ⁊ reuixit. Tulitqz helias puerũ: et deposuit euz de cenaculo in inferiorez domum: ⁊ tradidit matri sue: et ait illi: En viuit filiꝰ tuus. Dixitqz mulier ad heliam: Nũc in isto cognoui: qm̃ vir dei es tu: ⁊ v̄buz dñi in ore tuo verũ est. Grad. Bonum est confidere in dño q̃z confidere in homine. ℣. Bonum est sperare in domino q̃z sperare in principibꝰ. Secundũ ioannem. xj. capitulo.

In illo tempe: Erat quidam languens lazarus a bethania de castello marie et marthe sororum eius. Maria autem erat que vnxit dominũ vnguento: et extersit pedes eius capillis suis. Cuius frater lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores eius ad eũ dicentes: Dñe ecce quẽ amas infirmat̃. Audiens aũt iesus dixit eis: Infirmitas hec non est ad mortem: sed ꝓ gloria dei: vt glorificet̃ filius dei per eam. Diligebat autem iesus marthã ⁊ sororẽ eius mariam: ⁊ lazarũ. Ut ergo audiuit qꝛ infirmabat̃: tũc quidez mansit in eodem loco duobꝰ diebꝰ. Deinde post hec dixit discipulis suis: Eamus in iudeam iterũ. Dicũt ei discipuli: Rabbi nũc querebãt te iudei lapidare: ⁊ iterũ vadis illuc. Respondit iesus: Nonne duodecim hore sunt diei? Si quis ambulauerit in die non offendit: qꝛ lucẽ huius mũdi videt. Si aũt ambulauerit in nocte offendit: qꝛ lux nõ est in eo. Hec ait: ⁊ post hec dicit eis Lazarus amicus noster dormit: sz vado: vt a sõno excitez eum Dixerunt ergo discipuli eius: Domine si dormit: saluus erit. Dixerat autez iesus de morte eiꝰ: illi autem putauerũt qꝛ de dormitione somni diceret. Tũc ergo dixit eis iesus manifeste: Lazarus mortuus est: ⁊ gaudeo ꝓpter vos vt credatis quoniã non eram ibi. Sed eamus ad eũ. Dixit ergo thomas: q dicit̃ didymꝰ ad cõdiscipulos: Eamꝰ ⁊ nos ⁊ moriamur cũ eo. Uenit itaqz iesus: ⁊ inuenit eum q̃ttuor dies iam in monumẽto habẽtem. Erat aũt bethania iuxta hierosolymã q̃si stadijs qndecim. Multi aũt ex iudeis venerant ad marthã ⁊ mariam: vt ꝯsolarent̃ eas de fratre suo Martha ergo vt audiuit: qꝛ

ieſus venit: occurrit illi. ℳaria autez domi ſedebat. Dixit ergo martha ad ieſum: Dñe ſi fuiſſes hic: frater meus non fuiſſet mortuus. Sed ⁊ nunc ſcio: q̄ quecūq̄z poposceris a deo: dabit tibi deus. Dicit illi ieſus: Reſurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio q̄ reſurget in reſurrectōe i nouiſſimo die. Dicit ei ieſus. Ego ſū reſurrectio ⁊ vita. Qui credit in me: etiaz ſi mortuus fuerit viuet. Et oīs qui viuit ⁊ credit in me: nō moriet in eternū. Credis hoc? Ait illi. Utiq̄z dñe. Ego credidi: q̄ tu es x̄p̄s filius dei viui: qui in hūc mūdū venisti. Et cuz hec dixiſſet abijt: ⁊ vocauit mariā ſororē ſuam ſilētio dicēs: ℳagiſter adeſt ⁊ vocat te. Illa aūt vt audiuit ſurrexit cito: ⁊ venit ad eum. Nondū eniz venerat ieſus in caſtelluz: ſz erat adhuc in illo loco: vbi occurrerat ei martha. Judei ergo qui erant cuz ea in domo: ⁊ p̄ſolabāt eaz: cū vidiſſent mariā: q̄ cito ſurrexit ⁊ exijt: ſecuti ſūt eam dicentes: Quia vadit ad monumētū: vt ploret ibi. ℳaria ergo cuz veniſſet vbi erat ieſus: videns eum cecidit ad pedes eius: ⁊ dixit ei. Dñe ſi fuiſſes hic: non eſſet mortuus frater meus. Jeſus ergo vt vidit eā plorātē: ⁊ iudeos qui venerāt cū ea plorātes: infremuit ſpū ⁊ turbauit ſemetipſū: ⁊ dixit. Ubi poſuiſtis euz? Dicunt ei: Dñe veni ⁊ vide. Et lachrymat⁹ eſt ieſus. Dixerunt ergo iudei: Ecce quō amabat eum. Quidā aūtē ex ipſis dixerūt. Non poterat hic qui aperuit oculos ceci nati facere: vt hic nō moreret? Jeſus ergo rurſū fremēs in ſemetipſo venit ad monumētū. Erat aūt ſpelūca ⁊ lapis ſuppoſitus erat ei. Ait ieſus: Tollite lapidē. Dicit ei martha ſoror eius q̄ mortuus fuerat. Dñe iam fetet: quadriduanus enim eſt. Dicit ei ieſus: Nōne dixi tibi: q̄m ſi credideris: videbis gloriaz dei? Tulerūt ergo lapidez. Jeſus aūt eleuatis oculis ſurſuz dixit: Pater gr̄as ago tibi: q̄m audiſti me. Ego autē ſciebaz: q̄ ſemp me audis: ſed p̄pter pplz qui circūſtat dixi: vt credant q̄ tu me miſiſti. Hec cuz dixiſſz: voce magna clamauit Lazare veni foras. Et ſtatim p̄rodijt: qui fuerat mortuus: ligatus manus ⁊ pedes inſtitis: ⁊ facies illi⁹ ſudario erat ligata. Dicit eis ieſus: Solui te eum: ⁊ ſinite abire. ℳulti ergo ex iudeis: qui venerant

ad mariã ⁊ marthã: ⁊ viderãt que fecit iesus: crediderũt in eum. Offer. Populum humilẽ saluũ facies dñe: ⁊ oculos supborum humiliabis: quoniam quis deus preter te domine. Secre.

Munera nos domine q̃ sum⁹ oblata purificẽt: ⁊ te nobis iugiter faciãt eẽ placatũ. Per. Cõio. Uidens dñs flẽtes sorores lazari ad monumẽtum: lachrymatus est coram iudeis: ⁊ clamabat lazare veni foras: ⁊ prodijt ligatis manibus et pedibus: qui fuerat quadriduanus mortuus. Postcõi.

Hec nos q̃s dñe participatio sacr̃i: ⁊ a ꝓprijs reatib⁹ indesinẽter expediat: ⁊ ab oibus tueat̃ aduersis. Per. Su

Da q̃s op̃s ꝑ ppl̃m Oio deus: vt qui infirmitatis nostre conscij: de tua v̄tute ꝯfidimus: sub tua semper pietate gaudeam⁹. Per. Sabbato. Statio ad sctm̃ nicholaũ.

Sitientes Introitus venite ad aquas: dicit dñs: ⁊ qui nõ habetis preciuz: venite ⁊ bibite cũ leticia. ps̃. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestrã in verba oris mei. ℣. Gloria. Oratio.

Fiat dñe q̃s per gratiaz tuam fructuosus nr̃e deuotionis affectus: q̃ tũc nobis ꝓderunt suscepta ieiunia: si tua sint placata pietate. P. Lctõ

Hesaie ꝓpb̃e. xlix. capl̃o.

Hec dicit dñs: In tẽpore placito exaudiui te: ⁊ i die salutis auxiliatus sũ tui. Et seruaui te: ⁊ dedi te in fedus populi: vt suscitares terrã: ⁊ possideres hereditates dissipatas vt diceres his qui vincti sunt exite: ⁊ his qui in tenebris sũt reuelamini. Sup vias pascẽtur: ⁊ in oibus planis pascua eoꝝ. Nõ esuriẽt neq̃ sitient: ⁊ nõ percutiet eos estus ⁊ sol q̃ miserator eoꝝ reget eos: et ad fontes aquaꝝ potabit eos ⁊ ponaz oẽs montes meos in viã: ⁊ semite mee exaltabunt̃. Ecce isti de longe venient: et ecce illi ab aquilone ⁊ mari: ⁊ isti de terra australi. Laudate celi: ⁊ exultet terra: iubilate mõtes laudẽ: q̃ cõsolatus est dñs ppl̃m suũ: ⁊ pauperũ suorum miserebit̃. Et dixit syon Dereliq̃t me dñs: ⁊ dñs oblitus est mei. Nunq̃d obliuisci potest mulier infantẽ suuz: vt nõ misereatur filio vteri sui. Et si illa oblita fuerit: ego tñ non obliuiscar tui. Dicit dñs op̃s. Grad̃. Tibi dñe derelictus est pauper: pupillo tu eris adiutor. ℣. Ut q̃d dñe recessisti lõge

despicis i opportunitatib⁹ in tribulatione: dum superbit impius incēditur pauper. Scdm ioannem. viij. capl'o.

In illo tpe: Dicebat iesus turb iudeoꝝ: Ego sum lux mūdi. Qui sequit me: non ambulat in tenebris: sed habebit lumē vite. Dixerunt ergo ei pharisei: Tu de teipso testimoniuz perhibes: testimoniū tuū non est verū. Respōdit iesus: ⁊ dixit eis: Et si ego testimonium perhibeo de meipso: verū est testimoniū meū: qꝛ scio vnde veni: ⁊ quo vado. Vos autez nescitis vnde venio: aut quo vado. Vos ſm carnē iudicatis: ego non iudico quēq̄. Et si ego iudico: iudiciū meū verū est: qꝛ solus nō sū: sed ego ⁊ qui misit me pater. Et in lege vestra scriptū est: qꝛ duoꝝ hominū testimoniū veꝝ ē. Ego sū q testimoniū perhibeo de meipso: ⁊ testimoniū ꝑhibet de me q misit me pater. Dicebāt ergo ei: Ubi est pater tu⁹? Rn̄dit iesus. Neq̄ me scitis neq̄ pr̄ez meū. Si me sciretis forsitan ⁊ pr̄em meū sciretis. Hec v̄ba locut⁹ est iesus in gazophilatio docēs in tēplo. Et nemo app̄hēdit eū: qꝛ nōduz venerat hora eius. Offer. Factus est dn̄s firmamētū meum ⁊ refugiū meum: ⁊ liberator meus

O sperabo in euz. Secreta. Blatōibus nr̄is q̄s dn̄e placare susceptis: et ad te nostras etiā rebelles cōpelle ꝓpitius volūtates. Per. Coio: Dn̄s regit me: ⁊ nihil mihi deerit in loco pascue: ibi me collocauit: sup aquā refectiōis educa

Tua nos Postcō. uit me. dn̄e q̄s sācta purificēt: ⁊ opationis sue remedio tibi faciāt esse placatos. Per. Sup ppl'z oro

Deus q sperā/tibus in te misereri potius eligis q̄z irasci: da nobis digne flere mala que fecim⁹: vt tue ꝯsolatiōis gr̄am inuenire valeamus. Per. Dn̄ica de passiōe. Statio ad sanctū petrum Introitus



Iudica me deus: ⁊ discerne causaz meā de gente nō scā ab hoīe iniquo ⁊ doloso eripe me: qꝛ tu es de⁹ me⁹ ⁊ fortitudo mea. ps. Emitte lucē tuā ⁊ veritatē tuaz: ipsa me deduxerunt: ⁊ adduxerunt in mōtē sanctū tuū: ⁊ in tabernacula tua. ℣. Gloria patri. non dicit ad introitū vsq̄ ad pascha: nisi in missa d festo: si occurrerit sz finito psalmo absolute reincipit introit⁹ Oro

Quesumus op̄s deus: familiā tuā ꝓpiti⁹ respice

vt te largiente regatur in cor/
pore: ⁊ te seruāte custodiat̄ in
mente. Per. Ab hac die vsq̄
ad feriā quintā cene dñi post
orōnē diei dr̄ orō: Eccl'ie tue.
fol. 14. vel De⁹ oim fi. fol. 221

Epl'a ad hebreos. ix. ca.
Rēs: Christus assistēs
pontifex futuroꝝ bonoꝝ per/
amplius ⁊ ꝑfectius taberna/
culū nō manufactuz: id est nō
huius creationis. Neq̄ per
sanguinē hyrcoꝝ aut vitulo/
rū: sed ꝑ ꝓpriū sanguinē itroi
uit semel in sancta: eterna re/
demptiōe inuēta. Si eni san/
guis hyrcoꝝ ⁊ tauroꝝ ⁊ cinis
vitule aspersus inq̄natos san
ctificat ad emūdationē carnis
quantomagis sanguis xp̄i: q̄
per spm̄ scm̄ semetipsū obtu/
lit imaculatū deo: emūdabit
ꝯscientiā nostrā ab operibus
mortuis: ad seruiēdū deo vi/
uenti. Et ideo noui testamēti
mediator est: vt morte interce
dēte in remissionē earū p̄ua/
ricationū q̄ erāt sub priori te/
stamēto: repromissionez acci/
piāt q̄ vocati sūt eterne here/
ditatis. In xp̄o iesu dño nr̄o.
Grad. Eripe me dñe de inimicis
meis: doce me facere voluntatez
tuam. ℣ Liberator meus domi
ne de gētib⁹ iracūdis: ab insurgē
tibus in me exaltabis me: a viro
iniquo eripies me. Tract⁹. Se
pe expugnauerūt me a iuuētute
mea. ℣ Dicat nūc israel: sepe ex
pūgnauerūt me a iuuētute mea.
℣ Etenim nō potuerūt mihi: su
pra dorsum meuz fabricauerunt
pctōres. ℣ Prolōgauerūt iniq/
tatē sibi: dñs iustus cōcidet cer/
uices pctōꝝ. Scd̄m ioannem
viij. cap.

In illo tpe: Di/
cebat iesus turbis iude/
orū ⁊ principib⁹ sacerdotum:
Quis ex vobis arguet me de
pctō? Si v̄itatē vob̄ dico: q̄re
nō creditis mihi? Qui ex deo
est: v̄ba dei audit. Propterea
vos nō auditis: q̄r ex deo non
est. Rn̄dert ergo iudei: et di
xerūt ei: Nōne bn̄ dicim⁹ nos
q̄r samaritanus es tu: ⁊ demo
niū habes? Rn̄dit iesus: Ego
demoniū nō habeo: sz honori
fico patrē meū: ⁊ vos inhono
rastis me. Ego autē nō quero
gl'iā meā. Est q̄ q̄rat ⁊ iudicet
Amē amē dico vobis: si quis
ꝑmonē meū ꝑuauerit: mortez
non videbit in eternū. Dixe/
rūt ergo iudei: Nūc cognoui
mus q̄r demoniū hēs. Abraā
mortu⁹ ē ⁊ ꝓphe: ⁊ tu dicis: si
q̄s sermonē meū seruauerit:
mortē no gustabit in eternuz.
Nūq̄d tu maior es p̄re nostro
abraā q̄ mortu⁹ est? Et ꝓphe/
te mortui sunt? Quē teipsum

facis: Respōdit iesus: Si ego glorifico meipsū: gloria mea nihil est. Est pater meus qui glorificat me: quē vos dicitis qꝛ deus vester est: ⁊ nō cognouistis eum. Ego aūt noui eū. Et si dixero qꝛ nescio euꝫ: ero similis vobis mendax. Sed scio eū: ⁊ sermonē eius seruo. Abraā pater vester exultauit vt videret diē meū: vidit ⁊ gauisus est. Dixerūt ergo iudei ad eū: Quinquaginta annos nōdū habes: ⁊ abraā vidisti? Dixit eis iesus: Amen amen dico vobis: Anteq̄ꝫ abraā fieret ego sum. Tulerūt ergo lapides iudei: vt iacerent in eū. Jesus autē abscōdit se: ⁊ exiuit de tēplo. Offer. Cōfitebor tibi dñe in toto corde meo: retribue seruo tuo: viuā et custodiam sermones tuos: viuifica me ꝟm verbū tuū dñe. Secreta

HEc munera q̄s domine et vincula nostre prauitatꝫ absoluāt: ⁊ tue nobis misericordie dona ꝯciliēt. Per. Cōio. Hoc corpus qd̄ ꝓ vobis tradet̄: hic calix noui testamēti est ī meo sanguine dicit domin⁹: hoc facite quotiēscunq̄ꝫ sumitis in meā cōmemorationem. Postcom.

ADesto nobis dñe deus noster: ⁊ quos tuis mysterijs recreasti: ꝑpetuis defēde presidijs. Per. Feria secūda. Statio ad scm̄ grisogonū

MIserere mihi deus quoniam ꝯculcauit me homo: tota die bellās tribulauit me. ps̄ Cōculcauerunt me inimici mei: quoniā multi bellātes aduersum me. Oratio.

SAnctifica q̄s dñe nostra ieiunia: ⁊ cūctarū nobis indulgentiaꝫ ꝓpitius largire culparū. P. Lcō ione ꝓphe. iij. cap.

IN diebus illis: Factū est v̄bum dñi ad ionā ꝓphetā secūdo dicens: Surge ⁊ vade in niniuen ciuitatē magnā: predica in ea p̄dicationē: quā ego loquar ad te. Et surrexit ionas: ⁊ abijt in niniuen ciuitatē iuxta verbū dñi. Et niniue erat ciuitas magna: itinere dierū triū. Et cepit ionas introire in ciuitateꝫ itinere diei vnius: Et clamauit ⁊ dixit: Adhuc q̄draginta dies: et niniue subuertet̄. Et crediderūt viri niniuite dño: et p̄dicauerūt ieiuniū: ⁊ vestiti sunt saccis a maiori vsq̄ꝫ ad minorē. Et ꝑuenit v̄bū ad regem niniue: ⁊ surrexit de solio suo: ⁊ abiecit vestimētū suum a se: ⁊ indut⁹ est sacco: et sedit in cinere: ⁊ clamauit: et dixit: in niniue ex ore regis: et

principiũ eiꝰ dicẽs: Homines et iumenta: ⁊ boues: ⁊ pecora nõ gustent quicq̃: nec pascãt̃ et aquã nõ bibãt. Et operiant̃ saccis hoies ⁊ iumenta: ⁊ clament ad dñm in fortitudine: et ꝯuertat̃ vir a via sua mala: et ab iniqtate: que est in manibus eoꝝ. Quis scit si ꝯuertat̃ et ignoscat deus: ⁊ reuertat̃ a furore ire sue: ⁊ nõ peribimꝰ? Et vidit deus opa eoꝝ: qꝛ conuersi sunt de via sua mala: et misertus est ppl'o suo dñs deꝰ noster. Gra. Deus exaudi orationẽ meã: auribꝰ percipe verba oris mei. ℣. Deus in nomie tuo saluũ me fac: et in virtute tua iudica me. Scdm ioãnẽ. vij. ca

IN illo tẽpore: Miserũt principes ⁊ pharisei ministros vt app̃hẽderẽt iesum. Dixit ergo eis iesus: Adhuc modicũ tẽpus vobiscuꝫ sum: et vado ad euꝫ qui misit me. Queretis me ⁊ nõ inuenietis ⁊ vbi ego sum: vos nõ potestꝫ venire. Dixerunt ergo iudei ad semetipsos. Quo hic iturꝰ est: qꝛ nõ inueniemꝰ eũ? Nunquid in dispsionez gẽtiũ iturꝰ est: ⁊ docturus gẽtes? Quis ẽ hic sermo quẽ dixit: queretis me ⁊ nõ inuenietis: et vbi suꝫ ego: vos non potestis venire? In nouissimo aũt die magno festiuitatis stabat iesus clamabat dicens: Si quis sitit veniat ad me: ⁊ bibat. Qui credit in me: sicut dicit scriptura: flumina de ventre eius fluent aq̃ viue. Hoc aũt dixit de spiritu quẽ accepturi erant credentes in eũ. Offer. Dñe ꝯuertere et eripe animã meaꝫ: saluum me fac ꝓpter misericordiã tuã. Sec

COncede nobis dñe deꝰ noster: vt hec hostia salutaris: ⁊ nr̃oꝝ fiat purgatio peccatoꝝ: ⁊ tue ꝓpitiatio maiestatis. P. Cõio. Dñs virtutũ ipe est rex glorie. Postcom.

SAcramenti tui q̃sumus dñe participatio salutaris: ⁊ purificationẽ nobis tribuat ⁊ medelã. p. Sup ppl'm

DA q̃s dñe popl'o Oro. tuo salutẽ mẽtis ⁊ corporis: vt bonis opibꝰ inherẽdo: tua sp mereat̃ ꝓtectiõe defendi. Per. Feria .iij. Statio ad sanctũ ciriacũ. Introitus.

EXpecta dñꝫ viriliter age ⁊ cõfortet̃ cor tuum et sustine dñm. ps. Dñs illuminatio mea ⁊ salus mea quem timebo.

NOstra tibi qm̃s Oratio domine sint accepta ieiunia: que nos ⁊ expiãdo gr̃a tua dignos efficiãt: ⁊ ad remedia perducant eterna. Per.

Lcō danielis ppbe.xiiij.cap.

IN dieb⁹ illis: Cōgregati sūt babylonij ad regē z dixerūt ei: Trade nobis danielē: qui bel destruxit z draconē interfecit: alioquin interficiemus te: z domum tuam. Vidit ergo rex q irruerēt in eū vehementer: z necessitate cōpulsus: tradidit eis danielē Qui miserūt eū in lacū leonū z erat ibi sex dieb⁹. Porro in lacu erāt leones septē: z dabātur eis quotidie duo corpora: et due oues. Et tunc nō data sunt eis: vt devorarēt danielē Erat aūt abachuc ppheta in iudea: z ipse coxerat pulmentū: z intriuerat panes i alueolo: z ibat in campuz: vt ferret messoribus. Dixitq; angelus dñi ad abachuc: Fer prandiū qō habes in babylonē danieli: qui est in lacu leonū. Et dixit abachuc: Dñe babylonez nō vidi: z lacū nescio. Et appēhēdit eū angelus dñi in vertice eius: z portauit eū capillo capitis sui. Posuitq; eū in babylonē sup lacū in impetu spūs sui. Et clamauit abachuc dicens: Daniel serue dei: Tolle prandiū qō misit tibi de⁹. Et ait daniel: Recordatus enim es mei dñe deus meus: z non dereliquisti diligētes te. Surgensq; daniel comedit. Porro angelus dñi restituit abachuc confestim in locū suum Venit ergo rex die septima: vt lugeret danielē: z venit ad lacū: z introspexit. Et ecce daniel sedens in medio leonuz. Et exclamauit rex voce magna dicens: Magnus es dñe de⁹ danielis. Et extraxit eum de lacu leonū. Illos aūt q propter ditiōis ei⁹ causā fuerāt: intromisit in lacū: z devorati sūt in momēto corā eo. Tūc rex ait: Vaveāt oēs habitātes i vniuersa terra deū danielis: quia ipse ē liberator: z saluator: facies signa z mirabilia in celo et in terra: q liberauit danielē de lacu leonū. Grad. Discerne causam meā dñe: ab hoīe iniquo et doloso eripe me. ℣. Emitte lucem tuam z veritatē tuā: ipa me deduxerūt z adduxerūt in mōte scō tuo. Scōm ioannē.vij.ca.

IN illo tpe: Ambulabat iesus in galileā. Nō enim volebat in iudeaz ambulare: qz q̄rebant eū iudei interficere. Erat autē in proximo dies festus iudeorū scenophegia. Dixerūt aūt ad eū fratres ei⁹: Transi hinc: z vade in iudeā vt z discipuli tui videant opa tua que tu facis. Nemo qppe in occulto quicq̄ facit: z q̄rit

ipse in palā esse. Si hec facis manifesta teipsum mūdo. Neq; enim frēs ei⁹ credebant in eū. Dicit ergo eis iesus. Tempus meū nōdū aduenit: tēp⁹ aūt vestrū semper est paratū. Non pōt mūdus odisse vos: me āt odit: q; ego testimoniū perhibeo de illo: q; opera illius mala sūt. Vos ascēdite ad diē festū hūc: ego aūt nō ascēdā ad diē festū istū: q; tempus meū nondū impletū est. Hec cū dixisset: ipse māsit in galilea. Ut aūt ascēderūt frēs ei⁹ tūc ⁊ ipse ascēdit ad diē festuz nō manifeste: sed quasi in occulto. Judei ergo querebant eū in die festo: ⁊ dicebāt. Ubi est ille? Et murmur multus erat de eo in turba. Quidam enim dicebāt: q; bon⁹ est. Alij aūt dicebāt nō: sed seducit turbas. Nemo tñ palā loq̄bat̄ d̄ illo ꝓpt̄ metū iudeoꝝ. Offer. Sperēt in te oēs q nouerūt nomē tuū dñe: quoniā nō derelinquis q̄rētes te: psallite dño q habitat in syon: quoniā nō est oblitus orōnē pauperꝝ. Sec. Hostias tibi dñe deferimus imolādas: q̄ tpalē ꝯsolationē significēt: vt ꝓmissa certius non desperemus eterna. Cōio. Redime me de⁹ israel ex oib⁹ angustijs meis. Postcom.

Da q̄s op̄s de⁹: vt q diuina sūt iugiter exeq̄ntes donis mereant̄ celestib⁹ propinquare. Per. Super populū Oratio

Da nobis q̄s dñe pseuerantem in tua voluntate famulatū: vt in diebus nostris: ⁊ merito ⁊ numero popul⁹ tibi seruiēs augeatur. Per. Feria .iiij. Statio ad scm marcellū. Introit⁹

Liberator me⁹ de gētibus iracūdis ab insurgentibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me dñe. ps. Diligaz te dñe fortitudo mea: dñs firmamentū meū ⁊ refugiū meum ⁊ liberator me⁹. Oratio.

Sanctificato hoc ieiunio de⁹ tuoꝝ corda fideliū miserator illustra: ⁊ q̄bus deuotionis prestas affectū: p̄be supplicantibus piū benign⁹ auditum. Per. Lectio libri leuitici .xix. capl̄o

In dieb⁹ illis: Locutus est dominus ad moysen dicēs: Loq̄re ad vniuersum cetum filioruz israel. Et dices ad eos: Ego dñs de⁹ vester. Non facietis furtū. Non mentiemini: nec decipiat vnusquisq; ꝓximum suū. Nō piurabis in nomine meo: nec pollues nomen dei tui. Ego dñs. Non facies ca-

lũniaz ꝓximo tuo: nec vi opprimes eũ. Nõ morabit opus mercennarij tui apud te vsq; mane. Nõ maledices surdo: nec coraꝫ ceco pones offendiculũ: sed timebis dñm deum tuũ. qz ego sum dñs. Non facies qd̃ iniquũ est: nec iniuste iudicabis. Nõ cõsideres psonam pauperis: nec honores vultũ potẽtis. Juste iudica ꝓximo tuo. Nõ eris criminator: nec susurro in populis. Non stabis cõtra sanguinez ꝓximi tui. Ego dñs. Nõ oderis frẽz tuuz in corde tuo: sed publice argue eũ: ne habeas sup illo peccatũ. Nõ queres vltionẽ: nec memor eris iniurie ciuiũ tuoꝝ. Diliges amicũ tuũ sicut teipsum. Ego dñs. Leges meas custodite. Ego enim suz dñs deus vester. ℟. Exaltabo te domine: quoniaz suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. ℣. Dñe deꝰ meus clamaui ad te: z sanasti me: dñe abstraxisti ab inferis aiam meam saluasti me a descendentibus in lacum. Scõm ioannem. x. ca.

In illo tẽpore: Facta sũt encenia i hierosolymis z hyems erat. Et ambulabat iesus in tẽplo in porticu salomonis. Circũdederunt ergo eũ iudei: z dicebant ei: Quousq; animã nostraz tollis? Si tu es xp̃s dic nobis palã. Respondit eis iesus: Loquor vobis z nõ creditis. Opera que ego facio i noie ꝑis mei: hec testimoniũ ꝓhibẽt de me. Sz vos nõ creditis: qz nõ estis ex ouibus meis. Oues mee vocem meã audiũt: z ego cognosco eas: z sequũt me: z ego vitaz eternã do eis: z nõ peribũt in eternũ: z nõ rapiet eas qsq; de manu mea. Pater meꝰ qõ dedit mihi maius oibus est: z nemo põt rapere de manu patris mei. Ego z pater vnũ sumus. Sustulerunt ergo lapides iudei: vt lapidarẽt eũ. Respõdit eis iesus: Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo: ꝓpter qd̃ eoꝝ opus me lapidatis? Rñderũt ei iudei: De bono opere nõ lapidamꝰ te: sed de blasphemia: z qz tu homo cũ sis: facis teipsũ deũ. Rñdit eis iesus. Nonne scriptuz est in lege vestra: qz ego dixi: dij estis? Et si illos dixit deos: ad quos sermo dei factus est: z nõ potest solui scriptura: quẽ pater sanctificauit z misit in mũdũ: vos dicitis: qz blasphemas: qz dixi: filius dei sum. Si nõ facio opa ꝑis mei: nolite credere mihi. Si autẽ facio: z si mihi nõ vultis

credere: operibus credite: vt cognoscatis ⁊ credatis: q̄ in me est pater: et ego in patre. Offerto. Eripe me de inimicis meis deus meus: ⁊ ab insurgentibus in me: libera me domine.

Annue miseri/ Sereta. cors deꝰ: vt hostias placatōis ⁊ laudis sincero tibi deferamꝰ obsequo. Cōio. Lauabo inter innocentes manus meas: ⁊ circuibo altare tuū dñe vt audiā vocem laudis tue: ⁊ enarrē vniuersa mirabilia tua. Postcōio.

Celesti dñe bñdictione ꝑcepta supplices te deus oꝑs deprecamur: vt hoc idez nobis ⁊ sacr̄i causa sit ⁊ salutis. Per. Sup ppl̄m Oratio.

Adesto supplicationibꝰ nr̄is oꝑs deꝰ: ⁊ q̄bus fiduciā sperāde pietatis indulges: cōsuete misericordie tribue benignus effectuz. Per.

Feria.v. Statio ad sanctum apollinarē. Intro.

Omnia que fecisti nobis dñe in vero iudicio fecisti: q̄ peccauimus tibi: ⁊ mādatis tuis nō obediuimus: sed da gloriaz nomini tuo: ⁊ fac nobiscum ꝟm multitudinē misericordie tue. ps. Beati imaculati in via: qui ambulāt in

Presta Oro. lege dñi. q̄s oꝑs deꝰ: vt dignitas cōditionis humane ꝑ imoderātiam sauciata medicinalis parsimōie studio reformet. p.

Lctō danielis ꝓphe. iij. capl̄o

In diebus illis: Orauit daniel dñm dicēs: Dñe deus: ne despicias ppl̄m tuuz ꝓpter nomē tuū: ⁊ ne dissipes testm̄ tuū: neq̄z auferas misericordiā tuā a nobis: propter abraā dilectū tuū: ⁊ ysaac seruum tuū: ⁊ israel sanctū tuuz: q̄bus locutus es: pollicens q̄ multiplicares semen eorū: sicut stellas celi: ⁊ sicut harenā que est in littore maris. Quia dñe iminuti sumꝰ plusq̄z oēs gentes: sumusq̄z humiles in vniuersa terra hodie propter pctā nr̄a. Et nō est in tpe hoc priceps ⁊ ꝓpheta ⁊ dux: neq̄z holocaustū: neq̄z sacrificium neq̄z oblatio: neq̄z icēsū: neq̄z locus primitiarū coram te: vt possimus inuenire misericordiā tuā: sed in aīa ꝯtrita ⁊ spū humilitatis suscipiamur. Sicut in holocausto arietū ⁊ tauroꝝ: ⁊ sicut in milibꝰ agnorū pinguiū: sic fiat sacrificiū nostrū in cōspectu tuo hodie: vt placeat tibi: qm̄ nō est cōfusio ꝯfidentibꝰ in te. Et nūc sequimur te in toto corde: et timemus te: ⁊ querimus faciē tuā. Ne confundas nos: sz fac no/

biscum iuxta mãsuetudinem tuã: ⁊ ſm multitudinẽ miseri cordie tue. Erue nos in mira bilibus tuis: ⁊ da gloriaꝫ no/ mini tuo dñe Et ꝯfundantur oẽs q ostẽdũt seruis tuis ma/ la. Cõfũdant in oĩpotẽtia tua ⁊ robur eoꝝ ꝯterat Et sciant qꝛ tu es dñs deꝰ solus ⁊ glori osus sup oẽm terrã: Dñe deꝰ noster. Grad. Tollite hostias ⁊ introite in atria eius: adorate do minũ in aula sctã eius. ℣. Reue/ labit dñs cõdẽsa: ⁊ in tẽplo eius oẽs dicẽt gloriã. Scdm lucam vij.ca.

IN illo tpe: Ro/ gabat iesum qdam pha/ riseus: vt mãducaret cũ illo. Et ingressus domũ pharisei discubuit Et ecce mulier que erat i ciuitate peccatrix: vt co gnouit ꝙ iesus accubuit i do mo pharisei: attulit alabastrũ vnguenti: ⁊ stans retro secus pedes eius: lachrymis cepit rigare pedes eius: et capillis capitis sui tergebat: ⁊ oscula batur pedes eius: ⁊ vnguẽto vngebat. Uidẽs aũt pharise⁹ qui vocauerat eũ: ait intra se dicẽs: Hic si esset ꝓpheta: sci/ ret vtiqꝫ que ⁊ q̃lis esset muli er q̃ tãgit eũ: qꝛ peccatrix est. Et rñdens iesus dixit ad illũ Simõ habeo tibi aliqd dicẽ. At ille ait: Magister dic. Et rñdens iesus dixit. Duo debi tores erant cuidã feneratori: vnꝰ debebat denarios quin/ gẽtos: alius qnquaginta. Nõ hñtibus illis vnde redderent donauit vtrisqꝫ. Quis ergo eũ plus diligit? Rñdẽs simõ dixit: Estimo qꝛ is cui plꝰ do/ nauit. At ille dixit ei: Recte iudicasti. Et ꝯuersus ad mu lierẽ dixit simoni: Uides hãc mulierem? Intraui in domũ tuam: aquã pedibus meis nõ dedisti: hec autẽ lachrymis ri gauit pedes meos: ⁊ capillis suis tersit. Osculũ mihi non dedisti: hec autẽ ex quo intra/ uit nõ cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum nõ vnxisti: hec ãt vnguẽto vnxit pedes meos. Propter qđ di/ co tibi: Remittũt ei pctã mul ta: qm̃ dilexit multũ. Cui aũt minus dimittit: minꝰ diligit. Dixit aũt iesus ad illam: Re mittunt tibi pcã tua. Et cepe rũt qui simul discũbebant di/ cere intra se. Quis est hic qui etiã pctã dimittit? Dixit ãt ad mulierẽ. Fides tua te saluam fecit: vade in pace. Offer. Su per flumina babylonis illic sedi mus ⁊ fleuimus: dum recordare mur tui syon. Secreta.

DOmine deus noster: q in his potius creaturis quas

ad fragilitatis nře subsidiuz condidisti: tuo quoqz nomini munera iussisti dicanda cõsti tui: tribue qs: vt z vite nob p/ sentis auxiliũ: z eternitat̃ effi ciãt sacrm. p. **Lõio.** ℟Memẽto verbi tui seruo tuo dñe: in quo mihi spem dedisti: hec me ꝓsola ta est i hũilitate mea. **Postcõio**

Quod ore sũpsimus dñe pura mẽte capiam⁹: et de mũere tpali fiat nob remedi diũ sẽpiternũ. p. **Sup ppłm**

Esto qs dñe ꝓpiti⁹ **Oio** plebi tue: vt q̃ tibi non placẽt respuẽtes: tuoz potius repleant delectatiõib⁹ mãdatoz. p. **Feria. vj. Statio ad sãctũ stephanũ. Int.**

Miserere mihi domie quoniaz tribulor: li/ bera me et eripe me de manib⁹ inimicoz meoz: a psequentibus me: dñe nõ ꝓfundar: quoniã inuocaui te. ℣ In te dñe speraui nõ cõfũdar in eternũ: in iustitia tua libera me. **Oratio.**

Ordib⁹ nostris qs dñe gr̃am tuã benignus in/ funde: vt pctã nr̃a castigatiõe volũtaria cohibẽtes: tpaliter potius maceremur q̃z suppli cijs ꝺputemur eternis. p. **Lcõ Thieremie ppĥe. xvij. ca.**

In dieb⁹ illis: Dixit hieremias: Dñe oẽs q̃ te derelin/ quũt ꝓfundent: recedẽtes a te in terra scribent: qm̃ derelin/ querũt venã aquarũ viuẽtiuz dñz. Sana me dñe z sanabor: saluũ me fac z saluus ero: qm̃ salus mea tu es. Ecce ipsi di/ cunt ad me: Ubi est v̊bũ dñi? Ueniat: Et ego nõ sum turba tus te pastor sequẽs: z diem homis nõ desiderauí: tu scis. Qd̃ egressũ est de labijs meis rectum in conspectu tuo fuit. Nõ sis mihi tu formidini: spes mea tu in die afflictiõis. Con fundant q̃ me psequunt: z nõ ꝓfũdar ego: paueãt illi: z nõ paueã ego. Induc sup eũ diẽ afflictiõis: z duplici cõtritõe ꝓtere eos: Dñe de⁹ nr̃. **Gra.** Pacifice loquebantur mihi ini/ mici mei: z in ira molesti erant mihi. ℣. Uidisti dñe ne sileas: ne discedas a me. **Scõm ioãnẽ**

In illo tpe: Colle/ xj. ca. gerunt põtifices z pha/ risei cõsiliũ aduersus iesuz: et dicebãt. Quid facimus: quia hic hõ multa signa facit: Si dimittimus eũ sic: oẽs credẽt in eũ: Et veniẽt romani: z tol/ lent nostrũ locũ z gẽtẽ. Unus aũt ex ipsis cayphas noie: cũ esset põtifex anni illius dixit eis: Uos nescitis quicq̃z: nec cogitatis: quia expedit vobis vt vnus moriat hõ pro ppło:

et non tota gens pereat. Hoc autē a semetipso nō dixit: sed cū esset pontifex anni illi⁹ ꝓphetauit: qꝛ iesus moriturus erat pro gente: ⁊ nō tm̄ ꝓ gēte sed vt filios dei q erant dispsi ꝯgregaret in vnū. Ab illo ergo die cogitauerūt vt interficerēt eū. Jesus ergo iā non in palā ambulabat apud iudeos sed abijt in regionē iuxta desertū in ciuitatez que dicitur effrem: ⁊ ibi morabat cum discipulis suis. Offer. Bn̄dict⁹ es dn̄e doce me iustificatiōes tuas: et non tradas me calūniantibus me superbis: et respondebo exprobrantibus mihi verbum.

PResta nobis mi sericors deus: vt digne tuis seruire semꝑ altarib⁹ mereamur: ⁊ eoꝝ ꝑpetua participatione saluari. ꝑ. Cōio. Ne tradideris me dn̄e in aīas persequentium me: quoniā insurrexerunt in me testes iniqui: et mentita est iniquitas sibi. Postcō.

SUmpti sacramenti dn̄e ꝑpetua nos tuitio nō derelinquat: ⁊ noxia sꝑ a nobis cūcta depellat. ꝑ. Sup ppl'm

COncede q̄s op̄s deus: vt qui ꝓtectionis tue gr̄az q̄rim⁹: liberati a malis oībus: secura tibi mēte seruiamus. P. Sabbo. Statio ad sanctū ioannē ante portaz latinaz Introitus. Resumit officium hesternū scz Misere

Pre mihi domine. Oro. Roficiat q̄s dn̄e plebs tibi dicata pie deuotiōis affectu: vt sacris actionib⁹ erudita: quāto maiestati tue fit gratior: tāto donis potioribus augeatur. ꝑ. Lcō hieremie prophete. xviij. ca.

IN dieb⁹ illis: Dixerunt impij iudei ad inuicē: Uenite cogitemus cōtra iustū cogitatiōes. Nō enim peribit lex a sacerdote: neqꝫ ꝯsiliū a sapiēte: nec sermo a ꝓpheta. Uenite ꝑcutiamus eū lingua: ⁊ nō attendamus ad vniuersos sermones eius. Attende dn̄e ad me: et audi vocez aduersariorum meoꝝ. Nunqd addit ꝓ bono malū: quia foderūt foueā anime mee? Recordare q̄ steterim in cōspectu tuo: vt loq̄rer ꝓ eis bonū: ⁊ auerterem indignationē tuā ab eis. Propterea da filios eoꝝ i famē: ⁊ deduc eos in manū gladij. Fiāt vxores eoꝝ absqꝫ liberis: ⁊ vidue ⁊ viri earū interficiantur morte. Juuenes eoꝝ ꝯfodiāt gladio in p̄lio: audiat clamor de domib⁹ eoꝝ. Adduces eni sup eos latrones repēte: qꝛ foderūt foueā vt caperēt me: et

laqueos abscõderũt pedibus meis. Tu aũt dñe scis oẽ cõsiliũ eoꝝ aduersũ me in mortẽ. Ne ꝓpitieris iniqtati eoruꝫ: et pctm̃ eoruꝫ a facie tua non deleat̃. Fiãt corruẽtes in conspectu tuo in tẽpe furoris tui dñe deus nr̃. Grad. Pacifice. fol. 56. Scdm ioanne. xj. cap.

In illo tpe: Cogitauerũt principes sacerdotuꝫ vt lazarum interficerẽt: qꝛ multi ꝓpter illũ abibãt ex iudeis: et credebãt in iesũ. In crastinũ aũt turba multa q̃ cõuenerat ad diẽ festũ: cũ audissẽt quia venit iesus hierosolymã: acceperũt ramos palmarũ: ⁊ ꝓcesserũt obuiã ei: ⁊ clamabãt Osanna bñdictus q venit in noie dñi rex israel. Et iuenit iesus asellũ: ⁊ sedit sup eũ: sicut scriptũ est: Noli timere filia syon ecce rex tuus venit: sedẽs sup pullũ asine. Hec nõ cognouerũt discipuli eiꝰ primum: sed qñ glorificatꝰ est iesus: tũc recordati sunt: qꝛ hec erãt scripta de eo: ⁊ hec fecerũt ei. Testimoniũ ergo phibebat turba: q̃ erat cuꝫ eo qñ lazarũ vocauit de monumento: ⁊ suscitauit euꝫ a mortuis. Propterea ⁊ obuiã venit ei turba: qꝛ audierunt eũ fecisse hoc signũ. Pharisei ergo dixerũt ad semetipsos: Uidetis qꝛ nihil ꝓficimꝰ? Ecce mũdꝰ totus post eũ abijt. Erãt autẽ gẽtiles qdã ex his q ascenderant: vt adorarẽt in die festo. Hi ergo accesserũt ad philippũ: q erat a bethsaida galilee et rogabãt eũ dicentes: Dñe volumus iesum videre. Uenit philippus ⁊ dixit andree Andreas rursum ⁊ philippꝰ dixerũt iesu. Jesus aũt respõdit eis dicens: Uenit hora vt clarificet̃ filius hois. Amen amẽ dico vobis: nisi granum frumenti cadẽs in terrã mortuum fuerit: ip̃m solũ manet. Si aũt mortuũ fuerit: multũ fructũ affert. Qui amat aiaꝫ suã ꝑdet eã. Et qui odit aiaꝫ suã in hoc mundo: in vitam eternã custodit eã. Siquis mihi ministrat me sequatur. Et vbi sum ego: illic ⁊ minister meus erit. Si qs mihi ministrauerit: honorificabit eũ pater meus. Nunc aia mea turbata est. Et quid dicaꝫ? Pater saluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horaꝫ hanc. Pater clarifica nome tuuꝫ. Uenit ergo vox de celo dicẽs: Et clarificaui: ⁊ iteruꝫ clarificabo. Turba ergo que stabat ⁊ audierat: dicebat tonitruũ factũ esse. Alij dicebãt

Angelus ei locut⁹ ē. Rspon/
dit iesus ⁊ dixit. Nō ꝓpt me
venit hec vox: sꝫ ꝓpter vos:
Nūc iudiciū ē mūdi nūc ꝑn/
ceps hui⁹ mūdi eijciet foras.
Et ego si exaltat⁹ fuero a tra
oīa trahā ad meip̄m. Hoc āt
dicebat significās q̄ morte eēt
moriturus. Rñdit ei turba.
Nos audiuim⁹ ex lege: qꝛ xp̄s
manet ieternū. Et qñō tu di/
cis opꝫ exaltari filium hoīs.
Quis ē iste fili⁹ hoīs? Dixit ḡ
eis iesus. Adhuc modicū lu/
mē i vob̄ ē. Ambulate dū lu/
cē hētis: vt nō tenebre vos cō
p̄hēdāt. Et q ābulat in tene/
bris: nescit q̄ vadat. Dum lu
cē hētis credite i lucē vt filij
lucꝫ sitꝫ. Hec locut⁹ ē iesus: ⁊
abijt: ⁊ abscōdit se ab eis Of.
Bñdict⁹ es dñe. fol. 56. Secre

ACūctꝫ nos q̄s dñe reati
b⁹ ⁊ ꝑiculis ꝓpitiat⁹ ab
solue: q̄s tāti mysterij tribuis
eē ꝯsortes. Cōio. Ne tradide/
Diui Postcō ris. fo. 56.
ni mūeris largitate sa/
tiati q̄s dñe de⁹ nr̄: ⁊ hui⁹ sp
ꝑticipatiōe viuam⁹. p. Sup
Tueat q̄s dñe ppl'm oīo.
dextera tua ppl'm depre
cātē: ⁊ purificatū dignāter e/
rudiat: vt ꝯsolatione p̄ñti ad
futura bona ꝑficiat. p. In die
palmaꝝ cōpleta tertia ⁊ asp/
sione aque more solito facta:
sacerdos ꝓcedit indutus sine
casula cū ministris indutis i
medio añ altare positꝫ: a cho
ro cātant añe Osanna filio da
uid: bñdict⁹ q venit in noīe dñi.
O rex isrl' osāna i excelsis. De/
inde dicit sacerdos. Dñs vo.
℟ Et cū spū. In tono oīonis
Deus quez misse Oīo.
diligē ⁊ amare iustitia
est: ieffabilis gr̄e tue dona in
nob̄ multiplica ⁊ q feeisti nos
in morte filij tui sperare q̄ cre
dim⁹: fac nos eodē resurgēte
ꝑuenire quo tēdim⁹. Qui te.
Subscripta lectio legit in to
no epl'e. Lcō libri exo. xv. ca.

IN dieb⁹ illis: Uenerūt
filij isrl' i helim: vbi erāt
duodeciꝫ fontes aquaꝝ: ⁊ se/
ptuaginta palme: ⁊ castrame
tati sūt iuxta aquas. Profecti
qꝫ sunt de helim: ⁊ venit oīs
multitudo filioꝝ isrl' in deser
tū syn: qd̄ est iter heli ⁊ synai:
qntodecimo die mēsis secūdi
postq̄ꝫ egressi sūt de terra egy
pti. Et murmurauit oīs ꝯgre
gatio filioꝝ isrl' ꝯtra moysen
⁊ aaron in solitudie. Dixerūt
qꝫ ad eos filij isrl'. Utinā esse/
mus mortui ꝑ mauū dñi i ter
ra egypti: qñ sedebam⁹ super
ollas carniū: ⁊ comedebam⁹
panē in saturitate. Cur indu/

xistis nos in desertū istud: vt occideretis oēm multitudinē fame? Dixit aūt dñs ad moysen. Ecce ego pluā vob panē de celo. Et egredietur ppl's ⁊ colligat q̄ sufficiūt ꝑ singulos dies: vt tentē eū vtrū ambulet in lege mea an nō? Die autez sexto parent qd̄ inferant: ⁊ sit duplū ꝙ colligere solebant ꝑ singl'os dies. Dixerūtq; moyses ⁊ aaron ad oēs filios isrl'. Vespere scietis ꝙ dñs eduxerit vos d̄ terra egypti: ⁊ mane videbitis gloriā eius. Deinde cantat̄ ꝑ graduali ℟. Collegerūt pontifices ⁊ pharisei cōsiliū ⁊ dicebant: quid facimus q: hic hō multa signa facit: si dimittimus eū sic: oēs credēt in eū. Ne forte veniāt romani: ⁊ toll ̄t nostrū locū ⁊ gētē. ℣. Unꝰ aūt ex illis cayphas noīe: cū essz pōtifex anni illiꝰ ꝓphetauit dicens. Expedit vobis: vt vnꝰ moriat̄ hō ꝑ ppl'o: ⁊ nō tota gēs pereat. Ab illo ergo die cogitauerūt interficere eū dicentes. Ne forte. Vel aliud ℟. In mōte oliueti oraui ad patrē: Pater si fieri pōt transeat a me calix iste. Spūs quidez prōptꝰ est: caro aūt infirma: fiat vo lūtas tua. ℣. Vigilate ⁊ orate vt nō intretis in tētationē. Spiritus quidem. Postea legitur euāgeliū. Scdz matth. xxj. c.

In illo tēpore: Cū appropinquasset iesus hierosolymis: ⁊ venisset bethphage ad montem oliueti: tūc misit duos discipulos suos dicens eis. Ite in castellū qd̄ ꝯtra vos est: ⁊ statim inuenietis asinaz alligatā: ⁊ pullū cū ea Soluite ⁊ adducite mihi. Et siqs vobis aliqd dixerit: dicite: quia dñs his opus hz: ⁊ ꝯfestiz dimittet eos. Hoc aūt totū factū ē: vt adipleret̄ qd̄ dictuz est ꝑ ꝓphetaz dicentē. Dicite filie syon: ecce rex tuus venit tibi mansuetus: sedens sup asinā ⁊ pullū filiū subiugalis. Euntes aūt discipuli fecerūt sicut p̄ceperāt illis iesus: Et adduxerūt asinā ⁊ pullū ⁊ imposuerūt sup eos vestimēta sua: ⁊ eū desup sedere fecerunt. Plurima aūt turba strauerūt vestimēta sua in via. Alij aūt cedebāt ramos de arboribꝰ ⁊ sternebāt in via. Turba autē que p̄cedebāt: ⁊ q̄ seq̄bant̄ clamabāt dicētes: Osanna filio dauid: bñdictꝰ qvenit i noīe dñi Post hec bñdicunt̄ rami: et tūc sacerdos dicit. Dñs vob.

Auge fidem in te Oro sperātiuz deꝰ: et supplicū p̄ces clemēter exaudi: ⁊ veniat super nos multiplex misericordia tua Bñ ✠ dicant̄

ꝛ hi palmites oliuarū: ꝛ sicut in figura eccl'ie multiplicasti noe egrediētē d̄ archa ꝛ moysen exeūtē de egypto cū israel ita nos portātes palmas ꝛ ramos oliuaꝝ: bonis actib⁹ occurram⁹ obuiā xp̄o: ꝛ ꝑ ipsuꝫ in gaudiū introeam⁹ eternuꝫ Qui tecūvi. ꝛ regnat in vnitate spūs sancti deus. Versus.



PEr omnia secula secu/



lorum. Ameno. Dominus



vobiscum. Et cum spiritu



tuo. Sursum corda. Habe



mus ad dominuꝫ. Gratias



agamus domio deo nostro.



Dignum et iustum est. Pre.



VEre dignum ꝛ iustū est



equuꝫ et salurare. Nos tibi



semper ꝛ vbiqꝫ gratias age



re: domine sancte pater om/



nipotens eterne deus. Qui


gloziaris in consilio sancto/
ruz tuozũ. Tibi enim serui/
unt creature tue: qz te solum
auctoreZ z deum cognoscũt:
z omis factura tua te collau
datz benedicũt te sancti tui.
Quia illud magnũ vnigeniti
tui nomen cozam regibus et
potestatibus huius seculi: li
bera voce cõfitent. Cui assi
stũt ageliz archageli throni
et dominatiões. Cũqz omni
militia celestis exercitus
hymnũ glozie tue cõcinũt si/


ne fine dicentes.
Sanctus. Sctūs. Sctūs
dominus deus sabaoth. Ple/
ni sunt celi et terra gloria tua
Osanna in excelsis. B ñdict⁹
qui venit in nomine domini
Osanna in excelsis.

Sequit ✠. Dñs vobiscū. ℟.
Et cū spiritu tuo. Oīo.
Etim⁹ dñe sancte pater
eterne de⁹ vt hāc creaturā oli
ue: quā ex ligni materia ꝓdi
re iussisti: quāqꝫ colūba redi/
ens ad archā ꝓprio ꝑtulitore
bñ ✠ dicere: ⁊ sācti ✠ ficare
digneris: vt q cūqꝫ ex ea acce
perint: accipiāt sibi ad ꝓtecti
onē aīe ⁊ corporis: fiatqꝫ dñe
nr̄e salutis remediū: tueqꝫ gr̄e
Deus q Oīo. sacr̄m. ꝑ.
dispersa ꝯgregas: ⁊ cō
gregata cōseruas: q ꝑplis ob
uiā iesu ramos portātib⁹ bñ/
dixisti: bñ ✠ dic etiā ⁊ hos ra
mos palme ⁊ oliue: quos tui
famuli ad honorē nois tui fi/
deliter suscipiūt: vt in quēcū
qꝫ locū itroducti fuerint: tuā
bñdictionez habitatores loci
illi⁹ ꝯsequant: ⁊ omui aduer
sitate effugata: dextera tua ꝓ/
tegat: quos redemit iesus xp̄s
filius tu⁹ dñs noster. Qui te/
cum viuit ⁊ regnat in vnitate
spūs sancti deus. Per oīa se/
cula seckoꝝ. ℟. Amē. Oratio
Deus q miro ordine di/
spositiōis ex reb⁹ etiaꝫ
insensibilibus dispēsationem
nostre salutis ostēdere volui
sti: da q̄s: vt deuota tuoꝝ tur/
ma fideliuꝫ salubriter intelli/
gat qcqd mystice designat in

facto: que hodie celesti lumine afflata: redēptori obuiā ꝓcedens palmarū atq; oliuarū ramos vestigijs eiꝰ substrauit Palmarū igit̄ rami de mortꝫ principe triūphos expectāt. Surculi v̄o oliuarū spūalem vnctionē aduēisse quodāmō clamāt. Intellexit eni iā tūc illa btā hoīum multitudo p̄figurari: q̄ redēptor noster humanis ꝯdolēs miserijs ꝑ totius mūdi vita cū mortis p̄ncipe esset pugnaturꝰ: ac moriēdo triūphaturꝰ. Et ideo talia obsequēs administrauit: q̄ in illo ⁊ triūphos victorie ⁊ misericordie pinguedinē declararēt. Qd̄ nos quoq; plena fide ⁊ factū ⁊ significatū retinētes: te dn̄e scē pater op̄s eterne deꝰ: ꝑ eūdē dn̄m nr̄m iesū xp̄m suppliciter exoramꝰ: vt in ip̄o atq; ꝑ ip̄z: cuiꝰ nos mēbra fieri voluisti: de mortꝫ imperio victoriā reportātes: ip̄ius gl̄iose resurrectiōis participes esse mereamur. Qui tecū viuit ⁊ regnat in vni. spūs sci deꝰ. ꝑ oīa secl̄a secl̄oꝝ. ℟.

DEus q ꝑ Oīo. Amē. oliue ramū pacē terrꝫ colūbā nūciare iussisti: presta q̄s: vt hos oliue: ceterarunq; arboꝝ ramos celesti bn̄ ✠ dictione scifices: vt cūcto ppl̄o tuo ꝓficiāt ad salutē. per xp̄z dn̄m nr̄m. ℟. Amen. Oīo.

BEne ✠ dic q̄s dn̄e hos palmarū seu oliuarum ramos: ⁊ presta: vt qd̄ ppl̄s tuus tua veneratiōe hodierna die corꝑaliter agit: hoc spūaliter sūma deuotiōe ꝑficiat: de hoste victoriā reportando: et opus misericordie sūmoꝑe diligēdo. Per dn̄m nr̄m iesum christū filiū tuū. Qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate spūs sci deꝰ. Per oīa secula secl̄oꝝ ℟ Amē. Hic aspgunt rami aqua bn̄dicta cū aña. Aspges me. sine cātu ⁊ sine p̄salmo: ⁊ incensantur. Deinde dicit sacerdos. Dn̄s vobiscū. ℟ Et cū spiritu tuo. Oratio

DEus qui filium tuū dominū nostrū iesum christum pro salute nostra in hūc mundū misisti: vt se hūiliaret ad nos: et nos reuocaret ad te: cui etiā dū hierusalē veniret adimplere scripturas: credētiū popl̄oꝝ turba fidelissima deuotione vestimēta sua cū ramis palmarū in via sternebant: presta q̄s: vt illi fidei viam p̄paremus: de qua remoto lapide offensionis et petra scandali: frondeant apud te opa nostra iustitie ramis: vt eius vestigia seq mereamur.

Qui tecũ viuit ⁊ regnat ĩ vnitate spũs sancti deꝰ. Per oĩa secula seclorꝝ. ℟ Amẽ. Postea duo fratres ramos fratribꝰ in locis suis manẽtibꝰ distribuũt: ⁊ interim a choro cãtat añ. Pueri hebreorꝝ portãtes ramos oliuarum: obuiauerũt dño clamantes ⁊ dicẽtes: osanna ĩ excelsis. Alia añ. Pueri hebreorũ vestimẽta ꝓsternebãt in via ⁊ clamabãt dicentes: osanna filio dauid: bñdictus q̃ venit in noĩe dñi. Que si nõ incipiat: repetat quousq̃ ramorꝝ distributio finiat. Deinde dicit sacerdos ℣. Dñs vobiscũ. Oro.

O Mp̃s sempiterne deus qui dñm nr̃m iesũ christũ die azymorꝝ sup̃ pullũ asine sedere fecisti: ⁊ turbas populorꝝ vestimenta vel ramos arborꝝ in via sternere: ⁊ osanna decãtare in laudẽ ipsiꝰ docuisti: da q̃s: vt illorꝝ innocentiã imitari possimꝰ: ⁊ eorꝝ meritũ cõsequi mereamur. Per eũdẽ xp̃z dñm nr̃z. ℟ Amẽ. Postea fit ꝓcessio: ⁊ cantant añe subscripte: vel oẽs: vel alique: ꝑ dispositiõe cãtorꝝ. Añ. Cum appropinquaret dñs hierosolymã: misit duos ex discipulis suis dicẽs: ite in castellum qđ est cõtra vos: ⁊ inuenietis pullũ asine alligatũ sup̃ quẽ nullꝰ hominum sedit: soluite ⁊ adducite mihi: si quis vos interrogauerit dicite: opus dñi est: soluẽtes adduxerũt ad iesũ: ⁊ ĩposuerũt illi vestimẽta sua: ⁊ sedit sup̃ eũ. Alij expãdebãt vestimẽta sua in via: alij ramos de arboribꝰ externebãt: ⁊ q̃ seq̃bant clamabãt: osanna: bñdictus q̃ venit in noĩe dñi bñdictũ regnũ p̃ris nr̃i dauid osanna in excelsis miserere nobis fili dauid. Alia añ. Cũ audisset ppl̃s q̃ iesus venit hierosolymã acceperũt ramos palmarũ: ⁊ exierũt ei obuiã: ⁊ clamabãt pueri dicẽtes: Hic ẽ q̃ vẽturus est in salutẽ ppl̃i. Hic ẽ salus nr̃a ⁊ redẽptio isr̃l. Quãtus ẽ iste cui throni et dñatiões occurrũt. Noli timere filia syon: ecce rex tuꝰ venit tibi sedẽs sup̃ pullũ asine: sicut scriptũ est: Salue rex fabricator mũdi: q̃ venisti redimere nos. Alia añ. Ante sex dies solẽnis pasche qñ venit dñs in ciuitatẽ hierl̃m: occurrerũt ei pueri: ⁊ in manibꝰ portabãt ramos palmarũ: ⁊ clamabãt voce magna dicẽtes: osanna in excelsis: bñdictꝰ q̃ venit in multitudine mĩe tue: osanna ĩ excelsis. Alia añ. Occurrũt turbe cũ floribꝰ ⁊ palmis redẽptori obuiã: ⁊ victori triũphãti dignadãt obseq̃a: filiũ dei ore gẽtes p̃dicãt: ⁊ in laudẽ christi voces tonãt ꝑ nubila osanna. Alia añ.

Cū angelis z pueris fideles īne
niamur triūphatori mortis cla/
mātes:osanna in excelsis. Alia
aī. Turba multa q̄ venerat ad
diē festū clamabat dño: bñdict⁹
q venit ī noie dñi osāna i excels.
In reuersiōe pcessiōis ad ec
clesiā aliq fres intrāt:duo ad
minus:vel ōtuor ad plus: et
clauso ostio stātes versa facie
ad pcessionē incipiūt Gloria
laus. et totū decācāt vsq; Isrl
es tu rex. Sacerdos vō cū re/
liquis stātibus extra repetit il
lud idē. Deinde stātes intus
cantāt vsus sequētes:vt oēs:
vel parte p dispositiōe canto
ris:z stātes extra rñdent post
quoslibet duos versus Gloria
laus. sicut a principio. ℣ Glo
ria laus z honor tibi sit rex chri/
ste redemptor:cui puerile decus
prompsit osanna piū. ℣ Israel
es tu rex:davidis z inclyta ples.
℣ Noie q in dñi rex bñdicte ve/
nis. ℟ Glia laus z. ℣ Cetus in
excelsis te laudat celitus ois. ℣
Et mortalis hō cūcta creata simł.
℟ Glia laus. ℣. Plebs hebrea
tibi cum palmis obvia venit. ℣
Cū prece voto hymnis:assumus
ecce tibi. ℟ Glia laus. ℣ Hi ti/
bi passuro solvebāt munia lau/
dis. ℣ Nos tibi regnanti pangi
mus ecce melos. ℟ Glia laus.
℣ Si placuere tibi placeat deuo
tio nostra. ℣ Rex bone rex cle/
mens:cui bona cūcta placent. ℟
Glia la. ℣ Fecerat hebreos hos
glia sāguis almi. ℣ Nos facit he
breos:trāsit⁹ ecce pius. ℟ Glia
la. ℣ Sis pius ascēsor tu: z nos
sim⁹ asell⁹. ℣ Tecū nos capiat:
vbs venerāda dei. ℟ Glia lau.
℣ Uestis aplice rutilo fulgore te
gamur. ℣ Te bñ docta vt ea no
stra caterua vehat. ℟ Glia la. ℣
Tegmine sine aīe sternam⁹ cor/
pora nr̄a. ℣ Quo p nos semp sit
via tuta tibi. ℟. Glia la. ℣ Sit
pia p palme:nobis victoria ra/
mis. ℣. Ut tibi victrici:sorte ca/
namus ita. ℟ Glia la. Postea
intrant pcessiōes ecclīā cātā
do ℟. Ingrediēte dño in sctām
ciuitatē:hebreox pueri resurre/
ctionē vite pnūciātes. Cū ramis
palmarū osanna clamabāt in ex
celsis. ℣ Cūq; audissent q iesus
veniret hierosolymā:exierūt ob
viam ei. Cū. Et nō dr̄ Glia pri.
Dñica in palmis ad missam.
Statio ad scm̄ ioannē in late



rano. Introitus.
Omine ne longe fa
cias auxiliū tuū a me
ad defensionē meā
aspice:libera me de ore leonis:z
a cornib⁹ vnicorniū humilitatē
meā. ℣ Deus de⁹ me⁹ respice in
me:quare me dereliqsti:longe a
salute mea verba delictox meox.

OMnipotēs sem piterne deus: q humano gñi ad imitādū hūilitatis exēplū saluatorē nr̄m carnez sumere: et crucē subire fecisti: ꝓcede ppitio: vt et patiētie ipsius habere documenta: et resurrectionis cōsortia mereamur. Per eundē. Et hec ozo ut dr. Epla ad philippenses

FRēs: Hoc enī ū. cap. sentite in vob qđ et in xp̄o iesu. Qui cū i forma dei esset: nō rapinā arbitratus ē eē se eqlē deo: sz semetipm exinaniuit: formā serui accipiēs: in similitudinē hoiuz factus: et habitu inuētus vt hō. Humiliauit semetipm: factus obediens vsq; ad mortē: mortē aūt crucis. Propter qđ et deus exaltauit illū: et donauit illi nomen qđ ē sup oē nomen: vt in noie iesu oē genu flectat: celestiuz: terrestriū: et infernoz. Et oīs lingua cōfiteat: q̄ dñs iesus xp̄s i gl̄ia ē dei patris. Grad. Tenuisti manū dexterā meam: et in voluntate tua deduxisti me: et cū gloria assūpsisti me. ℣ Quaz bonus isr̄l deus rectis corde: mei aūt pene moti sūt pedes: pene effusi sunt gressus mei: q̄ zelaui i pctōribus pacē: pacē pctoꝝ vidēs. Tractus. Deus deus me⁹ respice in me: quare me dereliquisti. ℣ Longe a salute mea: verba delictoꝝ meorū. ℣ Deus me⁹ clamabo p diē: nec exaudies in nocte: et nō ad insipiētiā mihi. ℣ Tu aūt in scō habitas laus isr̄l. ℣ In te spauerūt pies nr̄i: spauerūt et liberasti eos. ℣ Ad te clamauerūt et salui fcī sūt: in te spauerūt et nō sūt confusi. ℣ Ego aūt sum vermis et nō hō: opprobriū hoiuz et abiectio plebis. ℣ Oēs q̄ videbāt me aspernabāt me: locuti sūt labijs et mouerūt caput. ℣ Spauit in dño eripiat eū: saluū faciat eum q̄m vult eū. ℣ Jpi vo ꝓsideraueūt et ꝓspexerūt me: diuiserūt sibi vestimēta mea: et sr̄ vestē meā miserūt sortē. ℣ Liba me ō ore leōis et a cornibus vnicornū hūilitatē meā. ℣ Qui timetis dñm laudate eū: vniuersū semē iacob magnificate eū ℣ Annūciabit dño generatio vētura: et annūciabūt celi iustitiā ei⁹. ℣ Popło q̄ nascet quē fecit dñs

Passio dñi absq; bñdictione dicitur: et sine Dñs vobiscū. et luminarib⁹ et incenso: sz absolute incipit: nec rñ det. Gloria tibi dñe. Peruēto aūt ad partē illā: que in tono euāgelij legit: bñdictio petit et incēsū portat: sicut ꝓsuetū est fieri ad euangeliuz. Similiter fit alijs diebus qñ legitur passio

Passio dñi nostri iesu christi Scōm matheum. xxvj. cap.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. ✠ Scitis q̃ post biduũ pascha fiet: ⁊ filius hois tradet vt crucifigat. ℭ Tũc ꝓgregati sũt ꝓncipes sacerdotuꝫ et seniores ppli in atriũ ꝓncipis sacerdotũ qui dicebat caypha: ⁊ ꝓsiliũ fecerũt vt iesũ dolo tenerẽt: ⁊ occiderẽt. Dicebãt aũtẽ: ❡ Nõ in die festo. ℭ Ne forte tumult⁹ fieret in ppło. Cũ aũt esset iesus in bethania in domo simonis lepꝛosi: accessit ad euꝫ mulier hñs alabastꝝ vnguẽti ꝑciosi ⁊ effudit sup caput ipi⁹ recũbẽtis. Uidẽtes aũt discipuli indignati sũt dicẽtes. ❡ Ut qd ꝑditio hec? Potuit eni vnguẽtũ istud venũdari multo ⁊ dari paupibus. ℭ Sciẽs aũt iesus ait illis ✠ Quid molesti estis huic mulieri? Op⁹ eni bonũ opata est i me. Naz semp paupes habetꝭ vobiscũ: me aũt nõ semper habebitis. Mittẽs eni hec vnguẽtũ hoc i corp⁹ meũ: ad sepeliẽdũ me fecit. Amẽ dico vob: vbicũq; ꝑdicatũ fuerit hoc euãgeliuꝫ in toto mũdo dicet: et qd hec fecit in memoriã ei⁹. ℭ Tunc abiit vnus de duodecim: q dicit iudas scarioth ad pncipes sacerdotum: ⁊ ait illis. ❡ Quid vultis mihi dare: ⁊ ego eũ vobis tradã? ℭ At illi ꝓsti tuerũt ei trigita argẽteos. Et exinde querebat opꝛtunitatẽ: vt eũ traderet. Prima aũt die azimoꝛ accesserunt discipuli ad iesuꝫ dicẽtes. ❡ Ubi vis paremus tibi comedẽ pascha? ℭ At iesus dixit. ✠ Ite in ciuitatem ad quẽdam: ⁊ dicite ei. Magister dicit. Tẽp⁹ meum ꝓpe est: apud te facio pascha cum discipulis meis. ℭ Et fecerũt discipuli sicut cõstituit illis iesus: ⁊ parauerũt pascha. Uespere aũt facto discũbebat cũ duodeciꝫ discipulis suis. Et edentibus illis dixit. ✠ Amen dico vobis: q⁹ vn⁹ vẽm me traditurus é. ℭ Et ꝓtristati valde ceperũt singuli dicere. ❡ Nunquid ego sũ dñe? ℭ At ipse rñdens ait. ✠ Qui intingit mecũ manũ i parapside: hic me tradet. Filius qdẽ hois vadit sicut scriptũ est de illo. Uhe aũt homini illi p quẽ filiꝰ hois tradet. Bonũ erat ei: si nat⁹ nõ fuissꝫ hõ ille. ℭ Rñdens autez iudas qui tradidit euꝫ dixit. ❡ Nunquid ego sum rabbi? ℭ Ait illi ✠ Tu dixisti. ℭ Cenãtibus aũt eis: accepit iesus panem: ⁊ bñdixit: ac fregit: ꝺditq; discipulis suis: ⁊ ait. ✠ Accipite et comedite: hoc est

corp⁹ meū. ¶ Et accipiēs ca/
licē gr̄as egit: ⁊ dedit illis di/
cēs. ✠ Bibite ex h̄ oēs. Hic ē
eni sāguis me⁹ noui testamēti
q̄ ꝓ multis effūdet in remissi/
onē pctōꝝ. Dico autē vob: nō
bibā āmodo de hoc genimie
vitis vsq̄ in diē illū: cū illd̄ bi
bā vobiscū nouū ī regno p̄ris
mei. ¶ Et hymno dicto exie
rūt in mōtē oliueti. Tūc dixit
illis iesus. ✠ Oēs vos scāda
lū patiemini in me in ista no/
cte. Scriptū est eni Percutiā
pastorē ⁊ dispgēt oues gregis
Postq̄ aūt surrexero: p̄cedā
vos in galileā. ¶ Rn̄dēs āt
petr⁹ ait illi. ꝯ Et si oēs scāda
lizati fuerit ī te: ego nūq̄ scā/
dalizabor. ¶ Ait illi iesus ✠
Amē dico tibi: q̄ ī hac nocte
āteq̄ gall⁹ cātet: ter me nega
bis. ¶ Ait illi petr⁹. ꝯ Etiā
si oportuerit me mori tecū: nō
te negabo. ¶ Sil̄iter ⁊ oēs di
scipuli dixerūt. Tūc venit ie/
sus cū illis ī villā q̄ d̄r gethse/
mani: ⁊ dixit discipul̄ suis ✠
Sedete hic: donec vadā illuc
⁊ orez. ¶ Et assūpto petro et
duob⁹ filijs zebedei cepit ꝯtri
stari ⁊ mest⁹ esse. Tūc ait illis
✠ Tristis est aīa mea vsq̄ ad
mortē. Sustinete hic ⁊ vigila
te mecū. ¶ Et ꝓgressus pusil
lū ꝓcidit in faciē suā orās ⁊ di
cens. ✠ Mi p̄r si possibile est
trāseat a me calix iste. Verūtn̄
nō sicut ego volo: sed sicut tu
¶ Et vēit ad discipl̄os suos
⁊ īuenit eos dormiētes. Et di/
cit petro. ✠ Sic: Nō potuisti
vna hora vigilare mecū? Vi/
gilate ⁊ orate: vt nō intretis in
tētationē. Spūs q̄dē prōptus
est: caro aūt infirma. ¶ Iterū
secūdo abijt ⁊ orauit dicēs ✠
Pater mi: si nō pōt hic calix
trāsire: nisi bibā illū: fiat volū
tas tua. ¶ Et venit iteꝝ: ⁊ in
uenit eos dormiētes. Erāt āt
oculi eoꝝ grauati. Et relictis
illis iteꝝ abijt: ⁊ orauit tertio
eūdē sermonē dicēs. Tūc ve/
nit ad discipulos suos: ⁊ dixit
illis. ✠ Dormite iā ⁊ requesci/
te. Ecce appropinq̄bit hora ⁊
fili⁹ hoīs tradet ī man⁹ pcōꝝ
Surgite eam⁹: ecce appropi/
q̄bit q̄ me tradet. ¶ Adhuc
eo loquēte: ecce iudas vn⁹ de
duodeciz venit: ⁊ cū eo turba
mlta cū gladijs ⁊ fustib⁹ missi
a p̄ricipib⁹ sacerdotū ⁊ senio
rib⁹ ppl̄i. Qui aūt tradidit eū
d̄dit illis signū dicēs. ꝯ Quē
cūq̄ osculat⁹ fuero: ipse est te
nete eū. ¶ Et ꝯfestiz accedēs
ad iesū dixit. ꝯ Aue rabbi ¶
Et osculat⁹ est eū. Dixitq̄ illi
iesus ✠ Amice ad q̄d venisti?
¶ Tūc accesserūt ⁊ man⁹ inie

cerūt in iesū: ⁊ tenuerūt eū Et
ecce vn⁹ ex his q erāt cū iesu
extēdēs manū exemit gladiū
⁊ ꝑcutiēs seruū principis sa-
cerdotū āputauit auricl̄azei⁹
Tūc ait illi iesus. ✠ Cōuerte
gladiū tuū in locū suū. Oēs
eniz q acceperint gladiū gla
dio peribūt. An putas: qꝛ nō
possū rogare patrē meū: ⁊ ex
hibebit mihi mō plusq̄z duo-
deciz legiōes angeloꝝ? Quō
ergo iplebunt̄ scripture? Qꝛ
sic oportet fieri. ¶ In illa ho
ra dixit iesus turbis. ✠ Tāq̄z
ad latronē existis cū gladijs ⁊
fustib⁹ cōprehēdere me. Quo
tidie apd̄ vos sedebā docēs i
templo: ⁊ nō me tenuistis. ¶
Hoc āt totū factū est: vt adim
plerent̄ scripture prophetaꝝ
Tunc discipuli oēs relicto eo
fugierūt. At illi tenētes iesuz
duxerūt eū ad cayphā princi
pē sacerdotū: vbi scribe ⁊ seni
ores ꝯuenerāt. Petr⁹ aūt seq̄
bat̄ eū a lōge vsq̄z i atriū ꝑn-
cipis sacerdotū. Et ingressus
intro sedebat cū ministris: vt
videret finē. Principes āt sa
cerdotū ⁊ oē ꝯsiliū q̄rebāt fal
sū testimoniū ꝯtra iesuz: vt eū
morti traderēt. Et nō inuene
rūt: cuz falsi testes accessissent
Nouissime autē venerūt duo
falsi testes: ⁊ dixerunt. S Hic
dixit. Possuz destruere tēplū
dei: ⁊ post triduuz reedificare
illud. ¶ Et surgēs princeps
sacerdotū ait illi. S Nihil re
spōdes ad ea q̄ isti aduersū te
testificāt̄? ¶ Jesus āt tacebat
Et priceps sacerdotū ait illi.
S Adiuro te per deū viuū: vt
dicas nobis: si tu es xp̄s filius
dei. ¶ Dixit illi iesus. ✠ Tu
dixisti. Verūtamen dico vob̄
āmodo videbitis filiuz hois
sedētē a dextris v̄tutis dei: et
veniētē in nubib⁹ celi ¶ Tūc
princeps sacerdotuz scidit ve
stimēta sua dicēs S Blasphe
mauit. Quid adhuc egemus
testib⁹? Ecce nūc audistis bla
sphemiā. Quid vobis vr̄? ¶
At illi rn̄dētes dixerūt S Re⁹
ē mortis. ¶ Tūc expuerūt i fa
ciē eius: ⁊ colaphis eū cecide
rūt. Alij aūt palmas in faciez
eius dederūt dicētes. S Pro
phetiza nob̄ xp̄e. Quis est q
te ꝑcussit? ¶ Petrus v̄o sede
bat foris i atrio Et accessit ad
eū vna ancilla dicēs: S Et tu
cū iesu galileo eras ¶ At ille
negauit corā oibus dicēs. S
Nescio qd dicis. ¶ Exeunte
aūt illo ianuā: vidit eum alia
ancilla: ⁊ ait his q erāt ibi. S
Et hic erat cū iesu nazareno.
¶ Et iteꝝ negauit cum iura
mēto: qꝛ nō noui hominē. Et

post pusillū accesserūt q astabant: t dixerūt petro. S Vere t tu ex illis es: nam t loquela tua manifestū te facit. Q Tūc cepit detestari t iurare: q; nō nouisset hoiez. Et ꝓtinuo gallus cātauit. Et recordatus est petr⁹ vbi iesu qđ dixerat: priusq; gallus cātet: ter me negabis Et egressus foras fleuit amare. M Dane aūt facto: concilīū inierunt oēs principes sacerdotū: t seniores populi aduersus iesū: vt eū morti traderēt. Et vinctū adduxerūt eū: t tradiderūt pōtio pilato presidi. Tūc videns iudas qui eū tradidit q dānat⁹ eēt: penitētia duct⁹ retulit triginta argēteos principib⁹ sacerdotū t senioꝛib⁹ dicēs. S Peccaui tradēs sanguinē iustū. Q At illi dixerunt. S Quid ad nos: tu videris. Q Et piectis argenteis in tēplo recessit: t abiens laqueo se suspēdit. M Principes aūt sacerdotū acceptis argēteis dixerūt. S Non licet eos mittere in coꝛbonā: q; preciū sanguinis est. Q Cōsilio aūt inito: emerūt ex illis agrū figuli i sepulturā peregrinoꝝ. M Propt hoc vocat⁹ ē ager ille acheldemach: hoc ē ager sāguinis: vsq; in hodiernū diē. Tūc impletū est qđ dictū est per hieremiā pphetā dicētē. Et acceperūt triginta argenteos preciū appciati: quē appreciauerūt a filijs isrl: t dederūt eos in agrū figuli: sicut cōstituit mihi dns. Jesus autem stetit añ psidē. Et interrogauit eū preses dicēs. S Tu es rex iudeoꝝ? Q Dicit ei iesus. ✠ Tu dicis. Q Et cū accusaret a principib⁹ sacerdotū t seniꝛib⁹ nihil rndit. Tūc dicit illi pilat⁹. S Nō audis quāta aduersuꝫ te dicūt testimonia. Q Et nō respōdit ei ad vllū verbum: ita vt miraret preses vehemēter. M Per diē aūt solēnem ꝓsueuerat pses dimittere pplo vnū vinctū: quez voluissent. M Habebat aūt tūc vinctuꝫ insignē: q dicebat barrabas: qui ꝓpter seditionē missus fuerat in carcerē. Congregatis aūt illis dixit pilatus. S Quē vultis dimittā vobis barrabam: an iesuꝫ qui dicit xp̄s? Q Sciebat enim q p inuidiā tradidissent eū. Sedēte aūt illo p tribunali: misit ad illū vxoꝛ eius dicēs. S Nihil tibi et iusto illi. M Multa enim passa suꝫ hodie p visuꝫ ꝓpter eū. Q M Principes aūt sacerdotū t seniores psuaserūt pplis: vt peterēt barrabā: iesū vo perderent. Rndēs aūt pses ait il-

lis. S Quē vultis vobis de
duob⁹ dimitti? C At illi dixe
rūt. S Barrabā. C Dicit ill'
pilatus S Quid igit̄ faciā de
iesu: q dr̄ xp̄s? C Dicūt oēs
S Crucifigat̄. C Ait illis p̄
ses. S Quid eni mali fecit?
C At illi magis clamabāt di
cētes. S Crucifigat̄. C Vi
dēs aūt pilat⁹ qr nihil ꝓficēt:
sed magis tumult⁹ fieret: ac
cepta aqua lauit manus corā
ppl'o dicēs. S Innocēs ego
suz a sāguine iusti hui⁹. Vos
videritis. C Et rn̄dens vni
uersus ppl's dixit. S Sāguis
ei⁹ sup nos ⁊ sup filios nr̄os.
C Tūc dimisit illis barrabā
iesum aūt flagellatū tradidit
eis: vt crucifigeret̄. Tūc mili
tes p̄sidis suscipiētes iesuz in
pretorio: ꝯgregauerūt ad eū
vniuersam cohortē. Et exuē
tes eū: chlamydē coccineam
circūdederūt ei. Et plectētes
coronā de spinis: posuerūt su
per caput ei⁹ ⁊ harundinē in
dextera ei⁹. Et genu flexo āte
eum: illudebāt ei dicētes. S
Aue rex iudeoꝝ. C Et expu
entes in eū acceperūt harūdi
nē ⁊ ꝑcutiebāt caput ei⁹. Et
postq̄ illuserūt ei: exuerūt eū
chlamyde: ⁊ induerūt eum
vestimētꝫ ei⁹: ⁊ duxerūt eū vt
crucifigerēt. Exeūtes aūt in
uenerūt hoiem cyreneū veni
entē obuiā sibi: noie simonē.
Hūc angariauerūt: vt tollēt
crucē ei⁹. Et venerūt in locū
q dr̄ golgotha: qd̄ ē caluarie
loc⁹. Et dederūt ei vinū bibē
cū felle mixtū. Et cū gustassz
noluit bibere. Postq̄z āt cru
cifixerūt eū: diuiser̄t vestimē
ta ei⁹: sortē mittētes: vt imple
ret̄ qd̄ dictū est ꝑ ꝓphetā dicē
tem: Diuiserūt sibi vestimēta
mea: ⁊ sup vestē meā miserūt
sortē. Et sedētes seruabāt eū.
Et imposuerūt sup caput ei⁹
causā ipsi⁹ scriptā. Hic est ie
sus nazaren⁹ rex iudeorum.
Tūc crucifixi sūt cū eo duo la
trones: vn⁹ a dextris: ⁊ vn⁹ a
sinistris. Pretereūtes aūt bla
sphemabāt eū: mouētes capi
ta sua: ⁊ dicētes. S Vah q de
struis tēplū dei: ⁊ in triduo il
lud reedificas? Salua temet
ipsū. Si filius dei es: descēde
de cruce. C Similiter ⁊ prin
cipes sacerdotū illudētes cū
scribis ⁊ senioꝛib⁹ dicebāt. S
Alios saluos fecit: seipsuz nō
pōt saluū facere. Si rex isrl'
est: descēdat nunc de cruce: ⁊
credimus ei. Confidit in deo
liberet eum nūc si vult. Dixit
enim: qr filius dei suz. C Id
ipsū aūt ⁊ latrones q crucifixi
erant cū eo: improperabāt ei.

A sexta autem hora: tenebre facte sūt super vniuersaz terram vsq; ad horā nonam. Et circa horā nonā clamauit iesus voce magna dicēs ✝ Hely Hely lamazabathani. ℣ Hoc ē ✝ Deus me⁹ de⁹ me⁹: vt q̄d dereliqsti me? ℣ Quida aūt illic stātes z audiētes dicebāt. ℟ Heliā vocat iste. ℣ Et continuo currēs vnus ex eis: acceptā spongiā iplevit aceto: z iposuit harūdini z dabat ei bibere. Ceteri vō dicebant. ℟ Sine videam⁹ an veniat helyas liberās eū. ℣ Jesus aūt itez clamās voce magna emisit spiritū. ℣ Et ecce velū templi scissum est in duas partes: a sūmo vsq; deorsuz. Et terra mota est: z petre sciss̄e sūt: z monumēta apta sūt: z multa corpa sctōz q̄ dormierāt surrexerūt. Et exeūtes de monumētis post resurrectionē eius venerunt in sctāz ciuitatē: z apparuerunt multis. Cēturio aūt z q̄ cū eo erāt custodiētes iesū: viso terremotu z his que fiebant, timuerūt valde dicētes. ℟ Vere filius dei erat iste. ℣ Erant āt ibi mlieres multe a lōge: q̄ secute erāt ipsuz a galilea ministrantes ei: inter quas erat maria magdalene z maria iacobi: z ioseph mater: z mr filioz zebedei. Cū sero aūt factū eēt: venit q̄daz hō diues ab arimathia: noie ioseph: q̄ z ipe discipul⁹ erat iesu. Hic accessit ad pylatū: z petijt corpus iesu. Tūc pylatus iussit reddi corp⁹. Et accepto corpe ioseph inuoluit in syndone mūda: z posuit illū in monumēto suo nouo: qđ excciderat in petra: z aduoluit saxū magnū ad ostium monumenti: z abijt. Erant autē ibi maria magdalene: z altera maria sedentes contra sepulchrum.

Hic legit in tono euangelij.

Altera autē die: que est post parasceuen: cōuenerunt principes sacerdotū z pharisei ad pylatū dicentes. Dñe recordati sum⁹: q: seductor ille dixit adhuc viuens: Post tres dies resurgā. Jube ergo custoduri sepulchrū vsq; in diē tertiū: ne forte veniant discipuli eius: z furent eū: z dicāt plebi: surrexit a mortuis. Et erit nouissim⁹ error peior priore. Ait illis pylatus: Habetis custodiam. Jte custodite sicut scitis. Illi autez abeūtes munierūt sepulchrū signantes lapidē cum custodibus. Offert. Improperiuz expectauit cor meum: z miseriā

⁊ sustinui qui simul cōtristaretur
⁊ non fuit: consolātē me quesiui
⁊ non inueni: ⁊ dederūt in escam
meā fel: ⁊ in siti mea potauerunt

Conce, Secr me aceto.
de q̄s dñe: vt oculis tue
maiestatꝫ mun⁹ oblatū: ⁊ gra
tiā nobis deuotiōis obtineat
⁊ effectū btē ꝑhēnitatꝫ acqrat
Per. Prefatio. Eterne de⁹.
Qui salutez humani generis
i ligno crucis ꝯstitu. fol. 106.
Et dī quotidie vsq; ad feriā
sextaz: nisi in missa de festo: si
occurrerit. Cōio Pater si non
potest hic calix tr̄sire: nisi bibaz
illū: fiat volūtas tua. Postcōi.

Per hui⁹ dñe opationez
mysterij: ⁊ vitia nr̄a pur
gētur: ⁊ iusta desideria cōple/
ant. Per. Feria.ij. Statio ad
sanctā Praxedez. Introitus.

Iudica domine nocē
tes me: expugna ipu
gnātes me: apprehē
de arma ⁊ scutum: ⁊
exurge in adiutoriū meū domie
virtus salutis mee. ꝑ Effunde
frameā ⁊ cōclude aduersus eos
qui persequūtur me: dic anime
mee salus tua ego sum. Oratio

Da q̄sumus op̄s deus: vt
q in tot aduersis ex nr̄a
infirmitate deficim⁹: interce/
dente vnigeniti filij tui passio
ne respiremus. Per eundez.

Lectio Esaie ꝓphete. l. capl'o

In dieb⁹ illis: Dixit esai
as. Dñs de⁹ apuit mihi
aurē: ego aūt nō ꝯtradico: re
trorsum nō abij. Corpus meū
dedi ꝑcutiētibus: ⁊ genas me
as vellentibus. Faciē meā nō
auerti ab increpantibus ⁊ cō
spuentibus in me. Dñe deus
auxiliator meus: ⁊ ideo nō suz
ꝯfusus. Ideo posui faciē meā
vt petrā durissimā: ⁊ scio qm̄
nō cōfundar. Iuxta est qui iu
stificat me. Quis contradicet
mihi? Stemus simul. Quis ē
aduersarius me⁹ accedat ad
me. Ecce dñs de⁹ auxiliator
me⁹ est. Quis est qui ꝯdēnet
me? Ecce oēs quasi vestimētū
cōterent: tinea comedes eos.
Quis ex vobis timens deuz:
audiens vocē serui ei⁹: Quis
ambulauit in tenebris ⁊ non
est lumē ei? Speret in noīe do
mini: ⁊ innitatur sup dñz deū
suū. Grad. Exurge dñe: ⁊ inten
de iudiciū meū: deus me⁹ ⁊ dñs
meus in causam meam. ꝑ Effun
de frameam: ⁊ conclude aduer/
sus eos qui me persequuntur.
Secūdum ioannem. xij. cap.

In illo tpe: Añ sex dies
pasche: vēit ihs betha/
niā vbi lazar⁹ fuerat mortu⁹:
quē suscitauit iesus. Fecerunt
autē ei cenā ibi: ⁊ martha mi/

nistrabat. Lazarus vo vnus erat ex discūbētibus cum eo. Maria ergo accepit librā vnguenti nardi pistici pretiosi & vnxit pedes ihesu & extersit capillis suis pedes ei⁹: & domus impleta est ex odore vnguēti. Dixit ergo vnus ex discipulis eius iudas scariothis: q erat eū traditur⁹: Quare hoc vnguentū nō venijt trecēs denarijs: & datū ē egenis. Dixit aūt hoc nō q̄ de egenis pertinebat ad eū: sz q̄ fur erat & loculos habēs: q̄ mittebant portabat. Dixit ergo ihesus: Sine te illā: vt in diē sepulture mee seruet illud. Pauperes enim semp habebitis vobiscū: me aūt sp nō habebitis. Cognouit ergo turba mlta ex iudeis q̄ illic esset: & venerūt nō p̄pter ihesum tm̄: sed vt lazarus viderēt: quē suscitauit a mortuis. Offer. Eripe me de inimicis meis dñe: ad te cōfugi: doce me facere voluntatē tuam quia tu es deus meus es tu. Secr. Hec sacrificia nos omnipotēs de⁹: potenti virtute mūdatos ad suū faciāt puriores venire principiū. Per. Cōio. Erubescāt & reuereant simul qui gratulant malis meis: induant pudore & reuerētia q̄ maligna loquunt aduersum me. Postcō.

Precedat nos dñe diuinū tua sancta feruorē: q̄ eos parit & actu delectemur & fructu. Per. Sup pplz Oio. Adiuua nos deus salutaris noster: & ad beneficia recolēda quibus nos instaurare dignatus es: tribue venire gaudentes. Per dñz.

¶ Feria tertia. Statio ad sanctam Priscam. Introitus.

Nos aūt gloriari oportet i cruce dñi nostri ihesu christi: in quo est salus vita & resurrectio nra: p quē saluati & liberati sum⁹. ℣ Deus misereat nri & benedicat nobis: illuminet vultum suū sup nos & misereat nob. Oio

Oēps sempiterne deus da nobis ita dñice passionis sacramēta pagere: vt indulgētiā pcipe mereamur. p. Lectio hieremie pphe. xi. ca.

In dieb⁹ illis: Dixit hieremias: Dñe demōstrasti mihi & cognoui: tu ostēdisti mihi studia eor. Et ego q̄si agn⁹ mansuetus qui portat ad victimā. Et non cognoui q̄ cogitauerunt super me cōsilia dicētes: Venite mittam⁹ lignū in panem eius: & eradamus eū de terra viuētiū & nomen eius nō memoretur amplius. Tu autem dñe sabath

qui iudicas iuste: ⁊ probas re
nes ⁊ corda: videam vltionez
tuam ex eis. Tibi enim reuela
ui causam meā dñe deꝰ meꝰ.
Grad. Ego autem dū mihi mo/
lesti essent induebaz me cilicio:
⁊ humiliabā in ieiunio animam
meam: ⁊ oratio mea in sinu meo
conuertetur. ℣. Judica domine
nocentes me: expugna impugnā
tes me apprehende arma ⁊ scu/
tū: ⁊ exurge in adiutoriuz mihi.

Passio domini nostri ihū xpi
Scdm marcū. xiiij. capitulo.

IN illo tpe: Erat pascha
⁊ azima post biduū. Et
querebant summi sacerdotes
⁊ scribe: quō iesum dolo tene
rent: ⁊ occiderent. Dicebant
enim. S Nō in die festo. ✠
Ne forte tumultꝰ fieret in po/
pulo. Et cum eēt iesus betha
nie: in domo simonis leprosi:
⁊ recūberet venit mulier ha/
bens alabastrū vnguenti nar
di spicati p̄ciosi. Et fracto ala
bastro: effudit super caput eiꝰ
Erant aūt qdam indigne fe/
rentes itra semetipsos: ⁊ dicē
tes. S Ut qd ꝑditio ista vn/
guēti facta ē. Poterat eni vn
guētū istud venūdari plus q̄z
trecentis denarijs: ⁊ dari pau
peribus. ✠ Et fremebant in
eam. Jesus autem dixit. ✠
Sinite eaz. Quid illi molesti
estis. Bonū opus operata est
in me. Semꝑ enim pauperes
habebitis vobiscū: ⁊ cū volue
ritꝫ potestis illis bñfacere: me
aūt non semꝑ habebitis. Qd
habuit hec fecit: p̄uenit vnge
re corpꝰ meū i sepulturā: amē
dico vobis: vbicūqz p̄dicatū
fuerit euangeliū istud in vni
uerso mūdo: ⁊ qd fec̄ hec nar/
rabitur in memoriam eiꝰ. ✠
Et iudas schariothis: vnꝰ de
duodecim abijt ad sūmos sa/
cerdotes: vt ꝓderet euz illis.
Qui audiētes gauisi sūt: ⁊ ꝓ/
miserūt ei pecuniā se daturos
Et q̄rebat quō illū opportūe
traderet. Et p̄mo die azimo/
rū qñ pascha imolabāt dicūt
ei discipuli. S Quo vis eamꝰ
⁊ paremꝰ tibi: vt māduces pa
scha. ✠ Et mittit duos ex di
scipl̄is suis: ⁊ dicit eis. ✠ Jte
in ciuitatē: ⁊ occurret vob hō
lagenā aque baiulans. Seq/
mini eū. Et quocūqz itroierit
dicite dño domꝰ: qr magr̄ di/
cit vbi est rēfectio mea vbi pa/
scha cū discipl̄is meis mādu
cē. Et ipse vobis demōstrabit
cenaculū grāde stratuz: ⁊ illic
parate nobis. ✠ Et abierunt
discipuli eiꝰ: ⁊ venerūt in ciui
tatē: ⁊ inuenerūt sicut dixerat
illis: ⁊ parauerūt pascha. Ue
spere aūt facto: venit cū duo/

decim. Et discũbentibus eis ꝛ manducãtibus ait iesus. ✠ Amen dico vobis: qꝛ vnus ex vobis tradet me: qui manducat mecũ. ℭ At illi ceperunt cõtristari: ꝛ dicere ei sigillati. ℟ Nũquid ego. ℭ Qui ait illis. ✠ Unus ex duodecim: q intingit mecũ manũ i catino. Et filiꝰ qdem hois vadit: sicut scriptũ est de eo. Uhe aũt homini illi: per quẽ filius hominis tradet. Bonũ erat ei si non esset natus homo ille. ℭ Et manducantibꝰ illis: accepit iesus panẽ: ꝛ bñdicens fregit: ꝛ dedit eis: ꝛ ait. ✠ Sumite: hoc est coꝛpus meũ. ℭ Et accepto calice gr̃as agens dedit eis. Et biberunt ex illo oẽs. Et ait illis ✠ Hic est sanguis meꝰ noui testamenti: q pꝛo multis effundet. Amẽ dico vobis: q̃ iam nõ bibaz de genimine vitis vsqz in diẽ illũ cũ illud bibam vobiscũ nouũ i regno dei. ℭ Et hymno dicto: exierũt: in montez oliuaꝝ Et ait illis iesus. ✠ Oẽs vos scãdalizabimini in me nocte ista: qꝛ scriptũ est: Percutiaz pastoꝛẽ: ꝛ dispergentur oues. Sed postq̃z resurrexero: p̃cedã vos in galileã. ℭ Petrus aũt ait illi. ℟ Et si omnes scãdalizati fuerint: sed non ego. ℭ Et ait illi iesus. ✠ Amen dico tibi: qꝛ tu hodie in nocte hac: pꝛiusq̃z bis gallus vocez dederit: ter me es negaturus ℭ At ille amplius loquebat ℟ Et si opoꝛtuerit me simul cõmoꝛi tibi: nõ te negabo. ℭ Similiter aũt ꝛ oẽs dicebant. Et veniũt in pꝛediũ: cui nomẽ gethsemani: et ait discipulis suis. ✠ Sedete h̃: donec oꝛẽ. ℭ Et assumit petrũ ꝛ iacobũ ꝛ ioannẽ secũ: ꝛ cepit pauere ꝛ tedere. Et ait illis. ✠ Tristis est aĩa mea vsqz ad mꝛtẽ. Sustinete h̃: ꝛ vigilate. ℭ Et cũ pcessisset i paululũ: pcidit super terram: ꝛ oꝛabat: vt si fieri posset transiret ab eo hoꝛa: et dixit. ✠ Abba pater: oĩa tibi possibilia sũt: transfer calicez hũc a me. Sed nõ qõ ego volo: sed quod tu. ℭ Et venit: ꝛ inuenit eos doꝛmiẽtes. Et ait petro. ✠ Simõ doꝛmis? Nõ potuisti vna hoꝛa vigilare mecũ. Uigilate ꝛ oꝛate: vt non intretis in tentationẽ. Spũs qdem pꝛomptus est: caro autẽ infirma. ℭ Et iteꝝ abiẽs oꝛauit eũdẽ sermonẽ dicẽs. Et reuersus denuo: inuenit eos doꝛmiẽtes. Erãt enim oculi eoꝝ grauati: ꝛ ignoꝛabãt qd respõderent ei. Et venit tertio: ꝛ ait illis. ✠ Doꝛmite iam ꝛ rege,

scite: Sufficit. Uenit hora: ec
ce tradet̄ filiꝰ homis in manꝰ
pcōꝝ. Surgite eamus: ecce q
me tradet prope est. ¶ Et ad
huc eo loquente: venit iudas
scarioth: vnus ex duodeciz: ⁊
cū eo turba multa cū gladijs ⁊
lignis: missi a sūmis sacerdo-
tibꝰ ⁊ scribis ⁊ senioribꝰ. De-
derat aūt traditor eis signum
dicens. S Quēcūqz osculatꝰ
fuero ipse est: tenete eū: ⁊ duci
te eū caute. ¶ Et cū venisset:
statim accedens ad eum ait.
S Rabbi. ¶ Et osculatꝰ est
eum. At illi manus iniecerūt
in eū: ⁊ tenuerūt eum. Unus
aūt de circūstantibꝰ educens
gladiū ꝑcussit seruuz summi
sacerdotꝭ: ⁊ āputauit illi auri
culā. Et rñdens iesus ait illis
✠ Tāq̄z ad latronē existis cū
gladijs ⁊ lignis comprehēde
re me. Quotidie erā apd̄ vos
in templo docens: ⁊ nō me te
nuistis. Sed vt adimpleātur
scripture. ¶ Tunc discipuli
eiꝰ relinquentes eum oēs fu-
gerūt. Adolescens aūt qdam
sequebat̄ eum: amictꝰ syndo-
ne sup nudo: ⁊ tenuerūt eum.
At ille relicta syndōe: nudus
ꝓfugit ab eis. Et adduxerūt
iesum ad summū sacerdotez:
⁊ conueuerūt in vnū omnes
sacerdotes ⁊ scribe ⁊ seniores

Petrus aūt a longe secutꝰ est
eū vsqz intro in atriū summi
sacerdotis: ⁊ sedebat cū mini
stris: ⁊ calefaciebat se ad ignē
Sūmi v̄o sacerdotes ⁊ omne
cōciliū querebāt aduersus ie
sum testimoniū: vt eum morti
traderent: nec inueniebant.
Multi enim testimoniū falsū
dicebant aduersus eū: ⁊ cōue
niētia testimonia nō erāt. Et
qdam surgentes falsum testi-
moniū ferebant aduersus eū
dicentes. S Qm̄ nos audiui
mus eū dicētē: Ego dissoluā
tēplū hoc manufactū: ⁊ post
triduū aliud non manufactū
edificabo. ¶ Et nō erat cōue
niens testimoniū illoꝝ Et ex-
urgēs summꝰ sacerdos i me-
diū: interrogauit iesum dicēs
S Nō rñdes qcq̄z ad ea que
tibi obijciunt̄ ab his. ¶ Ille
āt tacebat: ⁊ nihil rñdit. Rur
sus summus sacerdos iterro-
gabat eū: ⁊ dixit ei. S Tu es
xp̄s filiꝰ dei bñdicti. ¶ Je-
sus aūt dixit illi. ✠ Ego suz.
Et videbitis filiū hois sedētē
a dextris v̄tutis dei: ⁊ veniētē
cū nubibꝰ celi. ¶ Summus
aūt sacerdos scindēs vestimē
ta sua ait. S Quid adhuc d̄si
deramꝰ testes? Audistis blas-
phemiā. Quid vobis videtur
¶ Qui oēs cōdēnauerūt euz

esse reum mortis. Et ceperũt quidam conspuere eum: & velare faciem eius: & collaphis cũ cedere: & dicere ei: S Prophetiza: C Et ministri alapis eum cedebant. Et cum petr⁹ esset in atrio deorsũ venit vna ex ancillis summi sacerdotis: & cum vidisset petrum calefacientem se: aspiciẽs illum ait. S Et tu cum Jesu nazareno eras. C At ille negauit dicẽs S Neq; scio: neq; noui qd dicas. C Et exijt foras añ atriũ & gallus cãtauit. Rursus aũt cum vidisset illũ alia ancilla: cepit dicere circũstantib⁹: C Quia hic ex illis est. C At ille iteꝝ negauit. Et post pusillũ rursus q astabãt dicebãt petro: S Vere ex illis es: nam & galileus es. C Ille autẽ cepit anathematizare & iurare: q: nescio hoiem istũ quem dicitis. Et statim iterum gallus cãtauit. Et recordatus est petrus verbi qđ dixerat ei iesus: priusq; gallus cantet bis: ter me negabis Et cepit flere. Et confestim mane consilium facientes summi sacerdotes cũ senioribus & scribis: & vniuerso cõsilio: vincentes iesum duxerũt & tradiderũt pilato. Et interrogauit eum pilat⁹. C Tu es rex iudeoꝝ? C At ille respondens ait: T Tu dicis. C Et accusabãt eum summi sacerdotes in multis. Pilat⁹ aũt rursum iterrogauit eũ dicens. S Nõ respõdes qcq; vides in quantis te accusant. C Jesus autẽ amplius nihil respõdit: ita vt miraret pilatus. Per diem autẽ festũ solebat illis dimittere vnũ ex vinctis quẽcũq; petissent. Erat autem q dicebat barrabas: q cum seditiosis erat vict⁹: q in seditiõe fecerat homicidium Et cuꝝ ascẽdisset turba: cepit rogare: sicut semper faciebat illis. Pilat⁹ autem respõdit eis: & dixit. S Vultꝭ dimittaꝝ vob regem iu deoꝝ. C Sciebat eni q per iuidiam tradidissent eũ summi sacerdotes. Põtifices autem cõcitauerũt turbã: vt magꝭ barrabam dimitteret eis. Pilat⁹ aũt iterũ respõdẽs ait illis: S Quid ergo vultꝭ faciaꝝ regi iudeorũ. C At illi iteruꝝ clamauerũt. S Crucifige euꝝ. C Pilat⁹ vo dicebat eis. S Quid em̃ mali fecit. C At illi magꝭ clamabãt. S Crucifige euꝝ. C Pilat⁹ autem volẽs pplo satisfacere dimisit illis barrabã & tradidit iesum flagellis cesum: vt crucifigeretur. Milites autem duxerũt eum itro

in atriū prętorij: ⁊ cōuocāt totam cohortē. Et induūt eum purpura: ⁊ imponūt ei plectentes spineam coronam: ⁊ cepe/runt salutare eum dicētes. ℣ Aue rex iudeorū. ℭ Et percutiebant caput eius harūdine et cōspuebant eum: ⁊ ponētes genua: adorabant eū. Et postq̄ illuserunt ei: exuerūt illū purpura: ⁊ induerūt illū vestimentis suis: ⁊ educūt illū vt crucifigerent. Et angariauerunt prętereuntē quēpiam simonē cyreneum venientem de villa: patrē alexādri ⁊ rufi: vt tolleret crucē eius. Et p/ducunt eum in golgotha locū: qđ est interptatū caluarie locus: ⁊ dabāt ei bibere myrrhatū vinū: ⁊ nō accepit. Et crucifigentes eum: diuiserūt vestimenta eius: mittētes sortē super eis: vt quis quid tolleret. Erat aūt hora tertia: et crucifixerūt eū. Et erat titul⁹ cause eius scriptus: rex iudeorū. Et cū eo crucifigūt duos latrones: vnū a dextris eius: ⁊ aliū a sinistris. Et adimpleta est scriptura q̄ dicit: Et cū iniquis reputatus est. Et prętereuntes blasphemabāt eū: mouentes capita sua ⁊ dicentes. ℣ Vah qui destruis templū dei: ⁊ in tribus diebus redificas? Saluum fac temet/ipsum: descendens de cruce. ℭ Similiter ⁊ summi sacerdotes illudentes: ad alterutr⁹ cum scribis dicebant. ℣ Alios saluos fecit: seipsum saluū non potest facere. Christ⁹ rex israel descendat nūc de cruce vt videamus ⁊ credam⁹. ℭ Qui cum eo crucifixi erāt: cō uiciabantur ei. Et facta hora sexta: tenebre facte sunt super totam terram vsq; in horam nonam. Et hora nona exclamauit iesus voce magna dicens. ✠ Heli heli lamaza/bathani. ℭ Quod est interpretatum ✠ Deus me⁹ deus me⁹: vt quid dereliquisti me? ℭ Et quidā de circunstantibus audientes dicebant: ℣ Ecce heliam vocat. ℭ Currens aūt vnus: ⁊ implēs spongiā aceto: circūponēsq; calamo: potū dabit ei dicens: ℣ Sinite: videam⁹ si veniat helias ad deponendū eū ℭ Iesus autē emissa voce magna expirauit. ℭ ⁊ velū tēpli scissū ē in duo: a sūmo vsq; deorsum. Videns aūt cēturio qui ex aduerso stabat: q̄ sic clamās expirasset ait ℣ Vere hō hic filius dei erat. ℭ Erant autē ibi mulieres de longe aspicientes: inter quas erat maria ma

gdalene: ⁊ Maria iacobi mi/
noris ⁊ ioseph mater ⁊ salome
Et cũ eẽnt i galilea seq̃bãtur
eũ ⁊ ministrabãt ei ⁊ alie mul
te q̃ simul cũ eo ascẽderãt hie
rosolimam. Hic legit in tono
euãgelij.
Et cũ iaz sero
esset factum qꝛ erat para
sceue qđ ẽ añ sabbatũ venit io
seph ab arimathia nobilis de
curio qui ⁊ ipse erat expectãs
regnũ dei. Et audacter introi
uit ad pilatũ ⁊ petijt corp⁹ ie/
su. Pilatus aũt mirabat̃ si iã
obissz. Et accersito centurio/
ne interrogauit euz si iã mor/
tuus eẽt. Et cũ cognouisset a
centurione donauit corp⁹ io/
seph. Joseph aũt mercat⁹ syn
donẽ ⁊ deponens eũ inuoluit
syndone ⁊ posuit eũ in monu
mẽto quod erat excisuz đ pe/
tra. Et aduoluit lapidem ad
ostiũ monumẽti. Offer. Custo
di me domine de manu peccato
ris ⁊ ab homibus iniquis eripe
me domine. Secreta.
Sacrificia nos q̃s dñe ꝓ/
pensius ista restaurẽt: que me
dicinalibus sũt instituta ieiu/
nijs. Per. Coio. Aduersuz me
exercebãtur qui sedebãt in por/
ta: ⁊ in me psallebãt qui bibebãt
vinũ: ego vero orationẽ meaz ad
te dñe: tẽpus beneplaciti deus i
multitudine misericordie tue.

Sanctifica/ Postcoio.
tiõibus tuis op̃s de⁹ ⁊ vi
tia nr̃a curent̃: ⁊ remedia nob̃
sẽpit̃na ꝓueniãt. ꝑ Sup ppl̃z
Tua nos mis̃icor/ Oio.
dia de⁹ ⁊ ab oi surreptio
ne vetustatis expurget: et ca/
paces sctẽ nouitat̃ efficiat. ꝑ.
Feria. iiij. Statio ad sanctam
Mariã maiorem. Introitus.
In noie dñi omne ge
nu flectatur: celestiuz
terrestriũ ⁊ ĩfernoruz
qꝛ dñs factus est obe
diens vsqz ad mortẽ: mortẽ autẽ
crucis: ideo dñs iesus xp̃s i glo/
ria est dei patris. ps. Dñe exaudi
orationẽ meam: ⁊ clamor meus
ad te veniat. Oremus. Flecta/
mus genua. Leuate. Oratio.
Presta q̃s op̃s de⁹ vt qui
nr̃is excessib⁹ icessãter
affligimur: ꝑ vnigẽiti tui pas
sionẽ liberemur. Qui tecum.
Lectio esaie ꝓphete. lxiij. ca.
Hec dicit dñs deus: Di/
cite filie syon. Ecce sal/
uator tu⁹ venit. Ecce merces
eius cũ eo. Quis est iste q ve/
nit de edom tinctis vestib⁹ de
bosra? Iste formosus in stola
sua gradiens in multitudine
fortitudinis sue. Ego qui lo/
quor iusticiã ⁊ ꝓpugnator suz
ad saluandũ. Quare ergo ru
bruz est indumẽtũ tuũ ⁊ vesti

menta tua sicut calcātiū i torcular. Torcular calcaui solus et de gētibus nō est vir mecū. Calcaui eos in furore meo et cōculcaui eos in ira mea. Et aspersus ē sāguis eor sup vestimenta mea et oia indumenta mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo. Annus retributionis mee venit: circūspexi et non erat auxiliator: q̄siui et non fuit qui adiuuaret. Et saluauit michi brachium meum et indignatio mea ipa auxiliata est mihi. Et cōculcaui populos i furore meo: et inebriaui eos in indignatiōe mea: et detraxi virtutē eorū in terrā. Miserationū dñi recordabor. Laudē dñi sup oib⁹ q̄ reddidit nobis dominus deus noster. **Grad.** Ne auertas faciem tuā a puero tuo: quoniā tribulor velociter exaudi me. ℣ Saluum me fac deus qm̄ intrauerūt aque vsq; ad animā meam: infixus sum in limo profundi: et non est substātia. **Hic dicit** Dñs vobiscū. **sine** Flectamus genua.

Oratio. Deus qui pro nobis filiū tuū crucis patibulum subire voluisti: vt inimici a nobis expelleres potestatez: concede nobis famulis tuis: vt resurrectionis gratiam cōsequamur. Per eūd.

Lectio esaie pphete. liii. cap.

In dieb⁹ illis. Dixit esaias: Dñe q̄s credidit auditui nr̄o et brachiū dñi cui revelatū est. Et ascendet sic̄ virgultū coram eo et sicut radix de terra sitiēti: et nō est species ei neq; decor. Et vidim⁹ eū et nō erat aspectus: et desiderauim⁹ eum despectū et nouissimū virorum: virū dolor et sciētem infirmitatē. Et quasi abscōditus vultus eius et despect⁹ vñ nec reputauim⁹ eū. Vere languores nr̄os ipe tulit et dolores nr̄os ipe portauit. Et nos putauimus eū quasi leprosum et percussum a deo humiliatū. Ipse aūt vulnerat⁹ est ppter iniq̄tates nr̄as: attrit⁹ ē ppter scelera nr̄a. Disciplina pacis nr̄e sup eū et liuore ei⁹ sanati sum⁹. Oēs nos quasi oues errauimus: vnusquisq; in viam suā declinauit: et dñs posuit in eo iniquitatē omniū nostrum. Oblatus ē q̄r ipe voluit et nō aperuit os suū. Sicut ouis ad occisionē ducet: et quasi agn⁹ coram tondente se obmutescet et non aperiet os suū. De angustia et de iudicio sublatus est. Generationē eius q̄s enarrabit. Quia abcisus est de terra viuentiū. Propter scelus ppli mei percussi eū: et dabit impios

pro sepultura: et diuites pro
morte sua: eo q̄ iniqtatē non
fecerit: neq; dolus inuēt⁹ fue
rit in ore eius. Et dn̄s voluit
ꝯterere eū in infirmitate. Si
posuerit ꝑ pctō animā suā: vi
debit semen longeuū: ⁊ volū
tas dn̄i in manu eius dirigeꝫ:
pro eo q̄ tradidit i mortē ani
mā suā: ⁊ cū sceleratis reputa
tus est. Et ipse pecatū multo
rum tulit: ⁊ ꝑ trāsgressoribus
orauit: vt nō perirēt. Tractus
Dn̄e exaudi orationē meā et cla
mor me⁹ ad te vēiat. ℣ Ne auer
tas faciez tuam a me in quacūq;
die tribulor iuclina ad me aurez
tuam. ℣ In quacunq; die inuo
cauero te velociter exaudi me. ℣
Quia defecerunt sicut fumus di
es mei: ⁊ ossa mea sicut in frixo
rio confixa sunt. ℣ Percussus
sum sicut fenū ⁊ aruit cor meum:
quia oblitus sum māducare pa
nem meū. ℣ Tu exurgēs domi
ne misereberis syon: quia venit
tempus miserendi eius.

Passio dn̄i nostri iesu christi
Scōm Lucam. xij. capitulo.

In illo tēpe: ¶ Appro
pinquabat autē dies fe
stus azymoꝝ: q dicit pascha.
Et q̄rebāt principes sacerdo
tum ⁊ scribe: quō iesum inter
ficerēt. Timebāt v̄o plebem.
Intrauit aūt sathanas in iu
dā: q cognomiabat scarioth
vnū de duodecim ⁊ abijt: ⁊ lo
cutus est cū principib⁹ sacer
dotū ⁊ magistratibus: quēad
modū traderet illū eis. Et ga
uisi sūt: ⁊ pacti sūt pecuniā il
li dare: ⁊ spopōdit. Et q̄rebat
opportunitatē vt traderet eū
sine turbis. Venit aūt dies azi
moꝝ: in qua necesse erat occi
di pascha: ⁊ misit petrū ⁊ io
annē dicēs ✠ Euntes para
te nob̄ pascha vt māducem⁹.
¶ At illi dixerūt S Ubi vis
paremus. ¶ Et dixit ad eos
✠ Ecce introeuntibus vob̄
in ciuitatē: occurret vob̄ hō:
amphoram aque portans: se
quimini eam in domū in quā
intrat: ⁊ dicetis patrifamilias
dom⁹: Dicit tibi magister vbi
est diuersoriū: vbi pascha cū
discipulis meis manducem:
Et ipse vobis ostendet cena
culū magnū stratū: ⁊ ibi pa
rate. ¶ Euntes autem inue
nerunt: sicut dixit illis iesus:
et parauerūt pascha. Et cum
facta esset hora discubuit: et
duodecim apostoli cū eo. Et
ait illis. ✠ Desiderio deside
raui hoc pascha manducare
vobiscū anteq̄ patiar. Dico
eni vobis: qr ex hoc nō man
ducabo illud: donec implea
tur in regno dei. ¶ Et acce

pro calice gr̃as egit: ⁊ dixit.
✠ Accipite ⁊ diuidite iter vos
Dico enim vobis: qꝛ non bi/
bam de generatiõe vitis: do/
nec regnuz dei veniat. ¶ Et
accepto pane: gr̃as egit: ⁊ fre/
git: ⁊ dedit eis dicẽs. ✠ Hoc
est corpus meum: qđ pro vob
datur. Hoc facite i meã cõme
moratõem. ¶ Silr ⁊ calicez
postq̃z cenauit dicẽs. ✠ Hic
est calix nouũ testamẽtum in
sanguine meo: qui pro vobis
effũdet. Uerũtamẽ ecce ma/
nus tradẽtis me: mecuz est in
mensa. Et qdem filius homis
scđm qđ diffinitum est vadit.
Uerũtamen ve homi illi per
quẽ tradeutr. ¶ Et ipsi cepe
runt querere iter se quis esset
ex eis q hoc factur⁹ esset. Fa/
cta est autem contentio inter
eos: qs eorum videretur esse
maior. Dixit autẽ eis. ✠ Re
ges gẽtium dñantur eoꝝ: ⁊ q
potestatẽ habẽt super eos be
nefici vocãtur. Uos autez nõ
sic. Sed q maior est in vob:
fiat sicut mior. Et q precessor
est sicut ministrator. Nam qs
maior est qui recumbit: an q
ministrat? Nõne q recumbit.
Ego autem i medio vestrum
sum: sicut qui ministrat. Uos
autem estis qui permansistis
mecum in tentatõibus meis.
Et ego dispono vob: sicut di/
sposuit mihi pater me⁹ regnũ
vt edatis ⁊ bibatis super men
sam meam i regno meo: ⁊ se/
deatis super thronos iudicã/
tes duodeci tribus israel. ¶
Ait autẽ dominus simoni. ✠
Simon ecce sathanas expeti
uit vos: vt cribraret sicut triti
cum. Ego autez rogaui ꝑ te:
vt non deficiat fides tua. Et
tu aliquãdo cõuersus confir/
ma fratres tuos. ¶ Qui di/
xit ei. S Dñe tecum paratus
sum: ⁊ in carcerem ⁊ in mortẽ
ire. ¶ Et ille dixit. ✠ Dico
tibi petre: non cantabit hodie
gall⁹: donec ter abneges nos/
se me. ¶ Et dixit eis. ✠ Qñ
misi vos sine sacculo: ⁊ pera ⁊
calciamẽtis: nũquid aliquid
defuit vobis. ¶ At illi dixe/
runt. S Nihil. ¶ Dixit er/
go eis. ✠ Sed nunc qui ha/
bet sacculum: tollat similiter
⁊ peram. Et q non habet: vẽ/
dat tunicam suaz ⁊ emat gla
dium. Dico enim vobis: quo
niam adhuc hoc qđ scriptum
est oportet impleri in me. Et
cũ iniquis deputatus est. Et
enim ea q̃ sũt de me finez ha/
bẽt. ¶ At illi dixerũt. S Do
mine ecce gladij duo hic. ¶
At ille dixit eis. ✠ Satis est
¶ Et egressus ibat secũdũ

cōsuetudinē in montē oliuaꝝ
Secuti sūt aūt illū discipuli
ei⁹. Et cū pueniſſent ad locū
dixit illis. ✠ Orate: ne itretis
in tentationē. ℭ Et ipe auul
sus est ab eis quantū iact⁹ est
lapidis. Et positis genib⁹ ora
bat dicēs. ✠ Pater si vis trās
fer calicem istū a me. Uerūtn
non mea volūtas: sed tua fiat.
ℭ Apparuit aūt illi angelus
de celo cōfortās eū. Et fact⁹ in
agonia plixius orabat. Et fa/
ctus est sudor eius: sicut gutte
sanguinis decurrētis in terrā
Et cū surrexiſſz ab oratiōne ꝛ ve
niſſz ad discipulos suos: inue
nit eos dormientes pre tristi/
cia. Et ait illis. ✠ Quid dor/
mitis: Surgite ꝛ orate: ne itre
tis in tentationez. ℭ Adhuc
eo loquēte: ecce turba: ꝛ q vo
cabaꝫ iudas vn⁹ de duodeciz
antecedebat eos. Et appropi
quauit ihesu: vt oscularetur eū
Jesus ăt dixit. ✠ Juda oscu/
lo filiū homis tradis? ℭ Vi/
dentes aūt hi qui circa ipsum
erăt qđ futurū erat dixerūt ei
ℌ Dñe si pcutim⁹ in gladio?
ℭ Et percussit vnus ex illis
seruū principis sacerdotum ꝛ
amputauit auriculā ei⁹ dexte
ram. Rūdens autē ihesus ait.
✠ Sinite vsqꝫ huc. ℭ Et cū
tetigiſſet auriculā ei⁹ sanauit
eum. Dixit aūt ihesus ad eos q
venerāt ad se principes sacer
dotū ꝛ magistratus tēpli ꝛ se
niores. ✠ Quasi ad latronez
existis cū gladijs ꝛ fustib⁹ cū
quotidie vobiscū fuerim in tē
plo ꝛ non extendistis manus
in me. Sed hec est hora vra ꝛ
potestas tenebraꝝ. ℭ Cōpre
hendentes aūt eū duxerūt ad
domū principis sacerdotum.
Petrus vo sequebaꝫ eū a lon
ge. Accēso aūt igne in medio
atrio ꝛ circūsedētib⁹ illis erat
petr⁹ in medio eorū. Quē cū
vidiſſet ancilla quedā sedētē
ad lumē: ꝛ eū fuiſſz intuita di
xit. ℌ Et hic cū illo erat. ℭ
At ille negauit eū dicens. ℌ
Mulier non noui illū. ℭ Et
post pusillū ali⁹ videns eū di/
xit. ℌ Et tu ex illis es? ℭ Pe
trus vo ait. ℌ O ho nō sum.
ℭ Et interuallo facto q̃si ho
re vn⁹ ali⁹ quidam affirma/
bat dicens. ℌ Uere ꝛ hic cuz
illo erat: nā ꝛ galileus est. ℭ
Et ait petr⁹. ℌ Homo nescio
qd dicis. ℭ Et continuo ad/
huc illo loquente cătauit gal
lus. Et conuersus dñs respexit
petrū. Et recordat⁹ est petr⁹
vbi dñi sicut dixerat q̃ priuſ/
q̃z gallus cantet: ter me nega
bis. Et egressus foras Pe/
trus fleuit amare. Et viri qui

tenebant iesuz illudebant ei: cedẽtes eũ. Et velauerunt eũ ꝛ pcutiebant faciẽ ei⁹: ꝛ interrogabãt eũ dicentes. ℣ Prophetiza: qs est qui te pcussit: ℟ Et alia multa blasphemãtes dicebãt in eũ. Et vt factus est dies: conuenerũt seniores plebis: ꝛ principes sacerdotũ ꝛ scribe ꝛ duxerũt illũ in cõsiliũ suũ dicentes: ℣ Si tu es christus: dic nobis? ℟ Et ait illis. ✠ Si vobis dixero: nõ creditis mihi. Si autẽ ꝛ interrogauero: non rñdebitis mihi: neqz dimittetis. Ex hoc ãt erit filius hois sedens a dextris vtutis dei. ℟ Dixerũt autez oẽs. ℣ Tu ergo es filius dei: ℟ Qui ait ✠ Vos dicitis qz ego sum. ℟ At illi dixerunt. ℣ Quid adhuc desideramꝰ testimoniũ: Ipsi enim audiimus ex ore eiꝰ. ℟ Et surgẽs ois mltitudo eorũ duxerũt illũ ad pilatũ. Ceperũt aũt illũ accusare dicentes: Hũc iuenimus subuertẽtẽ gentẽ nostrã ꝛ phibẽtẽ tributa dari cesari: ꝛ dicẽtẽ se xpm regẽ eẽ. Pilatus aũt interrogauit eũ dicẽs. ℣ Tu es rex iudeorũ. ℟ At ille rñdens ait: ✠ Tu dicis. ℟ Ait aũt pilatus ad pricipes sacerdotũ ꝛ turbas. ℣ Nihil inuenio cause in hoc hoie. ℟ At illi ualescebãt dicẽtes. ℣ Cõmouit pplm docẽs per vniuersam iudeã: incipiens a galilea vsqz huc. ℟ Pilatꝰ ãt audiẽs galileã: interrogauit si hõ galileus esset. Et vt cognouit qꝺ de herodis potesta te esset: remisit eũ ad herodẽ: qꝺ ꝛ ipse hierosolymis erat illis diebus. Herodes aũt viso iesu: gauisus est valde. Erat enim cupiens ex mlto tempore videre eum: eo qꝺ audierat multa ꝺ illo: ꝛ sperabat signũ aliqꝺ videre ab eo fieri. Interrogabat aũt illũ mltis sermõibus. At ipse nihil illi rñdebat Stabant aũt pricipes sacerdotũ: ꝛ scribe constanter accusantes eũ. Spreuit aũt illũ herodes cũ exercitu suo: ꝛ illusit eũ indutum veste alba: ꝛ remisit ad pilatũ. Et facti sũt amici herodes ꝛ pilatꝰ in ipa die: nam antea inimici erant ad inuicem. Pilatꝰ aũt conuocatis pricipibꝰ sacerdotum et magistratibꝰ ꝛ plebe: dixit ad illos. ℣ Obtulistiz mihi hũc hominem qsi auertentẽ pplz: ꝛ ecce ego coram vobis iterrogans: nullam causaz inuenio in homine isto ex his in quibus eum accusatis. Sed neqz herodes. Nam remisit illum ad nos: ꝛ ecce nihil dignum

morte actum est ei. Emendatum ergo illum dimittam. ℣ Necesse aũt habebat dimittere eis per diem festũ vnũ. Exclamauit aũt simul vniuersa turba dicẽs. ℟ Tolle hunc: et dimitte nob barrabã ℣ Qui erat ppter seditionẽ quandaz factã in ciuitate et homicidiũ missus in carcerem. Iterz aũt pilat⁹ locut⁹ est ad illos: volens dimittere Iesum. At illi succlamabãt dicẽtes. ℟ Crucifige crucifige illuz. ℣ Ille autem tertio dixit ad illos. ℟ Quid mali fecit iste. Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiã ergo illũ et dimittã. ℣ At illi instabãt vocib⁹ magnis postulantes vt crucifigeretur. Et inualescebãt voces eoz. Et pilat⁹ adiudicauit fieri petitionẽ eoz. Dimisit autẽ illis eũ: q ppter homicidiũ et seditionẽ missus fuerat in carcerẽ quẽ petebãt: iesum vero tradidit voluntati eorũ. Et cũ ducerent eũ apprehenderunt simonẽ quẽdã cyrenensẽ: venientẽ de villa: et imposuerũt illi crucẽ portare post Iesum. Sequebaz aũt illũ multa turba ppli: et mulierũ: que plãgebãt et lamẽtabanz. Cõuersus aũt ad illas iesus dixit. ✠ Filie hierlm: nolite flere sup me sed sup vosipsas flete: et super filios vros. Quia ecce venient dies: in qb⁹ dicent: Beate steriles et ventres q non genuerũt: et vbera q nõ lactauerũt Tũc incipient dicere montibus cadite sup nos: et collib⁹ operite nos. Quia si in viridi ligno hoc faciũt: in arido qd fiet. ℣ Ducebanz autez et alij duo nequã cũ eo: vt interficerenz. Et postqz venerũt i locũ qvocaz caluarie: ibi crucifixerũt eũ: et latrones: vnũ a dextris et aliũ a finistris. Iesus ãt dicebat. ✠ Pater dimitte illis: nõ enim sciunt qd faciunt ℣ Diuidentes vo vestimẽta eius miserũt sortes. Et stabat populus expectans: et deridebant eũ pncipes cũ eis dicentes. ✠ Alios saluos fecit seipz saluũ faciat: si hic est xps dei electus. ℣ Illudebãt autẽ ei et milites accedẽtes: et acetũ offerentes ei dicentes. ℟ Si tu es rex iudeoz: saluũ te fac. ℣ Erat aũt et supscripto scripta sup illũ lris greczis: et latis: et hebraicis. Hic est rex iudeorũ. Unus aũt de his q pendebãt latronib⁹: blasphemabat dicẽs. ℟ Si tu es xps: saluuz fac temetipsum et nos. ℣ Respõdẽs autẽ alter increpabat eum dicẽs. ℟ Neqz tu times

deum: qui in eadē dānatione es. Et nos quidē iuste: nā digna factis recipimus: hic vō nihil mali gessit. ¶ Et dicebat ad iesum S Dñe memento mei: dū veneris in regnum tuū. ¶ Et dixit illi iesus ✠ Amē dico tibi: hodie mecum eris in paradiso. ¶ Erat autē fere hora sexta: ⁊ tenebre facte sūt in vniuersa terra vsq; in horā nonā. Et obscuratꝰ ē sol: ⁊ velū tēpli scissū ē medium: ⁊ clamās iesus noce magna ait ✠ In manus tuas cōmēdo spm̄ meum. ¶ Et hec dicēs expirauit. ¶ Videns aūt cēturio qd factū fuerat: glīficauit deū dicēs: S Vere hic hō iustus erat. ¶ Et oīs turba eoꝝ q simul aderāt ad spectaculū istud: ⁊ videbāt q̄ fiebāt: ꝑcutiētes pectora sua reuertebantur. Stabāt aūt oēs noti eiꝰ a longe: ⁊ mulieres q̄ secute erāt eū a galilea hec vidētes. Hic legit i tono euāgelij.

Et ecce vir noīe ioseph: q erat decurio vir bonꝰ ⁊ iustꝰ: Hic nō ꝯsenserat ꝯsilio ⁊ actibꝰ eoꝝ ab arimathia ciuitate iudee: q expectabat ⁊ ipe regnuz dei: Hic accessit ad pilatū: ⁊ petijt corpꝰ iesu. Et depositū iuoluit i syndone: ⁊ posuit eum in monumēto exciso: i quo nōdū q̄sq̄z positus fuerat. Offer. Dñe exaudi orationē meā ⁊ clamor meus ad te ꝑueniat. Secreta

Purifica nos misericors deus: vt ecclīe tue p̄ces q̄ tibi grate sunt pia munera deferētes: fiāt expiatis mētibus gratiores. Per. Cōio. Potū meum cū fletu tēperabā q: eleuans alisisti me: ⁊ ego sicut fenū arui: tu aūt dñe in eternū ꝑmanes: tu exurgens misereberis syō q: venit tp̄s miserendi eiꝰ. Postcō.

Largire sensibꝰ nostris op̄s deus: vt ꝑ temporalem filij tui mortē quā mysteria venerāda testantur vitaz nobis te dedisse perpetuā ꝯfidamus. Per eūdē. Sup populū Oīo.

Respice q̄s domine super hanc familiam tuaz pro qua dominꝰ noster iesus christus non dubitauit manibꝰ tradi nocētū: et crucis subire tormentum: Qui tecum viuit ⁊ regnat.

Feria quinta in cena domini Statio ad sanctum ioannem. in laterano. Introitus.

Nos aūt glīari oportet in cruce domini nostri iesu christi: in quo est salus vita et resurrectio nr̄a: ꝑ quē saluati ⁊ liberati sumus. ps. Deꝰ misereat

nostri: ⁊ benedicat nobis: illumi
net vultum suum super nos: ⁊
misereatur nostri. Et dicitur.
Gloria i excelsis deo. Oratio.

DEus a quo ⁊ iudas ꝑdi
tor reatus sui penā ⁊ cō
fessiōis sue latro p̄miū sum
pſit: ꝓcede nob tue ꝑpitiatōis
effectū: vt sicut in passiōe sua
iesus xp̄s dns noster diuersa
vtrisq; intulit stipendia meri
tor: ita nobis ablato vetustat̄
errore: resurrectōis sue gr̄am
largiat. Qui. Et hec ora tm̄
dicit Epla ad corinth. j. ca. ij.

FRatres: Cōueniētibus
vobis in vnu iam non
est dnicam cenā manducare.
Unusquisq; enim suam cenā
p̄sumit ad manducādū. Et
alius quidē esurit: alius autē
ebrius est. Nūgd domos non
habetis ad mānducandū ⁊ bi
bendū? Aut eccl̄ias dei ꝓtēni
tis: ⁊ ꝓfunditis eos q̄ nō hnt?
Quid dicā vob? Laudo vos.
In hoc non laudo. Ego enī
accepi a dño: qđ ⁊ tradidi vo
bis: qm̄ dns iesus i qua nocte
tradebat: accepit panē: ⁊ gr̄as
agens fregit: ⁊ dixit: Accipite
⁊ manducate. Hoc est corpus
meū: qđ ꝓ vobis tradet. Hoc
facite in meā cōmemoratione
Similiter ⁊ calicē postq̄ ce
nauit dicens. Hic calix nouū
testamentum est in meo san
guine. Hoc facite quotiēscū
q; bibetis in meam comme
morationē. Quotienscunq;
enim manducabitis panem
hunc: ⁊ calicem bibetis mor
tem domini annūciabitis: do
nec veniat. Itaq; quicūq; mā
ducauerit panem hūc: vel bi
berit calicē dn̄i indigne: reus
erit corporis ⁊ sanguinis dn̄i.
Probet aūt seipsū hō: ⁊ sic d̄
pane illo edat: ⁊ de calice bi
bat. Qui enim mānducat ⁊ bi
bit indigne: iudiciū sibi mādu
cat ⁊ bibit: nō diiudicans cor
pus dn̄i. Ideo inter vos mul
ti infirmi ⁊ imbecilles: ⁊ dor
miūt multi. Q; si nosmetipos
diiudicaremus: nō vtiq; iudi
caremur. Dū iudicamur aūt
a dño corripimur: vt nō cum
hoc mūdo dānemur. Grad.
Christus factus est p̄ nobis obe
diens vsq; ad mortē: mortē autē
crucis. ℣. Propter qđ ⁊ deꝰ exalta
uit illū: ⁊ dedit illi nomē qđ ē sup
oē nomē. Sequentia scī. ioānis. xiij. ca.

ANte diem festū pasche
sciēs iesus q: venit eiꝰ
hora: vt trāseat ex hoc mūdo
ad p̄rem cū dilexiſſet suos qui
erāt i mūdo: i finē dilexit eos.
Et cena facta: cū diabolus iā
misisset i cor: vt traderet eū iu
das simonis scariothis: sciēs

qꝛ oīa dedit ei pater i man⁹: ⁊ qꝛ a deo exiuit: ⁊ ad deū vadit surgit a cena: ⁊ ponit vestimē ta sua Et cū accepissꝫ lintheū p̄cinxit se. Deinde misit aquā in peluī: ⁊ cepit lauare pedes discipuloꝝ suorū: ⁊ extergere lintheo: quo erat p̄cinct⁹. Ue nit ergo ad simonē petrū. Et dicit ei petr⁹. Dñe tu mihi la uas pedes? Rñdit iesus ⁊ di xit ei. Qd̄ ego facio tu nescis modo: scies aūt postea. Dicit ei petrus. Non lauabis mihi pedes in eternū. Rñdit ei ie sus. Si nō lauero te: nō habe bis partē mecum. Dicit ei si mon petr⁹: Dñe nō tm̄ pedes meos: sꝫ ⁊ man⁹ ⁊ caput. Dic̄ ei iesus. Qui lot⁹ est: nō indi get nisi vt pedes lauet: sed est mūd⁹ tot⁹ Et vos mūdi estis: sꝫ nō oēs. Sciebat eniꝫ qsnaꝫ essꝫ q traderet eū Propterea dixit: nō estꝫ mūdi oēs Postq̄ꝫ ergo lauit pedes eoꝝ: accepit vestimēta sua: ⁊ cū recubuissꝫ iteꝝ dixit eis. Scitis qd fece rim vobis? Uos vocatis me magister et dñe: ⁊ bñ dicitis. Sū etenim. Si ergo ego laui pedes vr̄os dñs ⁊ magister: ⁊ vos debetis alter alterius la uare pedes. Exēplū eni dedi vobis: vt quēadmodū ego fe ci vobis: ita ⁊ vos faciatis. Et dicit Credo. Offert. Dextera dñi fecit virtutē: dextera dñi exal tauit me: nō moriar sꝫ viuā ⁊ nar rabo opera domini. Secreta.

IPse tibi q̄s dñe sācte pa ter op̄s eterne de⁹: sacri ficiū nostꝝ reddat acceptū: q discipl'is suis in sui cōmemo ratiōe hoc fieri hodierna tra ditiōe mōstrauit: iesus xp̄s fi lius tu⁹ dñs nr̄. Infra actioēꝫ

COmmunicātes ⁊ diem sacratissimuꝫ celebrātes quo dñs noster iesus xp̄s pro nob̄ est tradit⁹: sꝫ ⁊ memoriā. ⁊c̄. Alia infra actione.

HAnc igit̄ oblationē ser uitutis nostre: sed ⁊ cūcte fa milie tue: quā tibi offerimus ob diez: in quo dñs noster ie sus xp̄s tradidit discipl'is cor poris ⁊ sanguinis sui myste ria celebrāda q̄s dñe vt placa tus accipias: diesq̄ꝫ nostros i tua ⁊c̄. Alia infra actionem.

QUi pridie q̄ꝫ p nr̄a om niūqꝫ salute pateretur: hoc est hodie: accepit panē i sanctas ac venerabiles man⁹ suas ⁊c̄. Agnus dei dicitur: sꝫ pax non dat̄. Hodie reserpat sacerdos in loco honesto ⁊ cō ueniēti vnā hostiā ꝯsecratā p sequente die: in quo non con ficit̄: vel etiā plures: si necesse fuerit p infirmis: sanguinem

vo totum sumit. Deinde fratres imediate cōicāt: ⁊ postea cōpletur missa. Cōio. Dñs iesus postq̄ cenauit cū discipulis suis: lauit pedes eorū: ⁊ ait illis: scitis quid fecerim vobis ego dominꝰ ⁊ magister: exēplū dedi vobis: vt ⁊ vos ita faciatis. Postcō

Repleti vitalibꝰ alimonijs: q̄s dñe deus nr̄: vt qd̄ tēpore nostre mortalitatis cultu exeqmur: imortalitatis tue munere ꝯsequamur. P. Et dicit Ite missa est. Post refectionem sacerdos cum acolito denudat altaria legendo añ. Diuiserunt sibi vestimenta mea: ⁊ super vestē meā miserūt sortē. Cñ toto psalmo. Deus deus meus respice. Post nudationē altariū hora cōpetenti facto signo cum tabula conueniūt fratres ad faciendum mandatū. Maiores abluunt pedes mioribꝰ: tergūt ⁊ osculant: ⁊ iterim hec subscripta cantant: vel omnia vel i parte ꝑ dispositiōe cantoris. Añ. Mandatū nouū do vobis: vt diligatis inuicem sicut dilexi vos dicit dñs. ℣. Beati imaculati Et repetitur immediate añ. Mandatū Et sic alie añe que habent psalmos vel versus repetūtur. Et nota q̄ dē quolibet psalmo nō dr̄ nisi vnꝰ ℣.

Postq̄ surrexit dominus a cena: misit aquā in peluim: ⁊ cepit lauare pedes discipulorū suorum: hoc exemplum reliquit eis. ℣. Magnus dominus ⁊ laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Añ. Dñs iesus postq̄ cenauit cum discipulis suis lauit pedes eorum: ⁊ ait illis: Scitis quid fecerim vobis ego dominus ⁊ magister: exemplum dedi vobis: vt ⁊ vos ita faciatis. Añ. In diebus illis: mulier que erat in ciuitate peccatrix: vt cognouit q̄ iesus recubuit in domo simonis leprosi: attulit alabastrū vnguenti: ⁊ stans retro secus pedes domini iesu lachrymis cepit rigare pedes eius: ⁊ capillis capitis sui tergebat: ⁊ osculabatur pedes eius: ⁊ vnguento vngebat. ℣. Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem iacob. Añ. Maria ergo vnxit pedes iesu: ⁊ extersit capillis suis: ⁊ domus impleta est ex odore vnguenti. ℣. Domine ne in furore tuo arguas me: neq; i ira tua corripias me. Añ. Uos vocatis me magister ⁊ domine: et bene dicitis: sum etenim: si ego laui pedes vestros dominus et magister: ⁊ vos debetis alter alterius lauare pedes. ℣. Exemplum eniꝫ dedi vobis: vt ⁊ vos

ita faciatis. Añ. Diligamus nos
inuicez: quia charitas ex deo est
⁊ qui diligit fratrẽ suum: ex deo
natus est: ⁊ videt eum. ps. Quaz
dilecta tabernacula tua domine
virtutum: concupiscit: ⁊ deficit
anima mea in atria domini. Añ.
Ubi charitas ⁊ dilectio: ibi san-
ctorum est congregatio: ibi nec
ira est: nec indignatio: sed firma
charitas in perpetuum: christus
descendit munduz redimere: vt
liberaret a morte hominem: exẽ
plum dedit suis discipulis: vt si-
bi inuicem pedes abluerent. ps.
Deus misereat̃ nostri ⁊ bñdicat
nobis: illuminet vultum suum
super nos: ⁊ misereatur nostri.
Añ. Cõgregauit nos xp̃s ad glo
rificãdũ seipsum: reple domine
aĩas nr̃as scõ spũ. ℣. A solis or-
tu ⁊ occasu: ab aquilone ⁊ mari.
Añ. Mulier que erat in ciuita-
te peccatrix attulit alabastrũ vn-
guenti: ⁊ stãs retro secus pedes
dñi iesu: lachrymis cepit rigare
pedes eius: ⁊ capillis capitis sui
tergebat. ℣. Dũ esset rex in accu
bitu suo: nardus mea dedit odo
rẽ suauitatis. Añ. Dñe tu mihi
lauas pedes? rñdit iesus ⁊ dixit
ei: si nõ lauero tibi pedes: nõ ha
bebis partez mecuz. ℣. Uenit er
go ad simonẽ petrũ: ⁊ dixit ei pe
trus. Et repetit añ. Dñe tu mi
hi. ℣. Quod ego facio: tu nescis
modo: scies aũt postea. Et repe
tit añ. Dñe tu mihi. ℣. Non tm̃
pedes meos: sed ⁊ manus ⁊ ca-
put. Et repetit añ. Domine tu
mihi. ℣. Si ego dominus ⁊ ma
gister vester laui vobis pedes: q̃z
to magis debetis alter alteri⁹ la
uare pedes. ps. Audite hec om̃s
gentes: auribus percipite oẽs q
habitãtis orbem. Añ. In hoc co
gnoscent om̃es q: mei estis disci
puli: si dilectionẽ habueritis ad
inuicẽ. Añ. Maneãt in vobis fi-
des: spes: charitas tria hec: ma-
ior autem horũ est charitas. ℣.
Nunc autẽ manent fides: spes:
charitas: tria hec. Añ. Bñdicta
sit sancta trinitas: atqz indiuisa
vnitas: confitebimur ei: q: fecit
nobiscũ misericordiaz suam. ℣.
Bñdicamus patrẽ ⁊ filiũ cũ sctõ
spũ. Añ. Ubi charitas ⁊ amor:
deus ibi est. ℣. Cõgregauit nos
in vnum christi amor. ℣. Exulte
mus ⁊ in ipso iocũdemur. ℣. Ti
meam⁹ ⁊ amem⁹ deum viuum
⁊ ex corde diligamus nos synce
ro. Et repetit añ. Ubi charitas
⁊ amor. ℣. Qui non habet chari
tatem: nihil habet. ℣. Et in tene
bris ⁊ vmbra mortis manet. ℣.
Nos alterutrum amemus: ⁊ in
die. ℣. Sicut decet ambulemus
lucis ꝓles. Et repetit añ. Ubi
charitas ⁊ amor. ℣. Clamat do-
min⁹: ⁊ dicit clara voce. ℣. Ubi

fuerint in vnum congregati. ℣. Meuz ꝓpter nomen simul tres vel duo. ℣. Et in medio eoꝝ ego ero. Et repetit añ. Ubi charitas. ℣. Simul ergo cũ in vnũ cõgregamur. ℣. Ne nos mẽte diuidamur caueamus. ℣. Cessent iurgia maligna: cessent lites. ℣. Et in medio nostri sit xp̃s deus. Et repetit añ. Ubi charitas. ℣. Charitas est sũmũ bonũ amplũ donuz. ℣. In qua pendet totus ordo preceptoꝝ. ℣. Per quã vetus atqz noua lex ĩplet̃. ℣. Que ad celsa celi mittit se repletos. Et repetit añ. Ubi charitas. ℣. Nam vt ⁊ charitas cõiungit absentes. ℣. Sic discordia disiungit ⁊ presentes. ℣. Quia charitas preceptis in duobus. ℣. Cõstat quibus deus atqz oĩs homo Et repetit añ. Ubi charitas. ℣. Et per coccum prisca lege figuratur. ℣. Qui colore tingi rubro bis iubetur. ℣. Uere memor dat fraternus amor vitam. ℣. Et perpetuã malignis dabit penaz. Et repetit añ. Ubi charitas. ℣. Unanimiter excelsum imploremus. ℣. Ut det pacem clemens nostris in diebus. ℣. Jungat fidei speiqz opus bonũ. ℣. Et consortium captemus supernorum. Et repetit añ. Ubi charitas. ℣. Similes quoqz cũ beatis videamus. ℣. Gloriãter vultũ tuũ xp̃e deus. ℣. Gaudiũ qđ est immẽsũ atqz probum. ℣. Secula per infinita seculoꝝ. Amẽ. Feria .vj. in parasceue hora sexta: frẽs conuenientes ad ecclesiam dicunt nonam: ⁊ interim sacerdos ⁊ ministri induti missalibus indumentis: cõpleta nona sine luminaribus ⁊ incẽso procedunt: ⁊ ante altare prostrati aliq̃ꝫdiu orent. Accoliti vero interim vnã tm̃ tobaleã extendũt super altare: ⁊ sacerdos finita orõne sua deosculatur altare: ⁊ in loco suo cũ ministris sedet: vnus v̄o subdiaconus procedit ad legẽdũ ⁊ sine titulo ĩcipit ꝓphetiã. Prophetia p̃ma osee .vj. capitulo

Hec dicit dñs: In tribulatione sua mane ꝯsurgent ad me. Uenite reuertamur ad dñz: qꝛ ipse cepit ⁊ sanabit nos: percutiet ⁊ curabit nos. Uiuificabit nos post duos dies: ⁊ in die tertio suscitabit nos: ⁊ viuemus in conspectu eius: sciemus sequemurqz vt cognoscamus dñm. Quasi diluculũ preparat⁹ est egressus eius: ⁊ veniet quasi hymber nobis tẽporaneus: ⁊ serotinus terre. Quid faciam tibi ephrai? Quid faciã tibi iuda? Misericordia vr̃a quasi nubes matutina: ⁊ q̃si ros mane

pertransiēs. Propter hoc do
laui in ꝓphetis: ⁊ occidi eos
in verbis oris mei: et iudicia
tua quasi lux egrediēt. Quia
misericordiā volui ⁊ nō sacri
ficiū: ⁊ scientiā dei plus q̄ꝫ ho
locaustum. Tractus. Dñe au/
diui auditū tuuꝫ: ⁊ timui: consi/
deraui opera tua: et expaui. ℣.
In medio duoꝝ animaliū inno/
tesceris: dū appropinquauerint
anni cognosceris: dum aduene/
rit tempus ostenderis. ℣. In eo
dū cōturbata fuerit anima mea
in ira misericordie memor eris.
℣. Deus a libano veniet: ⁊ sctūs
de monte vmbroso ⁊ condenso.
℣. Operuit celos maiestas eius
⁊ laudis eius plena est terra. Fi/
nito tractu dic̄ sacerdos. Ore
mus. Et diaconus dicit. Fle/
ctamus genua. Leuate. Oro.
Deus a quo ⁊ iudas ꝓdi
tor reatus sui penam: ⁊
confessionis sue latro premiū
sumpsit: concede nobis tue ꝓ
pitiationis effectū: vt sicut in
passiōe sua iesus xp̄s dñs no/
ster diuersa vtrisqꝫ intulit sti/
pendia meritoꝝ: ita nobis ab
lato vetustatis errore: resurre
ctionis sue gratiaꝫ largiatur.
Qui tecum. Prophetia scd̄a
⁊ legit̄ sine titulo. exodi. xij. c.
In dieb⁹ illis: Dixit dñs
ad moysen ⁊ aaron i ter
ra egypti. Mensis iste vobis
principiū mensiū. Prim⁹ erit
in mensib⁹ anni. Loqmini ad
vniuersū cetū filiorū israel: et
dicite eis. Decima die mēsis
huius tollat vnusqsqꝫ agnuꝫ
per familias et domos suas.
Sinautē minor est numerus
vt sufficere possit ad vescēdū
agnū: assumat vicinū suū qui
cōiunctus est domui eius iu/
xta numeꝝ animaꝝ: que suffi
cere possint ad esū agni. Erit
autē agnus absqꝫ macula ma
sculus anniculus. Juxta quē
ritū tolletis ⁊ hedū: ⁊ seruabi
tis eū vsqꝫ ad quartādecimā
dieꝫ mensis huius. Immola/
bitqꝫ eū vniuersa multitudo
filioꝝ israel ad vesperā: et su
ment de sanguine eius: ac po
nent super vtrūqꝫ postē: ⁊ in
superliminaribus domoꝝ in
q̄bus comedent illū. Et edēt
carnes nocte illa assas igni: ⁊
azimos panes cuꝫ lactucis a/
grestibus. Nō comedetis ex
eo crudū q̄d: nec coctū aqua:
sed assum tm̄ igni. Caput cuꝫ
pedibus eius: ⁊ intestinis vo/
rabitis: ⁊ os eius non cōfrin/
getis: nec remanebit ex eo q̄c
q̄ꝫ vsqꝫ mane. Si q̄d residuū
fuerit: igni cōburet̄. Sic aūt
comedetis illuꝫ. Renes vr̄os
accinget̄: ⁊ calciamēta habe

bitis in pedib⁹ tenētes bacu/
los in manib⁹: ⁊ comedetis fe
stināter. Est eniz phase: id est
transitus dñi. Tractus. Eripe
me dñe ab hoīe malo: a viro ini/
quo libera me. ℣. Qui cogitaue
runt malicias in corde: tota die
ꝯstituebāt p̄lia. ℣. Acuerūt lin/
guas suas sicut serpētes: venenū
aspidū sub labijs eoꝝ. ℣. Custo
di me dñe de manu pctōris: ⁊ ab
hoib⁹ iniqs libera me. ℣. Qui
cogitauerūt supplātare gressus
meos: abscōderūt supbi laqueū
mihi. ℣. Et funes extenderūt in
laqueū pedib⁹ meis: ⁊ iuxta iter
scādalū posuerūt mihi. ℣. Dixi
dño: de⁹ meus es tu: exaudi dñe
vocem oīonis mee. ℣. Dñe dñe
virt⁹ salutis mee: obūbra caput
meū ī die belli. ℣. Ne tradas me
a desiderio meo pctōri cogitaue
rūt aduersū me: ne derelinquas
me nevnq̄ exaltēt̄. ℣. Caput cir
cuit⁹ eoꝝ labor labioꝝ ipsorum
opiet eos. ℣. Uerūtn̄ iusti ꝯfite/
būt̄ noī tuo: ⁊ habitabūt recti cū
vult u tuo. Finito tractu passio
sup nudū pulpitum dicitur.
Passio dñi nr̄i iesu xp̄i s̄m io
In illo tpe: annē. xviij. c.
Egressus est iesus cū di/
scipul̄ suis trās torrētē cedrō
vbi erat hort⁹: i quē introiuit
ip̄e ⁊ discipuli ei⁹. Sciebat āt
⁊ iudas q tradebat eū locū qꝛ
freq̄nter iesus ꝯuenerat illuc
cū discipul̄ suis. Judas ergo
cū accepisset cohortē: ⁊ a pōti
ficib⁹ ⁊ phariseis mīstros: ve
nit illuc cū laternis ⁊ facib⁹ ⁊
armis. Jesus itaq; sciēs oīa q̄
vētura erāt sup eū ꝓcessit: ⁊ di
xit eis. ✠ Quez queritis. ✠
Rn̄dert̄ ei. S Jesū nazarenū
✠ Dicit ei iesus. ✠ Ego sum
✠ Stabat autē ⁊ iudas: q tra
debat eū cū ipsis. Ut ergo di/
xit ei; ego sū: abierūt retrorsū
⁊ ceciderūt i terrā. Jteꝝ ergo
eos interrogauit. ✠ Quē q̄ri
tis? ✠ Illi autē dixerūt. S Je
sū nazarenū. ✠ Rn̄dit iesus
✠ Dixi vobis qꝛ ego suz. Si
ergo me q̄ritis: sinite hos abi
re. ✠ Ut impleret̄ sermo quē
dixi: qꝛ quos dedisti mihi nō
ꝑdidi ex eis quēq̄z. Simō er/
go petrus hn̄s gladiū eduxit
eū: ⁊ ꝑcussit seruū pōtificis: et
abscidit auriculā ei⁹ dexterā.
Erat autem nomē seruo mal
ch⁹. Dixit ergo iesus petro ✠
Mitte gladiū tuū in vaginā.
Calicē quē dedit mihi p̄r nō
vis vt bibā illū? ✠ Cohors er
go ⁊ tribun⁹ ⁊ ministri iudeo
rū cōp̄hēderūt iesuz: ⁊ ligaue
rūt eū: ⁊ adduxerūt eū ad an/
nam primū. Erat aūt anna so
cer cayphe: q erat pōtifex āni
illi⁹ Erat āt cayphas q ꝯsiliū

dederat iudeis: quia expedit
vnū hoiez mori ꝑ ppl'o. Seq̄
bat aūt iesū simon petr⁹ ⁊ ali⁹
discipul⁹. Discipulus aūt ille
erat not⁹ pōtifici: ⁊ itroiuit cū
iesu in atriū pōtificis. Petr⁹
aūt stabat ad ostiū foris. Exi/
uit ergo discipul⁹ ali⁹: q erat
not⁹ pōtifici: ⁊ dixit ostiarie: ⁊
introduxit petrū. Dixit ergo
petro ancilla ostiaria. S Nū
qd ⁊ tu ex discipulis es hois
isti⁹? ℭ Dixit ille. S Nō sū.
ℭ Stabāt āt serui ⁊ ministri
ad prunas: qꝛ frig⁹ erat: ⁊ ca/
lefaciebāt se. Erat aūt cū eis ⁊
petrus: stans ⁊ calefaciens se.
Pōtifex ergo interrogauit ie
suz de discipulis suis: ⁊ de do
ctrina ei⁹. Rn̄dit ei iesus. ✠
Ego palā locut⁹ sum mūdo.
Ego semꝑ docui i synagoga:
et in tēplo: quo oēs iudei ꝯue
niūt: et in occulto locut⁹ sum
nihil. Quid me interrogas?
Interroga eos q me audierūt
qd locut⁹ sū eis. Ecce hi sciūt
q̄ dixerim ego. ℭ Hec āt cū
dixisset: vn⁹ assistēs ministro
rū: dedit alapā iesu dicēs. ✠
Sic rn̄des pontifici? ℭ Rn̄
dit ei iesus. ✠ Si male locu/
tus sū: testioniū ꝑhibe de ma
lo: Si aūt bn̄: qd me cedis?
ℭ Et misit eū annas ligatū
ad cayphā pōtificē. Erat aūt
simō petrus stās ⁊ calefaciēs
se. Dixerūt ergo ei. S Nūqd
⁊ tu ex discipulis eius es? ℭ
Negauit ille ⁊ dixit. S Nō
sū. ℭ Dixit vn⁹ ex seruis pō
tificis cognat⁹ ei⁹: cuius absci
dit petr⁹ auriculā. S Nōne
ego te vidi i horto cū illo? ℭ
Iterū ergo negauit petrus: ⁊
statiz gall⁹ cātauit. Adducūt
ergo iesū a caypha in ꝑtoriū.
Erat aūt mane. Et ipi nō in/
troierūt i ꝑtoriū: vt nō ꝯtami
narent: sz vt māducarent pa
scha. Exiuit ergo pilatus ad
eos foras: ⁊ dixit. S Quā ac/
cusationez affertis aduersus
hoiez hūc? ℭ Rn̄derūt ⁊ di
xerūt ei. S Si nō eēt hic ma/
lefactor: nō tibi tradidissem⁹
eū. ℭ Dixit ergo eis pilatus
S Accipite eū vos: ⁊ ꝟm le/
gē vr̄az iudicate eū. ℭ Dixe
rūt ergo ei iudei. S Nob nō
licz iterficē quēq̄. ℭ Ut ꝟmo
iesu ipleret quē dixit: signifi/
cās q̄ morte esset moriturus.
Introiuit ergo iterū pilat⁹ in
ꝑtoriū: ⁊ vocauit iesū: ⁊ dixit
ei. S Tu es rex iudeoruz? ℭ
Et rn̄dit iesus. ✠ A temetip
so hoc dicis: an alij tibi dixe/
runt de me? ℭ Respōdit pi/
latus. S Nūquid ego iudeus
suz? Gens tua ⁊ pōtifices tui
tradiderūt te mihi. Quid fe/

cisti? ℣ Rñdit iesus. ✠ Regnū meū nō est de hoc mūdo Si ex hoc mūdo esset regnuz meū: ministri mei vtiqz decertarent: vt nō traderer iudeis. Nūc aūt regnū meuz non est hinc. ℣ Dixit itaqz ei pilat⁹ ℟ Ergo rex es tu? ℣ Rñdit iesus. ✠ Tu dicis qz rex ego sum. Ego in hoc natus suz: et ad hoc veni in mūdū: vt testimoniū phibeaz veritati. Omis enz q est ex vitate: audit meā vocez. ℣ Dicit ei pilatus. ℟ Quid ē veritas? ℣ Et cū hoc dixisset: itez exiuit ād iudeos z dixit eis. ℟ Ego nullā inuenio in eo causā. Est autē ꝓsuetudo vobis: vt vnuz dimittaz vobis in pascha. Vultis ergo dimittā vobis regē iudeoruz. ℣ Clamauerūt oēs rursū dicētes. ℟ Nō hūc: sz barrabā ℣ Erat autē barrabas latro. Tūc ergo apprehēdit pilatus iesuz: z flagellauit. Et milites plectētes coronā de spinis imposuerūt capiti eius: et veste purpurea circūdederūt eū. et veniebāt ad eū: z dicebant. ℟ Aue rex iudeoꝝ ℣ Et dabāt ei alapas. Exiuit itez foras pilat⁹: z dixit eis. ℟ Ecce adduco enz vobis foras: vt cognoscatis qz in eo nullā causaz inuenio. ℣ Exiuit ergo iesus portās spineā coronā z purpureū vestimentū: z dic̄ eis pilat⁹ ℟ Ecce hō. ℣ Cū ergo vidissent eū pōtifices z ministri clamabāt dicētes. ℟ Crucifige crucifige eū. ℣ Dicit eis pilatus. ℟ Accipite eū vos: z crucifigite. Ego enz nō inuenio in eo causā. ℣ Rñderūt ei iudei. ℟ Nos legē habem⁹ z ꝑm legē debet mori: qz filiū dei se fecit. ℣ Cū ergo audisset pilatus hūc sermonē: magis timuit. Et igressus pretoriū iterū: z dicit ad iesū. ℟ Unde es tu? ℣ Jesus āt resp̄sū nō dedit ei. Dicit ergo ei pilatus. ℟ Mihi non loqueris: Nescis qz ptātez habeo crucifigere te: z ptātez habeo dimittere te? ℣ Rñdit iesus ✠ Nō haberes ptātē aduersū me vllā: nisi tibi datū eēt ⁊sup: ꝓpter ea q tradidit me tibi: maius pctū habz. ℣ Et exinde q̄rebat pilatus dimittere eū. Judei aūt clamabāt dicētes. ℟ Si hūc dimittis: nō es amic⁹ cesaris. Omis autē q se regē facit ꝓtradicit cesari ℣ Pilat⁹ ergo cū audisset hos sermōes adduxit foras iesū: z sedit pro tribunali in loco q dicit lichostratos: hebraice aūt gabbata Erat āt parasceue pasche hora quasi sexta. Et dicit iudeis

℣ Ecce rex vester. ℭ Illi ãt clamabãt. ℣ Tolle tolle: crucifige eũ. ℭ Dicit illis pilat⁹ ℣ Regẽ vestrũ crucifigã? ℭ Rñderũt põtifices. ℣ Nõ habemus regẽ: nisi cesarem. ℭ Tũc ergo tradidit eis illũ: vt crucifigeret. Susceperũt aũt ieſũ: ⁊ eduxerũt. Et bajulans sibi crucẽ exiuit in eũ: q dicit caluarie locũ: hebraice autez golgotha: vbi eũ crucifixerũt ⁊cũ eo alios duos hinc ⁊ hinc: mediũ autẽ ieſũ. Scripsit aũt ⁊ titulũ pilatus: ⁊ posuit sup crucẽ. Erat aũt scriptũ. Jesus nazarenus rex iudeoꝝ. Hũc ergo titulũ multi legerunt iudeoꝝ: q ppe ciuitatẽ erat locus: vbi crucifixus est ieſus. Erat ãt scriptũ hebraice grece ⁊ latine. Dicebãt ergo pilato põtifices iudeorũ. ℣ Noli scribere rex iudeoꝝ: sz qz ipse dixit: rex sum iudeoꝝ. ℭ Rñdit pilat⁹ ℣ Qõ scripsi scripsi ℭ Milites ergo cum crucifixissẽt eũ: acceperũt vestimẽta ei⁹: ⁊ fecerũt quattuor partes vnicuiqz militi partẽ: ⁊ tunicã. Erat autẽ tunica incõsutilis desup ꝓtexta p totuz. Dixerũt ergo ad inuicẽ. ℣ Non scindam⁹ eã: sed sortiamur de illa cuius sit. ℭ Ut scriptura impleret dicẽs. Partiti sũt vestimẽta mea sibi: ⁊ sup vestem meã miserũt sortẽ. Et milites qdẽ hoc fecerũt. Stabat autẽ iuxta crucẽ ieſu mater ei⁹ ⁊ soror matris ei⁹ maria cleophe ⁊ maria magdalene. Cum vidisset ergo ieſus matrẽ: et discipulũ stãtẽ: quẽ diligebat dicit matri sue. ✠ Mulier: ecce filius tuus. ℭ Deide dicit discipło. ✠ Ecce mater tua. ℭ Et ex illa hora accepit eaz discipulus in suã. Postea sciẽs ieſus: qz iaz oia cõsũmata sũt: vt cõsũmaret scriptura dicit. ✠ Sitio. ℭ Vas ergo positũ erat aceto plenũ. Illi aũt spõgiã plenã aceto hyſopo circũponẽtes obtulerũt ori ei⁹. Cũ ergo accepisset ieſus acetũ dixit. ✠ Cõsũmatũ est. ℭ Et inclinato capite tradidit spũm.

Iudei ergo quoniã parasceue erat: vt nõ remanerẽt i cruce corpora sabbato: erat enim magnus dies ille sabbati: rogauerũt pilatũ: vt frãgerẽtur eoꝝ crura: ⁊ tollerẽt. Venerũt ergo milites: ⁊ primi qdẽ fregerũt crura: ⁊ alteri⁹ q crucifixus est cũ eo. Ad ieſuz aũt cũ venisset: vt viderũt eũ iã mortuũ nõ fregerũt ei⁹ crura: sed vnus milituz lancea latus ei⁹ aperuit: ⁊ continuo exiuit sanguis ⁊ aqua. Et qui vidit testi

moniũ perhibuit: ⁊ veruz est testimonium eius. Et ille scit qꝛ vera dicit: vt et vos credatis. Facta sunt eni hec: vt scriptura impleret̃: Os nõ cõminuetis ex eo. Et iteꝝ alia scriptura dicit: Uidebũt in quez trãsfixerũt. Hic legit̃ in tono euãgelij.

POst hec autẽ rogauit pilatuz ioseph ab arimathia: eo ꝙ esset discipulus iesu: occult⁹ aũt ꝓpter metũ iudeoꝝ: vt tolleret corpus iesu. Et ꝑmisit pilat⁹. Uenit ergo ⁊ tulit corp⁹ iesu. Uenit aũt ⁊ nichodem⁹: qui venerat ad iesuz nocte primũ: ferens mixturã myrrhe ⁊ aloes quasi libras centum. Accepe runt ergo corpus iesu: ⁊ ligauerunt eũ lintheis cũ aromatib⁹: sicut mos est iudeis sepelire. Erat aũt in loco vbi crucifix⁹ ẽ hortus: ⁊ in horto monumẽtũ nouũ: in quo nondũ qsq̃ posit⁹ fuerat. Ibi ergo ꝓpter parasceuẽ iudeoꝝ: qꝛ iuxta erat monumẽtũ: posuerũt iesuz. Deinde sacerdos dicit subscriptas solẽnes oratiões: incipiens absolute. Oratio.



ORemus dilectissimi no



bis pro ecclesia sancta dei: vt



eam deus et dominus noster



pacificare adunare et custo/



dire dignet̃ toto orbe terrarũ



subijciẽs ei principatus et po



testates: detq̃ nobis quietam



et trãquillã vitam de gentib⁹



glorificare deū patrē oīpo/



tentē. O remus Diaconus



Flectamus genua. Leuate.



O Mnipotēs sē Oratio.



piterne deus qui gloriā tuā



omnibus in christo gētibus



reuelasti: custodi opera mise



ricordie tue: vt ecclesia tua



toto orbe diffusa stabili fide



in confessione tui nomis per



seueret. Per eun. ℟. Amen.

ORem⁹ p beatissi/ Dio.
mo papa nr̄o. N. vt deꝰ
z dñs nr̄ q elegit eū in ordine
epatus saluū atq; incolumen
custodiat: ecclie sue scē ad re
gēdū ppl'm sctm̄ dei. O rem⁹
Flectam⁹ ge. Leuate. Oratio

OMnps sempiterne deus
cui⁹ iudicio vniuersa fū
dank: respice ppti⁹ ad preces
nr̄as: z electū nobis antistitez
tua pietate ꝓserua: vt xp̄iana
plebs: q̄ tali gubernat auctо/
re sub tāto pontifice credulita-
tis sue meritis augeat. Per
do. nr̄m iesum xp̄m. ℟. Amē

O Rem⁹ ⁊ ꝓ oib⁹ Oratio
epis ⁊ p̄sbyteris diaco/
nibus ⁊ subdiaconib⁹ accoli/
tis ⁊ exorcistis lectoribus ho/
stiarijs ꝯfessorib⁹ virginib⁹ vi
duis: ⁊ ꝓ omni ppl̄o sācto dei
O rem⁹. Flectam⁹ ge. Leuate
O Mnipotēs sempi Oīo
terne de⁹: cui⁹ spū totuz
corp⁹ ecclesie sāctificat ⁊ regi
tur: exaudi nos pro vniuersis
ordinibus supplicātes: vt gr̄e
tue munere ab oībus tibi gra
dibus fideliter seruiat. p. ℟.
O Rem⁹ ⁊ Oratio. Amē.
ꝓ christianissimo impe
ratore nr̄o. N. vt de⁹ ⁊ dn̄s nr̄
subditas illi faciat oēs barba
ras natiōes: ad nostrā ꝑpetuā
pacem. O rem⁹. Flectamus
O genua. Leuate. Oratio.
Mnipotēs sempiterne
de⁹: in cui⁹ manu sūt omniuz
ptātes: ⁊ omniū iura regnoꝝ:
respice ad romanū benignus
imperiū: vt gentes que in sua
feritate ꝯfidūt: potētie tue de/
xtera cōprimant. p. ℟ Amē.
O Rem⁹ ⁊ ꝓ cathe/ Oīo.
cuminis nr̄is: vt deus ⁊
dn̄s nr̄ adaperiat aures p̄cor
dioꝝ ipsoꝝ: ianuāqz misericor
die sue vt ꝑ lauacrū regenera
tionis: accepta remissiōe oīm
pctōꝝ: ⁊ ipsi inueniant in xp̄o
iesu dn̄o nr̄o. O rem⁹. Flecta
mus genua Leuate. Oratio.
O Mnipotēs sempiterne
de⁹: q eccl̄iam tuā noua
semꝑ prole fecundas: auge fi/
dē ⁊ intellectū cathecuminis
nr̄is: vt renati fonte baptisma
tis: adoptōis tue filijs aggre/
O gent. p. ℟. Amē. Oīo.
Remus dilectissimi no
bis deū patrē oīpotētē: vt cū/
ctis mundū purget erroribus
morbos auferat: famē depel/
lat: aperiat carceres: vincula
dissoluat: peregrinātib⁹ redi/
tum: infirmitatib⁹ sanitatē: na
uigātib⁹ portū salutis indul/
geat. O rem⁹. Flectamus ge.
O Mnipo/ Oīo. Leuate.
tēs sempiterne de⁹: me/
stoꝝ ꝯsolatio: laborātiū forti/
tudo: perueniāt ad te p̄ces de
quacūqz tribulatōe clamātiū
vt oēs sibi in necessitatib⁹ suis
misericordiā tuam gaudeant
affuisse. p. ℟ Amen. Oratio.
O Remus pro hereticis et
scismaticis: vt de⁹ ⁊ dn̄s
nr̄ eruat eos ab erroribus vni/
uersis: ⁊ ad scām matrē eccle
siaz catholicā atqz apostolicā
reuocare dignetur. O remus
Flectamus ge. Leuate. Oīo.
O Mnipotēs sempiterne
deus: q saluas oēs: ⁊ ne/
minē vis ꝑire: respice ad aīas
diabolica fraude deceptas: vt

omni heretica prauitate de/posita: errãtium corda resipi scãt: z ad veritatis tue redeãt vnitatez. p. ℟ Amen. Oro.

ORemus z p perfidis iu deis: vt deꝰ z dñs nr auferat velamẽ de cordibꝰ eorũ vtz ipi agnoscãt iesũ xpz dñz nostrũ. Et nõ rñdetur. Amẽ. nec dicit Flectamus ge. Oro

OOmnipotẽs sempiterne deꝰ: q etiã iudaicã perfidiã a tua misericordia non repellis: exaudi pces nras qs pilliꝰ ppli obcecatõe deferimꝰ vt agnita veritatis tue luce: q̃ xps est: a suis tenebris eruantur. ℣ Per eũd. ℟ Amẽ. Oro.

ORemꝰ z p paganis: vt deus ops auferat inigtatẽ a cordibꝰ eorũ: vt relictis idolis suis conuertant ad deuz viuũ z verz: z vnicũ filiũ eius iesũ xpm deũ z dñm nrm: cuz quo viuit z regnat cũ spũ sctõ deus. ℣ Per oia secula seculorz Et nõ rñdet Amẽ. Oremus. Flectamus ge. Leuate. Oro.

OOmnipotẽs sempiterne deꝰ: q nõ morte pcõz: sz vitã semp ingris. suscipe ppitius orõnẽ nram: z libera eos ab idolorz cultura: z aggrega ecclesie tue sancte ad laudẽ z gloriaz nois tui. p. ℟ Amen. Cõpletis orationibus sacerdos depositã tñ casulã pcedit ad posterius cornu altaris dextẽrũ: z ibi accipit crucez a ministris sibi preparatã: quã versa facie ad chorũ a sũmitate parũ discooperit: incipiẽs solus añam. Ecce lignũ crucis. ab illo loco in antea iuuat in cãtu a ministris: vsqz Uenite ado/remus. Choro vero cantante. Uenite adoremus. Oẽs se pro/sternũt. Postea pcedit sacerdos ad reliquũ dextrũ cornu altaris: z discooperiens amplius crucẽ eleuans eaz paulisper altius qz primo incipit.



Ecce lignum crucis: in



quo salus mundi pepen



dit. Ue ni te ado

Alijs cantantibus z adorãtibus vt supra Deide sacerdos pcedit ad mediũ altaris: z discooperiẽs crucẽ totaliter: ac

eleuãdo eã tertio altius icipit Ecce lignũ crucis. Alijs cantantibus ⁊ adorãtib⁹ vt̃s. postea sacerdos deponit crucẽ i loco ad hoc preparato ante altare Deinde deponit calciamẽta: ⁊ accedit ad adorandũ ter genua flectẽs añ deosculatiõem crucis: hoc facto reuertit ad sedẽ suã: ⁊ ibi recipit deposita calciamẽta ⁊ casulã. Postmodum ministri altaris: deinde alij ter genib⁹ flexis: vt dictũ est crucẽ adorãt. Et interim cantant ĩproperia ⁊ alia q̃ sequũtur totaliter vel in parte: put mltitudo adorãtiũ: vel paucitas reqrit hoc mõ. Duo frẽs ex parte hebdomadarij cãtãt in medio chori. ℣. Pple me⁹. vsq; Agyos. ℣. Pple meus qd feci tibi: aut in quo cõtristaui te rñde mihi. ℣. Quia eduxi te de terra egypti: parasti crucẽ saluatori tuo. Chor⁹ ex pte hebdomadarij cantat Agyos otheos Ali⁹ chor⁹ rñdet Sanct⁹ deus Itẽ prim⁹ chor⁹. Agyos ischiros. Scds chorus Scũs fortis Itẽ prim⁹ chor⁹. Agyos athanatos eleyson ymas. Secũdus chor⁹ Scũs ⁊ imortalis miserere nobis. Postea duo frẽs de scdo choro cãtãt ℣. Quia eduxi te p desertũ quadraginta ãnis ⁊ mãna cibaui te: ⁊ introduxi te in terrã satis optimã. Et chori rñdẽt alternatiz. Agyos otheos ⁊c̃. Sanct⁹ ⁊ immortalis ⁊c̃. Ita tñ q̃ primus chorus semp reicipit. Agyos. Deide duo frẽs de primo choro cãtãt ℣. Quid vltra debui facere tibi: et nõ feci? Ego quidẽ plãtaui te vineã meã speciosissimã: ⁊ tu facta es mihi nimis amara: aceto nãq; sitim meã potasti: ⁊ lãcea pforasti latus saluatori tuo. Itẽ chori alternatim rñdẽt. Agyos otheos. vt dictũ est. ℣. sequẽtis ĩproperij a binis alternati cãtant vtroq; choro simlr repetẽte post quẽlibet v̄sũ. Popule me⁹. vsq; Quia eduxi te d̄ terra egypti. Incipiũt improperia. Duo de scdo choro cãtant. ℣. Ego ꝓpter te flagellaui egyptũ cũ p̃mogenitis suis: ⁊ tu me flagellatũ tradidisti. Chor⁹ repetit Popule meus. Duo de primo choro. ℣. Ego eduxi te de egypto: demerso pharaone in mare rubruz: ⁊ tu me tradidisti principib⁹ sacerdotũ. Chorus. Popule meus. Duo de secundo choro ℣ Ego ante te aperui mare: ⁊ tu aperuisti lancea latus meum. Chorus. Popule me⁹. Duo de primo choro. ℣. Ego ante te preiui in colũna nubis: ⁊ tu me duxisti ad pretoriũ pilati. Chorus. Popule meus. Duo

de secūdo choro ℣. Ego te pa ui māna per desertū: ⁊ tu me ce/ disti alapis ⁊ flagellis. Chorus Populе meus. Duo de ꝑmo choro. ℣. Ego te potaui aqua salutis de petra: ⁊ tu me potasti felle ⁊ aceto. Chorus. Populе meus. Duo de scdo choro ℣. Ego ꝓpter te chananeorū reges percussi: ⁊ tu percussisti harūdine caput meū. Chorus. Populе meus. Duo de ꝑmo choro. ℣. Ego dedi tibi sceptrum regale: ⁊ tu dedisti capiti meo spineā coro nam. Chorus. Populе meus Duo de scdo choro ℣. Ego te exaltaui magna virtute: ⁊ tu me suspendisti in patibulo crucis. Chorus Populе me⁹. Hec añ Crucē tuā. cum psalmo Deus misereat nr̄i. cantat cōiter: ⁊ repetit imediate añ. Dost ℣ añā. Crucē tuā adoram⁹ dn̄e: et sanctam resurrectionē tuam lau damus ⁊ glorificamus: ecce enī ꝓpter lignum venit gaudium in vniuersо mundo. ℟ De⁹ mi/ sereatur nostri ⁊ bn̄dicat nobis: illuminet vultū suū super nos ⁊ misereat nr̄i. Deide hym⁹ Crux fidelis inter omnes. cum versibus hymnoꝝ sequentiū Pange lingua. Lustris sex q iā. Et cuꝝ repetitionibus ꝑm q̄ inferius determinatū est cōi/ ter cantatur: vel sicut cantor disposuerit. Hym. O crux fide lis inter oēs arbor vna nobilis: nulla sylua talē ꝓfert fronde flo re germine: dulce lignuꝫ dulces clauos: dulce pondus susti net. Hym⁹. Pange lingua glorioſi ꝓeliū certaminis: ⁊ super crucē tropheū dic triumphū nobile: qualiter redēptor orbis īmolat⁹ vicerit. Repetit. Crux fidelis. vsqꝫ Dulce lignū. et sic fit quo tiēs repetitur. Crux fidelis. ℣ De parentis ꝓtoplasti fraude facta condolēs: quādo pomi no xialis morte morsu corruit: ipse lignum tunc notauit damna li/ gni vt solueret. Repetit Dul/ ce lignum ℣ Hoc opus nostre salutis ordo depoposcerat' mul/ tiformis ꝓditoris: ars vt artem fallеret: ⁊ medelā ferret inde: ho stis vnde leserat Repetit Crux fidelis. ℣ Quādo venit ergo sa cri plenitudo tēporis missus est ab arce patris natus orbis condi tor: atq; ventre virginali caro fa ctus prodūt. Repetit Dulce li/ gnū. ℣ Uagit infans inter arta ꝓditus presepia mēbra pānis in uoluta virgo mr̄ alligat: ⁊ man⁹ pedesq; crura stricta cingit fa/ scia. Repetit Crux fi. Hym. Lustris sex qui iam peractis tē/ pus implēs corpis se volēte nat⁹ ad hoc passioni deditus agn⁹ in cruce leuatur īmolādus stipite.

Repetit. Dulce lignuz. ℣. Hic acetū fel harūdo sputa claui lancea: mite corp⁹ pforat: sanguis vnda pfluit: terra pontus astra mundus quo lauantur flumine. Repetit Crux fidelis. ℣ Flecte ramos arbor alta: tēsa laxa viscera: z rigor lentescat ille: quē dedit natiuitas: vt supni mēbra regis miti tēdas stipite. Repetit Dulce lignū. ℣. Quesum⁹ salua dānatos agmina lugentiū: te pphete cecinerūt redēptorē oium tropheūq; mortis gustans dans vexillū oib⁹. Repetitur Crux fidelis. ℣. Quē totus mūdus nō capit: vno saxo claudit atq; morte iam perempti inferni claustra ambigit: sic deus trinus z vnus die surgit tertia Repetit. Crux fidelis. ℣. Gloriā deo canamus hymnicis pcentib⁹: quem simul magna nobiscū tota mundi machina voce consona celebrat: in sempiterna secula. Dū supradicta cātant. palla sup tobaleas extendit: z corpale a diacono sup pallā ponitur. Sacerdos vo corpus dñi qđ pridie fuerat reseruatū in loco pueniēti reuerenter ponit sup patenaz z corporali paruo plicato cooperit. Finita vo crucis adoratiōe: sacrista vel ali⁹ ad hoc assignat⁹ reponit crucē in loco suo sup altare: z accēdit luminaria circa altare. Postea omissa pfessiōe cōsueta: sacerdos cū ministris ad altare accedit: deinde diaconus abiēs cū ministris ad locū dñici corporis: ibidē pparat calicē cuz vino puro: cui taliter pparato patenā cū corpe dñi cooperto diligēter supponit. Tūc ad altare hoc ordine procedunt. Primo pcedit vnus cū thuribulo fumigāte: quez sequunt duo: portātes luminaria: deinde subdiacon⁹ portans ampullā aque: post hos venit diaconus deferēs calicē cū corpe dñi. Cū aūt ad altare eventum fuerit diaconus tradit calicē subdiacono: accipiensq; patenam cuz corpore dñi offert sacerdoti: qui ipsū nihil dicēdo collocat sup corporale. Cūq; diaconus resūpserit: sacerdos accepta ampulla de manu subdiaconi aquā vino puro commiscet in calice nihil dicens: deinde diaconus calicē collocat in altari z corporali cooperit neutro eoz aliqd dicente. Quo cōpleto more psueto fit incensatio a sacerdote dicēte. Incensuz istud. Postea locis manibus inclinat se añ altare dicens. In spū humilitatis: z in aio pcrito suscipiamur dñe a te: z sic fiat sacrificiū nostrū

in ꝯspectu tuo hodie vt place at tibi dñe deꝰ. Deide erectꝰ vtit se ad ppl'm dicēs: Orate fres. Cōsequēter dicit i nota consueta absolute. Oratio.

ORemꝰ: p̄ceptis salutaribus moniti: ⁊ diuia istitutiōe formati audemꝰ dicere Pater noster qui es i cel' ⁊c. quo finito chorꝰ rñdet: Sed libera nos a malo. Sacerdos v̄o sub silentio dicit: Amen. In eadē voce q̄ dixit Pater noster. absolute sine Oremꝰ In tono oratiōis misse dicit: Libera nos q̄s dñe ab oibus malis ⁊c. Per eundez dñm no. ⁊ respōso a choro Amen frāgit hostiā more cōsueto in tres ptes. Pax dñi. nō dicit. Agnus dei. nō cātatur: neqz pacis osculū dat: sz immediate post fractionē vnā ptē hostie mittit i calicē nihil dicēs. Postmodū v̄o anteq̄z reliq̄s duas partes recipiat dicit oīa que dicere diebus alijs cōsueuit: pretermissa oratiōe: Dñe iesu christe fili dei viui qui ex voluntate p̄ris. Quia facit d̄ sanguine mētionē: qbus receptis ⁊ omissis oibus que dici solēt ante sumptionē calicis: immediate particulaz hostie cum vino de calice recipit reuerenter. Facta cōmunione: vt dictum est. Postcōio non dicit: sed sacerdos more solito ablutis manibus reuertit ad mediū altaris: ⁊ corā ipso inclinatus dicit: Q̄d ore sumpsimus dñe: pura mēte capiamus. p̄termissis Corpus tuū dñe. et Placeat tibi scā trinitas. Ac deinde ipso cū ministris in vestiariū reuertētibus dicunt vespe sine cātu. Postea crux depōit: ⁊ denudāt altaria.

SAbbato sancto hora cōpetēti cooperiuntur altaria. dicta v̄o sexta ignis excutit de lapide: ⁊ accendit ~~in claustro~~. Postea fres i eccl'ia dicūt nonā: ⁊ interi sacerdos indutꝰ sine casula: dicta nona stet i medio añ altare: ⁊ a stātibꝰ sibi ministris cū cruce ⁊ aq̄ bñdicta ⁊ incēso: carbonibusqz accēsis: igne excusso de lapide in aliq̄ vase a sacrista eisdē p̄paratis bñdicit nouum ignē dicēdo: Dñs vobiscū. ℟ Et cū spū. Oro.

DEus qui per filiū tuuz angularē scilicet lapidē claritatis tue fidelibꝰ ignē cōtulisti ꝓductū ex silice: nostris ꝓfuturū vsibus: nouum hūc ignē san ✠ ctifica: et cōcede nobis ita ꝑ hec festa paschalia celestibꝰ desiderijs inflammari: vt ad perpetue cla

ritatis puris mentibus valea
mus festa pertingere. Per eũ
℟. Amen. Oratio.
OOmine deus pater oi-
potẽs lumẽ indeficiẽs z sãcte
ditor oiuz luminũ: bene✠
dic hoc lumẽ qđ a te sctificatũ
atqz bñdictũ ẽ: qlluiasti oẽm
mũdũ vt ab eo luie accẽdãur
atqz illumiemur igne claritа
tis tue: vt sicut igne illumina
sti moysen exeuntẽ de egypto
ita illumies corda z sensus no
stros vt ad vitam eternã me-
reamur puenire. Per christũ
dñm nostrum. ℟. Amẽ. Oio
OOmine scẽ pi opẽ eter
ne de⁹ bñdicẽtib⁹ nobis
hũc ignẽm in noie tuo: z i noie
vnigeniti filij tui dei ac domi
ni nr̃i iesu christi z sci spũs: co
opari digneris z adiuua nos
Qui viuis z regnas cũ eodẽ
vnigenito tuo z spũ scõ deus
Per oia scla scloz. ℟. Amẽ
Deinde bñdicit incẽsũ ponẽ-
dũ in cereo absolute dicens:
hanc orationẽ. Oratio.
DEniat qs opẽ deus sup
hoc icẽsũ larga tue bñ-
✠dictõis infusio: z hũc noc
turnũ splẽdorẽ iuisibil̃ regña
tor accẽde: vt nõ solũ sacrifici
uz qđ hac nocte litatũ est: ar-
chana lumis tui admixtõe re
fulgeat: sz i qcũq; loco ex hu
ius sãctificatõis mysterio fue
rit deportatũ: expulsa diabo-
lice fraudis neqtia: virtus tue
maiestatis assistat: Per xp̃m
℟. Amen. Et duz bñdicit in
censuz acolitus assumens de
carbonibus p̃dictis ponit in
thuribulo: finita vo bñdictio
ne incensi: sacerdos ignez be-
nedictuz aspergit aqua bene-
dicta: z posito incenso in thu
ribulo idez adolet dictũ ignẽ
Interiz omnia luminaria ec
clesie extinguũtur vt de igne
benedicto postmodum accen
dãtur. Deinde diaconus dal
matica indutus recepta bene
dictione a sacerdote: cũ sub-
diacono portante in aurundi
ne vel baculo triũ cubitorum
z dimidij triplicem candelã
novo igne illuiataz vna cum
gnqz granis incẽsi benedicti
vadit ad ornatũ pulpitũ z in
censato libro absolute incipi
at. Exultet iam ange. Astãte
ad dextrã ei⁹ dicto subdiaco
no. Peruẽto aũt ad. In hui⁹
igitur noctis gr̃a. gnqz grana
incensi bñdicti a diacono insi
gantur in cereo in modũ cru
cis. In loco ãt. Qui licet sit di
uisis in ptes. accendit cerc⁹ a
p̃dicto subdiacono: z cum dr̃.
Overe btã noz: accẽdũt lãpa
des. Incipit bñdictio cerei


Exultet iam ãgelica tur/
ba celoꝝ: exultẽt diuina my
steria. et pro tãti regis victo
ria tuba intonet salutaris.
Gaudeat tellus se tãtis irra/
diata fulgoribus: et eterni re
gis splẽdore illustrata totius
orbis se sentiat amisisse ca/
ligi nem. Letetur et mater
ecclesia: tanti lumis adorna
ta fulgoribus: et magis po/
pulorũ vocibus hec aula
resul tet. Quapropter astã
tib⁹ vobis fratres chariſſimi


ad tã mirã huiꝰ ſãcti lumis
claritatem vna mecũ queſo
dei omnipotẽtis miſericor/
diam inuoca te. Ut qui
me nõ meis meritis intra le/
uitarũ numerũ dignatꝰ eſt
aggregare lumis ſui clarita
tẽ infundens: cerei huiꝰ lau/
dem implere perficiat. Per
dominũ noſtrũ ieſuz chriſtũ
filium ſuum: cũ quo viuit et
regnat in vnitate ſpiritus ſã
cti deus. Per omnia ſecula
ſeculorũ. ℟ mẽ. Dominus



vobiſcū. Et cū ſpiritu tuo.



Surſum corda. Habemus



ad dominū Gratias agamus



domino deo noſtro.



Dignum et iuſtuz eſt.



Vere quia dignum et



iuſtum eſt: Inuiſibilē deum



patrē omnipotētem filium



q̄ eius vnigenitum ieſum



chriſtū dominū noſtrū: toto



cordis ac mētis affectu ꝛ vo



cis miniſterio perſonare.



Qui pro nobis eterno patri



ade debitū ſoluit: ꝛ veteris


piaculi cautionem: pio cruo
re detersit. Hec sunt enim
festa paschalia in quibus ve
rus ille agnus occidit: cuius
sanguine postes fideliũ cõfe
rãtur. Hec nox est in qua
primũ patres nostros filios
israel eductos de egypto:
ru brũ mare sicco vestigio
transire fecisti. Hec igitur
nox ẽ que peccatoꝝ tenebras
colũne illuminatiõe purga
uit. Hec nox est qne hodie
p vniuersũ mũdũ in christo


credentes a vitijs seculi et ca/
ligine peccatorũ segregatos
red dit gratie sociat sancti/
tati. Hec nox est in qua de
structis vinculis mortis xp̃s
ab inferis victor ascensit. Ni
hil enim nobis nasci profuit
nisi redimi profuisset. O
mira circa nos tue pietatis:
dignatio. O inestimabilis di
lectio claritatis: vt seruũ re
dimeres filium tradidisti. O
certe necessariũ a de peccatũ
quod christi morte deletuz est


O felix culpa que talē ac
tantū meruit habere redem
ptorem. O ve re beata
nox que sola meruit scire tē/
pus t horam: in qua xp̄s ab
inferis resurrexit. Hec nox ē
de qua scriptū ē: Et nox sicut
dies illuminabit: Et nox illu
minatio mea in delitijs
meis. Huius igit sanctifica/
tio noctis: fu gat scelera:
culpas lauat: t reddit innocē
tia lapsis: et mestis leticiaz.
Fu gat odia: concordiam



parat: et curuat imperia.

Hic infiguntur quinq; grana incensi predicti in cereo a diacono in modum crucis.



In huius igitur noctis gratia



suscipe sancte pater incensi



huius sacrificiū vespertinū:



qđ tibi in hac cerei oblatiōe



solenni: per ministrorū manus



de operibus apū sacrosancta



reddit ecclesia. Sed iā colū/



ne huius preconia nouimus



quam in honorē dei rutilans

Hic accenditur cereus.



ignis accendit.



Quilicz fit diuisus in partes



mutuanti tamē luminis detri

menta nō uouit. Alitur liquā
celestia: humanis diuina iū/
tibus ceris: quas in substan/
guntur. Oramus ergo te do/
tiam precioſe huius lāpadis
mine vt cereus iste in honorē
Hic accē/ditur lam pas ante altare.
apis mater eduxit.
nominis iui consecratus: ad
O vere beata n ox que ex
noctis huius caligtnem de/
poliauit egyptios: ditauit
struendam indefictens per/
hebreos. Nox i qua terrenis
seueret. Ut in odorem suaui.

tatis accept⁹ superni lumi/
naribus misceatur: Flāmas
eius lucifer matutinus inue
niat. Ille inquam lucifer
qui nescit occasum. Ille qui
regressus ab iferis: humano
generi serenus illuxit. Pre/

camur ergo te domie: vt nos
famlos tuos omnēq; clerū
et deuotissimū populū: vna
cum beatissimo papa nostro
N. quiete tēporū concessa
in his paschalibus gaudijs
assidua protectione regere




gubernare ꝛ cõseruare digne
ris. Respice etiam ad deuo/
tissimũ imperatorẽ nr̃m N.
cuius tu deus desiderij
vota prenoscés: ineffabili pie
tatis ꝛ misericordie tue mu/
nere trãquillũ perpetue pa
cis accomoda: ꝛ celestem
victoriaz cum omni populo
suo. Per dominũ nostrũ ie/
sum christũ filiũ tuum: Qui
tecũ viuit ꝛ regnat in vnita
te spiritus sancti deus. Per
omnia secula seculorũ. Amẽ.

Completa bñdictiõe cerei: sacerdos ⁊ mistri induti more solito añ altare ꝓcedũt ⁊ facta reuerẽtia: in locis suis sedẽt. Postea legũtur ꝓphetie sine titulo: et in fine ꝓphetiarũ dicũt oratiões more subscripto Prophetia prima Geñ. j. ca.

IN principio creauit deꝰ celũ ⁊ terrã. Terra autẽ erat ianis ⁊ vacua: ⁊ tenebre erant sup faciẽ abyssi ⁊ spũs dñi ferebat sup aquas. Dixitq; deus: Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit deus lucẽ ꝙ eẽt bona ⁊ diuisit lucẽ a tenebris appellauitq; lucẽ diẽ et tenebras noctẽ. Factũq; est vespe ⁊ mane dies vnus. Dixit quoq; deus: Fiat firmamentũ in medio aq̃rũ: ⁊ diuidat aquas ab aqs. Et fecit deꝰ firmamẽtum: diuisitq; aquas q̃ erant sub firmamento ab his q̃ erãt super firmamẽtũ. Et factũ est ita. Vocauitq; deus firmamẽtũ celũ. Et factuz est vespere et mane dies secũdus. Dixit v̄o deus: Cõgregentur aque que sub celo sũt in locũ vnuz et appareat arida. Factũq; ẽ ita. Et vocauit deus aridam terrã. Congregatiõesq; aquarũ appellauit maria. Et vidit deꝰ ꝙ eẽt bonũ et ait: Germinet terra herbã virentẽ ⁊ facientẽ semẽ: et lignũ pomiferũ faciẽs fructũ iuxta genus suũ cuius semẽ in semetipso sit super terraz. Et factũ est ita. Et protulit terra herbã virentez et afferentẽ semẽ iuxta genus suũ: lignũq; faciens fructũ et vnũquodq; sementẽ ꝟm speciem suã. Et vidit deus quod esset bonũ. Factũq; est vespe et mane dies tertiꝰ. Dixit autẽ deus: Fiãt lumiuaria in firmamẽto celi et diuidant diez ac noctẽ: et sint in sigua et tpa et dies ⁊ ãnos: vt luceãt in firmamẽto celi et illũinẽt terrã Et factũ est ita. Fecitq; deus duo magna lumĩaria: lumiare maius vt preesset diei: ⁊ luminare minus vt preesset nocti: et stellas. Et posuit eas in firmamento celi: vt lucerent super terraz et preessẽt diei ac nocti: ⁊ diuiderẽt lucẽ ac tenebras. Et vidit deus ꝙ esset bonũ. Et factũ est vespere ⁊ mane dies quartꝰ. Dixit etiã deus: Producant aque reptile anime viuẽtis ⁊ volatile sup terrã sub firmamẽto celi. Creauitq; deus cete grãdia ⁊ omnem animã viuẽtẽ atq; motabilem: quaz ꝓduxerant aque in species suas: ⁊ omne volatile ꝟm genus suum. Et vidit deus ꝙ esset bonũ: bñdixitq;

eis dicēs: Crescite ⁊ mltiplicamini ⁊ ꝑplete aq̄s maris: auesq̄ multiplicent sup terrā. Et factū est vespere ⁊ mane dies quint⁹. Dixit quoq; de⁹. Producat terra aiaz viuēte i genere suo: iumēta ⁊ reptilia: ⁊ bestias terre ꝑm species suas: factūq̄z ē ita Et fecit de⁹ bestias terre iuxta species suas: iumēta ⁊ oē reptile terre in genere suo. Et vidit de⁹ q; esset bonū ⁊ ait: Faciam⁹ hoiez ad imaginē ⁊ similitudinē nr̄az: et ꝑsit piscib⁹ maris: ⁊ volatilib⁹ celi ⁊ bestijs: vniuersęq; terre: oiq; reptili q̄ mouet in terra. Et creauit deus hoiem ad imaginē ⁊ similitudie suā: ad imaginē dei creauit illū: masculū ⁊ feminam creauit eos Benedixitq; illis deus ⁊ ait Crescite ⁊ multiplicamini et replete terraz ⁊ subijcite eā: ⁊ dominamini piscib⁹ maris et volatilib⁹ celi: ⁊ vniuersis animātib⁹ q̄ mouētur sup terraz Dixitq; de⁹: Ecce dedi vobis oēm herbaz afferētē semē sup terraz ⁊ vniuersa ligna q̄ habēt in semetipsis semētē generis sui: vt sint vobis i escā ⁊ cūctis animātib⁹ terre: omniq; volucri celi: ⁊ vniuersis q̄ mouent in terra: ⁊ in qb⁹ est anima viuēs: vt habeāt ad vescē dum. Et factū est ita. Viditq; de⁹ cuncta que fecerat: ⁊ erāt valde bona. Et factū est vespe ⁊ mane dies sextus. Igitur ꝑfecti sūt celi ⁊ terra: ⁊ ois ornatus eor̄. Cōpleuitq; de⁹ die septimo op⁹ suum quod fecerat: ⁊ requeuit die septimo ab vniuerso opere qđ patrarat. Qua cōplera sacerdos dicit. Oremus. Et diacon⁹ Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Deꝰ q mirabiliter creasti hoiez ⁊ mirabili⁹ redemisti. da nob q̄s cōtra oblectamēta peccati: mētis rōne persistē vt mereamur ad eterna gaudia puenire. Per. Prophetia secunda geneſis. v. ca.

Nde vo cū quingentor̄ esset ānor̄: genuit sem: cham ⁊ iaphet. Cūq; cepissēt hoies multiplicari sup terraz ⁊ filias ꝑcreasset: vidētes filij dei filias hoium q; essent pulchre: acceperūt sibi vxores ex oib⁹ quas elegerāt. Dixit quoq; de⁹: Non ꝑmanebit spirit⁹ me⁹ in homine in eternuz: q; caro est. Erūtq; dies illi⁹ centum viginti annor̄. Gigantes aūt erāt sup terrā in dieb⁹ illis Postq̄z autē ingressi sunt filij dei ad filias hoiuz: illeq; genuerūt: isti sūt potētes a seculo viri famosi. Videns aūt de⁹ q

multa malicia hoium esset in
terra: ⁊ cūcta cogitatio cordis
humani intēta esset ad maluz
omni tempore: penituit eū ꝙ
hominē fecisset i terra. Et p̄/
cauēs in futurū: ⁊ tactus do/
lore cordis itrinsec⁹: Delebo
inquit hoiem quem creaui a
facie terre: ab hoie vsqꝫ ad ani
mantia: a reptili vsqꝫ ad vo/
lucres celi: penitet eniz me fe
cisse eos. Dixitqꝫ de⁹ ad noe
Finis vniuerse carnis vēit co
raz me: repleta est terra iniq/
tate a facie eoꝝ ⁊ ego dispdaz
eos cum terra. Fac tibi archā
de lignis leuigatis: māsiuncu
las i archa facies: ⁊ bitiūine li
nies intrinsec⁹ ⁊ extrinsec⁹: ⁊
sic facies eā: Trecentoꝝ cubi
torum erit longitudo arche:
qnquagita cubitoꝝ latitudo
⁊ trigita cubitoꝝ altitudo ei⁹
Fenestrā i archa facies ⁊ i cu
bito ꝯsumabis sūmitatē eius.
Ostiū āt arche pones i latere
deorsuz. Cenacula et tristega
facies i ea. Ecce ego adducā
diluuij aq̄s sup terrā: vt iterfi
ciam omnez carnē: in qua spi
ritus vite est subter celū et vni
uersa que in terra sūt ꝯsumē/
tur: ponamqꝫ fedus meuz te/
cum: et ingredieris archā tu
et filij tui: vxor tua et vxores fi
lioruz tuorum tecuz. et ex cū/
ctis animantib⁹ vniuerse car
nis bina et bina induces in ar
cham: vt viuant tecuz mascu
lini sexus et feminini. De vo
lucribus iuxta genus suuz et
de iumentis in genere suo: et
ex omni reptili terre secūduz
genus suum: bina de omnib⁹
ingrediētur tecum vt possint
viuere. Tolles igitur tecū ex
omnibus escis que mādi pos/
sunt et cōportabis apud te: et
erunt taz tibi quaz illis in ci/
buz. Fecit ergo noe omnia q̄
p̄ceperat illi deus. Eratqꝫ sex
centoruz annoruz quando di
luuij aque inundauerūt sup
terram. Rupti sunt autē oēs
fontes abyssi magne: et cata/
racte celi aperte sunt: et facta
est pluuia sup terraz quadra/
ginta diebus et quadraginta
noctibus. In articulo diei il/
lius ingressus ē noe: sem: chā
et iaphet filij eius: vxor illius
et vxores filiorum eius cū eo
in archam: ipsi et omne ani/
mal secundum genus suum:
vniuersaqꝫ iumenta in gene/
re suo: et oē qd̄ mouet̄ sup ter
rā in genere suo cūctaqꝫ vo/
latilia ꝟz genus suuz. Porro
archa ferebat̄ super aquas: et
aque p̄ualuerūt nimis sup ter
rā. Opertiqꝫ sunt oēs mon/
tes excelsi sub vniuerso celo

qndecim cubitis altior fuit aq̃ super mõtes quos operuerat. Consũptaq; est omis caro que mouebat super terram: volucrũ aiantiũ bestiarũ: oiumq; reptilium q̃ reptant super terram. Remãsit autẽ solus noe ⁊ q cũ eo erãt in archa. Obtinueruntq; aque terrã centũ qnqnaginta dieb⁹. Recordatus aũt dñs noe: cunctorumq; aiantiũ ⁊ oim iumentorũ que erant cũ eo in archa: adduxit spiritũ super terrã: ⁊ iminute sũt aque: ⁊ clausi sũt fontes abyssi: ⁊ catharacte celi ⁊ prohibite sũt pluuie de celo. Reuerseq; sũt aque de terra euntes ⁊ redeũtes: ⁊ ceperunt minui post cẽtũ q̃draginta dies. Cũq; trãsissent q̃draginta dies: apiens noe feneſtrã arche quã fecerat ⁊ dimisit coruum. Qui egrediebat ⁊ nõ reuertebat: donec siccarent aq̃ sup terrã. Emisit quoq; colũbam post eũ: vt videret si iam cessasset aq̃ sup faciẽ terre. Que cũ nõ inuenisset vbi requiesceret pes eius: reuersa est ad eũ in archã. Aque eni erãt supvniuersã terrã. Extẽditq; manũ: et apphẽsam intulit in archã Expectans autẽ vltra septem diebus alijs rursũ dimisit columbã ex archa. At illa venit ad eum ad vesperam: portans ramũ oliue virẽtibus folijs in ore suo. Intellexit ergo noe q̃ cessassent aq̃ super terram. Expectauitq; nichilomin⁹ septẽ alijs dieb⁹: ⁊ emisit colũbam: q̃ nõ ẽ vltra reuersa ad eũ. Locut⁹ est aũt dñs ad noe dicẽs: Egredere de archa tu et vxor tua: filij tui et vxores filiorũ tuorũ tecũ: ⁊ cũcta animãtia q̃ sũt apud te ex oi carne: tã in volatilib⁹ q̃z i bestijs et vniuersis reptilib⁹ que reptãt super terrã: educ tecũ: et ingrediemini super terram. Crescite ⁊ multiplicami sup eã. Egressus ẽ ergo noe ⁊ filij ei⁹: ⁊ vxor illi⁹: ⁊ vxores filiorũ ei⁹ cũ eo. Sz ⁊ oia aiantia iumẽta ⁊ reptilia que reptãt super terrã ꝓm genus suũ de archa egressa sũt. Edificauit aũt noe altare dño: et tollens de cũctis pecorib⁹ ⁊ volucribus mundis obtulit holocausta sup altare dño. Odoratusq; est dño odorem suauitatis.

Orem⁹. Flectam⁹ ge. Leua.

Deus incõmutabilis virtus ⁊ lumen eternũ: respice ꝓpitius ad totius eccle tue mirabile sacrm et opus salutis humane perpetue dispositiõis effectu trãquillius opare: totusq; mun-

dus expiat̃ ⁊ videat deiecta erigi: iueterata renouari: ⁊ ꝑ ip̃m redire oia in integruz: a quo sumpsere principiũ. P.

Prophetia. iij. gen̄. xxij. cap̄.

genitricis dei et eiusdem dni nri
ihu xpi sz et tn
Hanc igitur oblationem seruitutis nre sz et cuncte
familie tue, quam tibi offerimus ob diem in quo
dns nr ihs xps tradidit discipulis cor-
poris et sanguinis sui misteria celebranda
Rs dni ut placatus accipias dies tn

Qui pridie quam pro nra omnique salute
pateretur hoc est hodie accepit pa-
nem in sanctas tn


I·N·R·I·



TE igitur cle mẽtiſſime pa ter: p ieſum chriſtũ filiuz tuũ do minũ noſtrũ ſuppli ces rogamus ac pe timꝰ: vti accepta ha beas et benedicas: Hec do na: hec mũera: hec ſã/cta ſacrificia illibata in primis que tibi offerimus pro eccleſia tua ſctã catholica quã pacificare: cuſtodire: adunare et re/gere digneris toto orbe terrarũ: vna cũ famulo tuo papa noſtro. N. et antiſtite noſtro N. et omnibus orthodoxis: atq; catholice et apoſtolice fidei cultoribus.

MEmento dñe famulorum famularũq; tuaruz. N. et omniũ circũſtantiũ: quoꝝ tibi fides cognita eſt et nota deuotio: p quibus tibi offerimus: vel qui offerunt hoc ſacrificiuz laudis pro ſe: ſuiſq; omni bus pro redẽptione animarum ſuarum:

Oratio pro viuis

p spe salutis et icolumitatis sue tibi red/
dunt vota sua eterno deo viuo et vero.

Communicantes Infra actionē.
et memoriā venerātes In primis
glorioſe ſemperqz virginis ma/
rie genitricis dei: et dñi noſtri ieſu xpi.
Sed et beatorum apoſtolorū ac marty/
rum tuorum Petri et Pauli Andree.
Iacobi. Ioannis. Thome. Iaco
bi. Philippi. Bartholomei. Mathei.
Simonis et Thadei. Lini. Cleti.
Clementis. Sixti. Cornelij. Cy/
priani. Laurentij. Crisogoni. Jo/
annis et Pauli. Cosme et Damiani.
Et omniū ſanctorum tuorū: quorū me
ritis precibuſqz cōcedas: vt in oibus p
tectiōis tue muniamur auxilio. Per eū
dē christū dñz n. Amē. Infra actionem.

Hanc igitur oblationez ſeruitutis
noſtre: ſz et cūcte familie tue que
ſumꝰ dñe vt placatus accipias: di
eſqz noſtros in tua pace diſponas: atqz
ab eterna dānatione nos eripi: et in ele/
ctorum tuorum iubeas grege numerari

Per christum dominum nrm. Oratio:

QUam oblationem tu deus in oī/
bus quesumus bene✝dictaz a/
scri✝ptā ra✝tam rationabi//
lez acceptabilēqz facere digneris: vt no/
bis co✝pus et sā✝guis fiat dilectissi/
mi filij tui dñi nostri iesu christi. Hic ac/
cipiat hostiā in manibus dicēdo.

QUi pridie q̄z pateret: accepit pa/
nē in sactas ac venerabiles man⁹
suas: et eleuatis oculis in celū ad te deū
patrē suū oīpotentez tibi gratias agens
bn̄✝dixit: fregit: deditqz discipl̄is suis
dicēs: Accipite et māducate ex hoc oēs.
Hoc est enim corpus meum.

Hic deponat hostiam et leuet calicem.

SImili modo postq̄z cenatū ē acci/
piens et hūc preclarū calicē in sā/
ctas ac venerabiles manus suas.
Itē tibi gratias agēs bene✝dixit dedit
discipulis suis dicens: Accipite et bibi/
te ex eo omnes.

Hic est enī calix sanguinis mei: noui et
eterni testamenti: mysterium fidei qui p

vobis et pro multis effundetur in remis/
sionem peccatorum.
Hec quotiēscūqz feceritis: in mei memo
riā facietis. Hic deponit calicem
Unde et memores dñe nos tui tui:
sz et plebs tua sctā xpi filij tui dñi
nri tā bte passiōis: necnō et ab inferis resur
rectōis: sz et in celos gl'iose ascēsiōis offe
rimus pclare maiestati tue de tuis donis
ac datis: hostiā ✝ purā: hostiā ✝ scāz: ho
stiā ✝ imaculatā: panē ✝ sctm vite eter/
ne: et cali ✝ cē salutis perpetue. Oratio.
Supra que ppitio ac sereno vultu
respicere digneris: et accepta hre
sicut accepta hre dignatus es mu
nera pueri tui iusti abel: et sacrificiū pri ar
che nri abrae: et qd tibi obtulit sūmus sa
cerdos tu⁹ melchisedech scm sacrificiuz
imaculatā hostiā. Hic iclinet se et dicat.
Supplices te rogamus ops Oro.
de⁹ iube hec pferri per man⁹ sācti
angeli tui in sublime altare tuū in
cōspectu divine maiestatis tue: vt quot/
quot ex hac altaris participatiōe sacrosā

ctū filij tui cor ✠ pus ⁊ sā ✠ guinē sūpserim⁹ oī bñ ✠ dictiōe celesti ⁊ gr̄a repleamur Per eūdē xp̄m dñz nr̄z. Amē

M Cōmēoratio ꝑ ꝺsūctꝭ. Emēto ēt dñe famulorū famulaꝝ tuaꝝ. N. q nos p̄cesserūt cū signo fidei: ⁊ dormiūt in sōno pacꝭ: ip̄is dñe: ⁊ oib⁹ i xp̄o qescētib⁹ locū refrigerij lucꝭ ⁊ pacis: vt idulgeas dep̄camur. Per eūd̄ xp̄z dñz nr̄m. Amē. Hic ꝑcutiat pect⁹ suū aliquātulū altius dicens

NObis quoqꝫ pctōribus famulis tuis d̄ multitudine miſationū tuaꝝ sperātibus: ptē aliquā: ⁊ societatē donare digneris cū tuis sanctis apl̄is ⁊ martyrib⁹: cū Ioāne Stephano Mathia Barnaba Ignatio Alexandro: Marcellino Petro Felicitate Perpetua Agatha Lucia Agnete Cecilia Anastasia. Et oib⁹ sctis tuis: ifra q̄ꝝ nos ꝯsortiū non estimator meriti: sꝫ venie q̄s largitor admitte. Per xp̄z dñz nr̄z. Hic

PEr quē hec nō dr̄ Amē oīa dñe semꝑ bona creas sācti ✠ ficas viui ✠ ficas bñ ✠ dicis ⁊ p̄stas nob̄. Per ip ✠ suꝫ ⁊ cū ip ✠ so ⁊ in ip ✠ so ē tibi deo pr̄i oī ✠ potēti: in vnitate spirit⁹ ✠ sancti: omnis honor ⁊ gloria.

Cantus sequens dicitur in omnibus festiuitatibus duplicibus: ⁊ per octauas earū: et omnibus semiduplicibus et dominicis diebus.



PEr omnia secula secu-

Hic reponit hostiam in calicem: ipsum cooperit dicens:



lorum. Amen. Oremus:



Preceptis salutaribus mo-



niti: et diuina institutione



formati audemus dicere:


Pater noster qui es in
celis sanctificet nomen tuū.
Adueniat regnū tuum. Fiat
voluntas tua: sicut in celo
et in terra. Panē nostrū quo
tidianū da nobis hodie. Et
dimitte nobis debita nostra
sicut et nos dimittimus debi
toribus nostris. Et ne nos
induces in temptationem.
Sed libera nos a malo.
Sequens cantus dicitur in fe
rialibus dieb⁹ et festis simpli/
cibus.
Per omnia secula secu/
lorum. Amen. Oremus.


Preceptis salutaribus mo
niti et diuina institutione
formati: audemꝰ dicere: Pa
ter noster qui es in celis san
ctificetur nomẽ tuũ. Adueni
at regnũ tuũ. Fiat voluntas
tua: sicut in celo ⁊ in terra.
Panem nostrum quotidia/
num da nobis hodie. Et di/
mitte nobis debita nostra:
sicut et nos dimittimus de/
bitoribus nostris. Et ne nos
inducas in tentationem.
Sed libera nos a malo

p

Libera nos q̄s dñe ab oi bus malis p̄teritis: p̄sē/ tibus ⁊ futuris: ⁊ intercedēte beata ⁊ gloriosa semp̄ virgie dei genitrice maria: ⁊ beatis ap̄lis tuis petro ⁊ paulo atq; andrea: ⁊ oib⁹ sanctis: da p̄pi tius pacez in dieb⁹ nostris: vt ope misericordie tue adiuti: et a pctō simus semp̄ liberi: ⁊ ab omni perturbatiōe securi.

Hic frāgit hostiam primo in duas partes dicēs: Per eūdē dñm nr̄m iesuz xp̄m filiū tuū

Deinde frāgit vnā partez in duas partes dicēs: Qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate sp̄ūs sācti de⁹. Hic eleuet modicū tertiā partē cū calice dicens:



Per omnia secula seculorū.

Hic facit signū crucis super sanguinem dicens:



Amen.



Pax ✠ dñi sit ✠ semper vo/



bi ✠ scū. Et cū spiritu tuo

Hic ponat particulaz hostie in sanguine dicens:

Fiat cōmixtio ⁊ ꝯsecra io corporis ⁊ sāguinis dñi nostri iesu christi: accipiē tib⁹ nobis in vitam eternam. Amen. Sequit. Agnus dei qui tollis peccata mūdi: mise rere nobis. Agnus dei q tol lis peccata mundi: miserere nobis. Agnus dei qui tollis pctā mūdi: dona nobis pacē.

Hic inclinat se ante corpus domini dicens: Oratio.

Domine iesu christe q dixisti ap̄lis tuis: pacez meam do vobis: pacem meā relinquo vobis. Ne respici/ as peccata mea: sed fidem ec/ clesie tue: eamq; ſm volunta tem tuam pacificare ⁊ coadu nare dignare: Qui viuis ⁊ re gnas deus: Per omnia secu/ la seculoꝝ. Amē. Hic deoscu latur altare dicēs: Pax tecū ℟ Et cū spiritu tuo. Oratio

Domie iesu xp̄e fili dei viui: q ex volūtate pa/ tris cooperāte spiritu sancto: per mortē tuā mundū viuifi/ casti: libera me p̄ hoc sanctuz

corpus ⁊ sanguinē tuū ab oi bus iniquitatib⁹ meis: ⁊ vniuersis malis: ⁊ fac me tuis sēper inherere mādatis: et a te nūq̄ separari ꝑmittas. Qui cum eodem deo patre ⁊ spiritu sancto viuis ⁊ regnas in secula seculorū. Amē. Oratio.

PErceptio corporis tui dñe iesu christe: quam ego indignus sumere presumo: nō mihi ꝓueniat in iudiciū ⁊ cōdemnationē: sed pro tua pietate prosit mihi ad tutamentū mētis ⁊ corporis: et ad medelā ꝑcipiendā. Qui viuis ⁊ regnas cū deo pr̄e ⁊c. Hic accipitur patena cū corpore christi dicendo.

PAnem celestē accipiā: et nomen domini inuocabo. Hic ꝑcutiat pectus ter dicēs:

DOmine nō sum dign⁹ vt intres sub tectū meum: sed tm̄ dic v̄bo: ⁊ sanabit̄ aīa mea. Hic sumat corp⁹ reuerēter: signās se illo dicens.

COrpus dñi nostri iesu christi custodiat animā meā in vitā eternam. Amen. Hic accipiat calicem ⁊ dicat

QUid retribuā dño pro oībus q̄ retribuit mihi Calicē salutaris accipiam: et nomē dñi inuocabo. Laudās inuocabo dñm: ⁊ ab inimicis meis saluus ero. Hic sumat sanguinē dicens:

SAnguis dñi nr̄i iesu christi custodiat animā meā in vitā eternā. Amē. Post sumptionem sanguinis dicat.

QUod ore sumpsim⁹ domine pura mēte capiamus: ⁊ de munere tēporali: fiat nobis remediū sempiternū. Amen. Hic dicit purificando.

COrpus tuuz dñe quod sumpsi: ⁊ sanguis quē potaui adhereat visceribus meis: et presta: vt in me nō remaneat scelerū macula: quē pura et sancta refecerūt sacramēta. Qui viuis. Finita missa ⁊ data bn̄dictione: inclinat se ante medium altaris ⁊ dicat hāc orationē. qua finita: osculat̄ altare.

PLaceat tibi sancta trinitas obsequium seruitutis: ⁊ presta: vt sacrificiū qd̄ oculis tue maiestatis indignus obtuli: tibi acceptabile: mihiq; ⁊ oībus ꝑ quibus illud obtuli: sit te miserā te ꝓpitiabile. Per christum dominum nostrum. Amen.

Dñica resurrectionis dñi. Statio ad sanctam mariam maiorem. Introitus.



Resurrexi ⁊ adhuc tecũ sũ alla: posuisti sup me manũ tuã alla: mirabil' facta est sciẽtia tua alleluia alla. ps. Dñe ꝓbasti me ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meã: ⁊ resurrectionez meaz. ℣. Gloria. Oratio.

Deus q hodierna die p vnigenitũ tuum eternitatis nobis aditũ deuicta morte reserasti: vota nr̃a q̃ p̃ueniẽdo aspiras: etiaz adiuuando ꝓsequere. Per eũ. dñm nr̃m.

Epl'a ad corinthios. j. cap̃. v.

Fratres: Expurgate vetus fermẽtũ: vt sitis noua ꝯspersio: sicut estis azimi. Eteni pascha nostrũ imolat⁹ est xp̃s. Itaq; epulemur: non in fermẽto veteri: neq; in fermẽto malicie ⁊ nequitie: sz in azimis sinceritatis ⁊ v̄itatis. Gra. Hec dies quã fecit dñs: exultem⁹ ⁊ letemur in ea. ℣. Confitemini dño qm̃ bon⁹: quoniaz in secl'z misericordia ei⁹. Alla. ℣. Pascha nostrũ immolat⁹ est christus. Sequentia.

Victime paschali laudes imolent christiani. Agn⁹ redemit oues christ⁹ inocẽs patri recõciliauit peccatores. Mors et vita duello conflixere mirando dux vte mortu⁹ regnat viuus. Dic nobis maria: quid vidisti in via? Sepulchrũ christi viuẽtis ⁊ gloriã vidi resurgentis. Dic nobis maria: quid vidisti in via Angelicos testes: sudariũ ⁊ vestes. Dic nobis maria: quid vidisti in via? Surrexit xp̃s spes mea: precedet suos in galileam. Credẽdũ est magis soli marie veraci: q̃z iudeorũ turbe fallaci. Scim⁹ christũ surrexisse ex mortuis vere tu nobis victor rex miserere. Amen. Scd̃m marcum xvj. ca.

In illo tpe: Maria magdalene et maria iacobi ⁊ salome emerunt aromata: vt veniẽtes vngerẽt iesum: Et valde mane vna sabbatoꝝ veniũt ad monumẽtũ orto iaz sole. Et dicebant ad.

nuicē. Quis reuoluet nobis lapidē ab oſtio monumti? Et reſpiciētes viderūt reuolutū lapidē: erat qppe magn⁹ valde. Et introeūtes in monnmētū: viderūt iuuenē ſedentē in dextrz coopertū ſtola cādida z obſtupuerūt. Qui dixit illis Nolite expaueſcere. Jeſuz q̄rritis nazarenum crucifixum: ſurrexit nō eſt hic. Ecce loc⁹ vbi poſuerunt eū. Sed ite: dicite diſcipulis eius z petro: qz p̄cedet vos in galileaz. Ibi eūvidebitis: ſicut dixit vobis

Offertoi. Terra tremuit z quieuit dū reſurgeret in iudicio de⁹

SUſcipe q̄s **Secre.** alla. dñe p̄ces ppl̄i tui cū oblatiōibus hoſtiarū: vt paſchalibus initiata myſterijs: ad eternitatis nob medelā te operante p̄ficiant. Per. **Cōie.** Paſcha noſtrū imolat⁹ eſt chriſtus alla: itaqz epulēur in azimis ſinceritatis z veritatis alla alla.

SPi ritum **Poſtcō.** alla. nobis dñe tue charitatis infunde: vt quos ſacramētis paſchalibus ſatiaſti: tua facias pietate concordes. Per. In vnitate eiuſdem. **Infra octauaz paſche non fit de aliquo feſto: ſz poſt octā. celebrātur. Feria ſecunda. Statio ad ſanctum petrum. Introitus.**

INtroduxit vos dñs in terraz fluentē lac z mel alla: vt lex dñi ſemp ſit i ore vr̄o alla alla. Confitemini domino et inuocate nomen ei⁹ annūciate in ter gentes opera ei⁹. ℣. Gloria.

DEus qui ſolēni/**Oio.** tate paſchali mūdo remedia contuliſti: populū tuū q̄s celeſti dono p̄ſequere: vt z perfectam libertatē conſequi mereatur: z ad vitaz p̄ficiat ſempiternā. Per. **Lcō actuū**

IN dieb⁹ **apl̄oz.x.cap̄.** illis: Stās petrus in medio pleb dixit. Viri frēs vos ſcitis q̄ factuz eſt verbū per vniuerſam iudeam. Incipiēs enim a galilea poſt baptiſmū q̄ p̄dicauit ioannes ieſum a nazareth: quō vnxit eū deus ſpiritu ſancto z virtute: q̄ pertranſiuit bñfaciēdo z ſanādo omnes oppreſſos a diabolo: qm̄ deus erat cuz illo. Et nos teſtes ſum⁹ omniz que fecit in regione iudeoz z hieruſalem quem occiderunt ſuſpendentes in ligno. Hunc de⁹ ſuſcitauit tertia die: z dedit eum manifeſtū fieri: non omni populo: ſed teſtibus p̄eordinatis a deo: nobis qui māducauim⁹ z bibim⁹ cū illo poſtq̄m ſurrexit a mortuis. Et p̄cepit

nobis predicare populo ⁊ testificari: qꝛ ipse est qui constitutus est a deo iudex viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ. Huic omnes ꝓphete testimonium perhibent remissionē peccatoꝝ accipere ꝑ nomen eius: omnes q credūt in eum. Grad. Hec dies quam fecit domin⁹ exultem⁹ ⁊ letemur in ea. ℣. Dicat nunc israel quoniaꝫ bon⁹: quoniaꝫ in seculū misericordia ei⁹. Alleluia. ℣. Angelus dñi descendit de celo ⁊ accedens reuoluit lapidem: et sedebat super eū. Scdꝫ lucā. xxiiij. capl̄o.

In illo tempore: Duo ex discipulis iesu ibant ipsa die in castelluꝫ: qd̄ erat in spacio stadioꝝ sexagita ab hierusalē noīe emaus: ⁊ ipsi loquebant̄ adinuicē de oībus his que acciderāt. Et factū est dū fabularent̄ ⁊ secū quererent: ⁊ ipse iesus appropinquās ibat cuꝫ illis. Oculi aūt eoꝝ tenebant̄: ne eū agnoscerēt Et ait ad illos. Qui sūt hi sermones quos ꝯfertis ad inuicē ambulātes: ⁊ estis tristes? Et respōdens vnus: cui nomen cleophas: dixit ei: Tu solus peregrinus es in hierusalem: ⁊ nō cognouisti ea que facta sunt in illa his diebus? Quib⁹ ille dixit. Que? Et dixerūt: De iesu nazareno: qui fuit vir ꝓpheta: potēs in opere et sermōe corā deo ⁊ omni ppl̄o. Et quomō tradiderunt eum sūmi sacerdotes ⁊ principes nostri in dānationē mortis: ⁊ crucifixerunt euꝫ. Nos autem sperabamus quia ipse essꝫ redēptur⁹ israel. Et nūc sup hec omnia tertia dies est hodie ꝙ hec facta sunt. Sꝫ ⁊ mulieres quedam ex nostris terruerunt nos: que ante lucē fuerunt ad monumentū: ⁊ nō inuēto corpore eius venerūt dicentes: se etiam visionē angeloꝝ vidisse: qui dicunt euꝫ viuere. Et abierunt qdam ex nostris ad monumentū: ⁊ ita inuenerunt: sicut mulieres dixerunt: ipsum vero non inuenerūt. Et ipse dixit ad eos. O stulti ⁊ tardi corde ad credendum in omnibus: que locuti sunt ꝓphete. Nōne hec oportuit pati christuꝫ: ⁊ ita intrare in gloriam suam? Et incipiēs a moyse ⁊ omnibus ꝓphetis interpretabat̄ illis in omnib⁹ scripturis: que de ipso erant. Et appropinquauerūt castello quo ibant. Et ipse finxit se longius ire. Et coegerūt illū dicentes: Mane nobiscū: qm̄ aduesperascit: ⁊ inclinata est iam dies. Et intrauit cū illis. Et factum est dum recumbe-

ret cum illis: accepit panez ⁊ benedixit ac fregit: ⁊ porrigebat illis. Et statim aperti sũt oculi eorum: et cognouerunt eum: ⁊ ipse euanuit ab oculis eorum. Et dixerunt ad inuicẽ. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis: dum loqueretur in via: ⁊ aperiret nobis scripturas: Et surgentes eadem hora regressi sunt in hierusalem ⁊ inuenerũt congregatos vndecim: ⁊ eos qui cum ipsis erant dicentes: q surrexit dominus vere: et apparuit simoni. Et ipsi narrabant que gesta erant in via: ⁊ quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Offertor. Angelus dñi descendit de celo: ⁊ dixit mulieribꝰ: quem queritis: surrexit sicut dixit alleluia. Secreta.

SUscipe quesumus domine preces populi tui cum oblationibus hostiarũ: vt paschalibus mitia mysteriis: ad eternitatis nobis medelam: te operante proficiãt. Per. Cõio. Surrexit dñs ⁊ apparuit petro alla. Postcõio.

SPiritum nobis domine tue claritatis infunde: vt quos sacramentis paschalibus satiasti: tua facias pietate concordes. Per dominum. in vnitate eiusdem.

Feria tertia. Statio ad sãctũ paulum. Introit.

AQua sapientie potauit eos alla: firmabit in illis: ⁊ nõ flectetur alla: ⁊ exaltauit eos in eternum alla alla. ℣. Cõfitemini dño: et inuocate nomen eiꝰ: annũciate inter gẽtes opera eiꝰ. ℟ Gloria.

DEus q ecclesiã tuã nouo semper fetu multiplicas: cõcede famulis tuis: vt sacrã inviendo teneãt quod fide perceperũt. Per. Lectio actuũ apl̃oꝝ. xiij. cap.

IN diebꝰ illis: Surgens paulus: ⁊ manu silentiũ indicẽs ait Viri frẽs filij generis abraã: ⁊ qui in vob timẽt deũ: vobis verbũ salutis huiꝰ missum est. Qui enim habitant hierl̃m: ⁊ principes eiꝰ ignorãtes ihesũ: ⁊ voces pphetarũ que p oẽ sabbatũ leguñ iudicãtes impleuerũt. Et nullam causam mortis inuentes in eo petierũt a pilato: vt interficerent eũ. Cũq; pfũmassent oia que de illo scripta erãt: deponentes eũ de ligno: posuerũt eũ in monumẽto: deus vo suscitauit eum a mortuis tertia die: qui visus est p dies multos his qui simul ascenderãt cũ eo de galilea in hierl̃m: q vsq; nũc sunt testes eiꝰ ad ple

bem. Et nos vobis annũcia/
mus ea que ad pres nros re/
promissio facta est: qm hanc
deus adimpleuit filijs vestris:
resuscitans iesum xpm dñm
nrm. Grad. Hec dies. ℣. Dicat
nunc qui redempti sunt a dño:
quos redemit de manu inimici
et de regionibus cõgregauit eos
Alla. ℣ Surrexit dñs de sepul
chro: q pro nobis pependit i ligno.
Scõm lucam. xxiiij. capitulo.

In illo tpe: Stetit ihesus
in medio discipulorũ su
orum: et dixit eis: Pax vobis.
Ego sum. Nolite timere. Eõ
turbati vero et cõterriti exis/
timabant se spm videre. Et di/
xit eis: Quid turbati estis: et
cogitationes ascendũt in cor/
da vestra? Videte manꝰ meas
et pedes meos: q ego ipse suz
Palpate et videte: q spiritus
carnez et ossa non habet: sicut
me videtis habere. Et cũ hoc
dixisset: ostendit eis manus et
pedes. Adhuc autẽ illis non
credentibus: et mirãtibus pre
gaudio dixit. Habetis hic ali/
quid qõ manducetur? At illi
obtulerunt ei partẽ piscis assi
et fauũ mellis. Et cum mãdu
casset coram eis: sumens reli/
quias dedit eis: et dixit ad eos
Hec sunt verba: que locutus
sum ad vos: cuz adhuc essem
vobiscũ: qm necesse est imple
ri oia que scripta sunt in lege
moysi et pphetis et psalmis de
me. Tũc aperuit illis sensum
vt intelligerẽt scripturas. Et
dixit eis: Qm sic scriptuz est.
Et sic oportebat pati xpm: et
resurgere a mortuis die tertia
et predicari in noie eius peni/
tentiã in remissionẽ pctõrũ in
oẽs gentes. Offert. Intonuit
de celo dominus: et altissimꝰ de/
dit vocẽ suã et apparuerũt fõtes
aquarũ multarũ alla. Secreta:

Suscipe dñe fideliuz pre
ces cum oblationibus
hostiarũ: vt per hec pie placa
tiõis officia: ad celestẽ gloriã
transeamꝰ. Per. Cõio. Si cũ
surrexistis cum christo: que sur/
sum sunt querite alla: vbi christꝰ
est in dextera dei sedens: q̃ sursuz
sunt sapite alla. Postcõmũio.

Concede qs ops deꝰ: vt
paschalis perceptio sa/
cramenti: continua in nostris
mentibus pseuerat. Per. Feria quarta. Statio ad sanctũ laurentiũ extra murũ. Intro.

Venite bñdicti patris
mei percipite regnũ
alla: qõ vob paratũ
est ab origine mundi
alla alla alla. ℣ Lãtate dño can/
ticũ nouũ: cantate dño ois terra.
℣ Gloria patri et fi. Oratio.

DEus q̄ nos resurrectionis dñice annua solēnitate letificas: cōcede ꝓpitius: vt ꝑ tēporalia festa q̄ agim⁹: ꝑuēire ad gaudia eterna mereamur. Per eū. Ab hac die vsq; ad octꝫ. post oratōez diei dicit oro. Ecclie tue. fol. 221. vel Deus oium fide. fol. 221.

Lectio actuū apl̄oꝝ. iij. capl̄o

IN dieb⁹ illis: Aperiens petr⁹ os suū dixit. Viri israelite: ⁊ qui timetis deum audite. Deus abraam: ⁊ de⁹ ysaac: ⁊ deus iacob: deus patruz nostroꝝ glorificauit filiū suum iesum: quem vos q̄dem tradidistis ⁊ negastis ante faciem pilati: iudicante illo dimitti. Vos autē sanctum ⁊ iustum negastis ⁊ petistis virū homicidaz donari vobis: auctorem vero vite interfecistis quem deus suscitauit a mortuis: cuius nos testes sumus. Et nunc fratres scio: quia per ignorātiā fecistis: sicut ⁊ principes vestri. Deus autez qui prenūciauit per os omniū ꝓphetarū: pati christū suū impleuit sic. Penitemini igitur ⁊ conuertimini: vt deleantur vestra peccata. Gra. Hec dies quam fecit dominus cc. ℣. Dextera domini fecit virtutē: dextera domini exaltauit me. Alla. ℣. Surrexit domin⁹ vere: ⁊ apparuit petro. Scdm ioannem.

IN illo tēpore: xxj. cap. Manifestauit se iterum iesus discipulis suis ad mare tyberiadis. Manifestauit aūt sic: erant autem simul simon petrus ⁊ thomas: qui dicitur didym⁹: ⁊ nathanael: q̄ erat a chana galilee: ⁊ filij zebedei: ⁊ alij ex discipulis eius duo. Dicit eis simon petrus: vado piscari. Dicunt ei: Venimus ⁊ nos tecum. Et exierūt: ⁊ ascenderūt in nauim: ⁊ illa nocte nihil prendiderunt. Mane autem facto stetit iesus in littore: non tamen cognouerunt discipuli: quia iesus est. Dicit ergo eis iesus. Pueri: nunquid pulmentarium habetis? Respōderunt ei: Nō. Et dixit eis. Mittite in dexteram nauigij rethe: ⁊ inuenietis. Miserunt ergo: ⁊ iam nō valebāt trahere pre multitudine pisciuz. Dicit ergo discipulus ille: quem diligebat iesus petro. Dominus est. Simon ergo petrus: cū audisset quia dominus est: tunica succinxit se: erat enim nudus: et misit se in mare. Alij autē discipuli nauigio venerūt. Nō enim longe erant a terra: sed quasi cubitis ducentis trahē-

tes rethe piscium. Ut ergo de
scenderunt in terraz: viderũt
prunas positas ⁊ piscez super
positum: ⁊ panem. Dixit eis
iesus: Afferte de piscib⁹ quos
prendidistis nunc. Ascendit
autem simon petrus: ⁊ traxit
rethe in terram plenum ma/
gnis piscibus centũ quinqua
gintatrib⁹. Et cũ tanti essent
non est scissuz rethe. Dixit eis
iesus: Uenite prãdete. Et ne/
mo audebat discumbentium
interrogare eum: tu quis es?
sciẽtes quia dominus est. Et
venit iesus: ⁊ accepit panem:
⁊ dedit eis: ⁊ piscez similiter.
Hoc iam tertio manifestatus
est iesus discipulis suis: cum
surrexisset a mortuis. Offert.
Portas celi aperuit domin⁹; et
pluit illis manna vt ederent: pa/
nem celi dedit illis: panẽ angelo
rũ mãducauit homo alla. Sec.
Sacrificia dñe paschali/
bus gaudijs imolamus
quibus mirabiliter pascitur
ecclesia tua: ⁊ nutritur. Per.
Coio. Christ⁹ resurgẽs ex mor/
tuis iaz non moritur alla: mors
illi non dominabitur alla alla.
Ab omni nos Postcõio
quesumus domine ve/
tustate purgatos: sacramenti
tui venerãda perceptio in no
uaz trãsferat creaturã. Qui.

Feria quinta. Statio ad scõs
duodecim apl'os. Introitus.



Ictricem manũ tuaz
domine laudauerũt
pariter alla: sapiẽtia
aperuit os mutum ⁊
linguas infantium fecit disertas
alla alla. Ps. Cantate dño canti/
cuz nouũ: qui mirabilia fecit. V.
Deus q Oratio Gloria.
diuersitatem gentiũ in
confessione tui nominis adu/
nasti: da vt renatis fonte ba/
ptismatis vna sit fides mẽtiũ:
⁊ pietas actionuz. Per dñm.
Lectio actuũ apl'oꝝ. viij. cap.
In dieb⁹ illis: Angelus
domini locut⁹ est ad phi
lippum dicẽs: Surge ⁊ vade
contra meridianum ad viam
que descendit ab hierusalem
in gazã hec est deserta. Et sur
gẽs abijt. Et ecce vir ethiops
eunuchus potens cãdacis re
gine ethiopũ: qui erat sup oẽs
gazas ei⁹ venerat adorare in
hierl'm. Et reuertebat sedẽs
super curꝝ suũ: legẽsq; ysaiã
ꝓphetaz. Dixit aũt spũs phi/
lippo. Accede ⁊ adiũge te ad
currũ istũ. Accurrens autem
philippus: audiuit illũ legẽtẽ
ysaiã ꝓphetã. ⁊ dixit. Putas
ne intelligis que legis? Qui
ait. Et quõ possum: si aliquis
nõ ostenderit mihi? Rogauit

q̃ philippũ vt ascẽderet: ⁊ se/
deret secum. Locus autẽ scri/
pture quam legebat hic erat.
Tanq̃ ouis ad occisionẽ du/
ctus est: ⁊ sicut agnus corã tõ/
dente se sine voce sic non ape
ruit os suum. In humilitate
iudiciũ eius sublatũ est. Ge/
nerationẽ eius qs enarrabit?
Qm̃ tollet de terra vita eius.
Rñdens autẽ eunuchus phi
lippo ait. Obsecro te de quo
ꝓpheta dicit hoc: de se: an de
aliquo alio? Aperiens autem
philippus os suũ: ⁊ incipiẽs
a scriptura ista euangelizauit
illi iesum. Et dũ irent per viã
venerũt ad quãdã aquaz. Et
ait eunuchus. Ecce aqua qs
ꝓhibet me baptizari? Dixit
autẽ philippus. Si credis ex
toto corde: licz Respõdẽs ait
Credo filiũ dei esse iesũ xp̃m
Et iussit stare currũ: ⁊ descen
derunt vterq̃ in aquam: phi
lippus ⁊ eunuchus: et bapti/
zauit eum. Cũq̃ ascendissent
de aqua: spũs domini rapuit
philippũ: ⁊ amplius nõ vidit
eum eunuchus. Ibat aũt per
viam suaz gaudens. Philip
pus autẽ inuẽtus est in azoto
Et pertrãsiens euãgelizabat
ciuitatibus cunctis: donec ve
niret cesaream nomẽ dñi nr̃i
iesus christi. Gra. Hec dies ⁊c̃.

℣. Lapidẽ quez reprobauerunt
edificantes: hic fact⁹ est in caput
anguli: a domino factũ est istud:
⁊ est mirabile in oculis nostris.
Alla. ℣. Surrexit christus qui
creauit omnia: ⁊ misert⁹ est hu/
mano generi. Scdm ioannem
xx. cap̃.

In illo tẽpore:
Maria stabat ad monu
mẽtũ foris plorans. Dũ ergo
fleret iclinauit se: ⁊ ꝓspexit in
monumẽtũ. Et vidit duos an
gelos in albis sedentes: vnuz
ad caput: ⁊ vnũ ad pedes: vbi
positũ fuerat corpus iesu. Di
cunt ei illi: Mulier quid plo
ras? Dicit eis: Quia tulerunt
dominuz meum: ⁊ nescio vbi
posuerunt eum. Hec cum di/
xisset: conuersa est retrorsum:
⁊ vidit iesum stantẽ: ⁊ nescie/
bat q̃ iesus est. Dicit ei iesus
Mulier quid ploras? Quem
queris? Illa existimans quia
hortulanus esset dicit ei. Do/
mine si tu sustulisti eũ: dicito
mihi vbi posuisti eum: et ego
eũ tollam. Dicit ei iesus: Ma
ria. Cõuersa illa dicit ei Rab
boni: qd̃ dicitur magister. Di
cit ei iesus: Noli me tangere.
Nonduz enim ascendi ad pa
trem meũ: vade autez ad fra
tres meos: ⁊ dic eis. Ascendo
ad patrem meum: ⁊ patrẽ ve/
strũ: deum meũ ⁊ deuz vestrũ.

Venit ergo maria magdalene annũciãs discipul: q; vidi dñm: ⁊ hec dixit mihi. Offer. In die solẽnitatis vestre dicit dominus: inducam vos in terram fluentẽ lac ⁊ mel alla. Secreta.

SUscipias q̃s dñe munera ppl'oꝝ tuoꝝ ꝓpitius: vt ꝯfessione tui noĩs ⁊ baptismate renouati: sempiternam beatitudinẽ cõsequant. Per. Cõio. Populus acquisitionis annunciate virtutes eius alla q̃ vos de tenebris vocauit in admirabile lumẽ suũ alla. Postcõ.

EXaudi domine p̃ces nostras: vt redemptõis nostre sacrosãcta cõmertia: ⁊ vite nobis ꝯferãt presentis auxilium: ⁊ gaudia sempiterna ꝯcilient. Feria sexta. Statio ad scãz mariã rotũdã. Intro.

ADduxit eos dominꝰ in spe alla: ⁊ inimicos eoꝝ operuit mare alla alla. ℣. Attendite popule meus legem meam inclinate aurem vestram in verba oris mei. ℣. Gloria. Oratio.

OMnipotẽs sempiterne deꝰ: qui paschale sacramentũ in reconciliationis humane federe cõtulisti: da mẽtibus nostris: vt q̃d ꝓcessione celebramꝰ: imitemur effectu. Per. Epl'a beati petri. j. c. iij.

CHarissimi: Christus semel ꝓ peccatis nostris mortuus est: iustus pro iniustis: vt nos offerret deo: mortificatos quidem carne: viuificatos autem spiritu. In quo ⁊ his qui in carcere erant spiritualiter veniens predicauit qui increduli fuerant aliquãdo: quãdo expectabãt dei patientiam in diebus noe: cũ fabricaretur archa: in qua pauci: idest octo anime salue facte sunt per aquã: quod ⁊ vos nunc similis forme saluos facit baptisma: nõ carnis depositio sordium: sed conscientie bone interrogatio in deũ per resurrectionez dñi nostri iesu christi: qui est in dextera dei. Grad. Hec dies ⁊c. ℣. Benedictus qui venit in nomine domini deꝰ dñs ⁊ illuxit nobis. Alla ℣. Dicite in gẽtibꝰ q; dñs regnauit a ligno. Scdz matth. xxviij

IN illo tpe: Undeciz discipuli abierũt in galileam in montẽ: vbi ꝯstituerat illis iesus. Et vidẽtes eũ adorauerunt: quidã autẽ dubitauerunt. Et accedens iesus locutus est eis dicens. Data est mihi oĩs ptãs in celo ⁊ in terra. Eũtes ergo docete oẽs gẽtes baptizãtes eos i noĩe p̃ris ⁊ filij ⁊ spũs sãcti: docẽtes eos

seruare oia quecūq; mādaui vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consūmationē seculi. Offert. Erit vobis hec dies memorialis alla: et diem festū celebrabitis solennes domino in progenies vestras legitimū sempiternum diē alleluia alla alla. Secre. HOstias qs dne placat⁹ assume: quas et p renatoꝝ expiatione peccati deferimus: et pro acceleratione celestis auxilij. Per. Coio Data est mihi omnis potestas in celo et in terra alla: euntes docete oēs gentes baptizantes eos in noie patris et filij et spūs sancti alla alla. Postcō. RESpice qs dne populū tuū: et quem eternis dignat⁹ es renouare mysterijs: tēporalibus culpis dignāter absolue. p. Sabbato in albis Statio ad sanctū ioannez in laterano. Introit⁹. ADduxit dom⁹ populum suum in exultatione alla: et electos suos in leticia alla alla. ℣. Confitemini domino et invocate nomen ei⁹: annūciate inter gentes opera eius. ℣ Gloria. Oratio. QOncede qs ops de⁹: vt q festa paschalia venerādo egimus: per hec continuis gere ad gaudia eterna mereamur. Per. Lcō epistole beati petri apostoli. j. cap. ij. KArissimi: Deponētes omnem maliciam et omnem dolum: et simulationes et invidias: et omnes detractiones: sicut modo geniti infates rōnabiles sine dolo lac concupiscite: vt in eo crescatis in salutez si tamen gustatis: quoniā dulcis est dns. Ad quem accedētes lapidem viuū ab hominibus qdē reprobatū: a deo aūt electū et honorificatum: et ipsi tanq; lapides viui supedificamini domos spūales: sacerdotiū sanctū: offerre spūales hostias acceptabiles deo p iesū xp̄m. Propter qđ cōtinet scriptura. Ecce ponā in syō lapidē sūmū angularē electū p̄ciosuz: et ois q credid erit i illū nō cōfundet. Vobis igitur honor credētib⁹: nō credētibus aūtē lapis quē reprobauerūt edificātes: hic factus est in caput anguli: et lapis offensiōis et petra scādali his q offēdūt v̄bo: nec credūt: in quo et positi sunt. Vos aūt estis gen⁹ electū: regale sacerdotiū: gēs sācta: pp̄s acq̄sitionis: vt virtutes annūcietis eius: q de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suū. Qui aliq̄n non pp̄s: nūc aūtē pp̄s dei. Qui

nō cōsecuti misericordiā: nūc autem misericordiā cōsecuti. Ab hac die vsq; ad octauam penthe. dicunt quotidie duo Alla in missa: p̄terq̄ ī vigilia penthe. ⁊ in officio letaniarū in quibus nō dicit nisi vnum Alla. et preterq̄ in sabbato infra octauā penthe. in quo dicunt quinq;. Alijs v̄o temporibus quando Alla dicitur in missa: vnū tm̄ dicitur. Alla. ℣ Hec dies quā fecit dñs exultemus ⁊ letemur in ea. Alla. ℣ Laudate pueri dominū: laudate nomen dñi. Scdm ioannez xx. cap.

IN illo tēpore: Una sabbati maria magdalene venit mane: cuz adhuc tenebre essent ad monumentū: ⁊ vidit lapidē sublatū a monumento. Cucurrit ergo ⁊ venit ad simonē petruz: et ad alium discipulū quē diligebat iesus: ⁊ dixit eis: Tulerunt dñm de monumento: et nescimus vbi posuerūt eū. Exijt ergo petrus ⁊ ille alius discipulus: ⁊ venerūt ad monumentum. Currebant autē duo simul: ⁊ ille alius discipulus precucurrit citius petro: ⁊ venit primus ad monumētū. Et cū se inclinasset: vidit lintheamina posita: nō tñ introiuit. Venit ergo simon petrus sequēs eū: et introiuit in monumentū. Et vidit lintheamina posita: ⁊ sudariuz qd̄ fuerat sup caput ei⁹: non cū lintheaminib⁹ positū: sed separatim inuolutū in vnum locū. Tūc ergo ītroiuit ⁊ ille discipulus: q venerat p̄mus ad monumētū: ⁊ vidit: ⁊ credidit. Nōdū eni sciebat scripturas: quia oportebat euz a mortuis resurgere. Offerto. Bñdictus q venit in noīe dñi: bñdiximus vobis de domo dñi deus dñs ⁊ illuxit nobis alla alla

COncede q̄s dñe semper nos p hec sacra mysteria paschalia gratulari vt ꝯtinua nostre reparatiōis operatio: perpetue nobis fiat causa leticie. P. Cōio. Oēs q in xp̄o baptizati estis xp̄m indui

REdē/ptionis nr̄e munere vegetati q̄s dñe: vt hoc ꝑpetue salutis auxiliū: fides semper vera ꝑficiat. Per. Postcō. stis alla. Dñica in octaua pasche. Statio ad sāctū pācratiū. Intr.

QUasi modo geniti infantes alla: rationabiles sine dolo: lac cōcupiscite alla alla alla. ps Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. ℣ Gl'ia. Oro

PResta q̄s op̄s de⁹: vt q

paschalia festa pegimus:hec te largiente morib⁹: ꝛ vita teneamus. ℣. Ab hac die vsq; ad ascensionē post ozonē diei dicunt ozones de btā ṽgie. s. Cōcede nos famulos. fol. 220 Deus oium fideliū. fol. 221. Lcō evle bti ioānis aplī. j. c. v

Carissimi:Oē qđ natū est ex deo vincit mūdū. Et hec est victoria que vincit mūdū fides nostra. Quis est aūt qui vincit mūdū: nisi qui credit:qm̄ iesus é filius dei? Hic est qui venit p aquā ꝛ sāguinē iesus christus. Nō i aq̄ solū:sz in aq̄ ꝛ sanguine. Et spūs é q testificat:qm̄ xp̄s est vitas. Q m̄ tres sūt q testimoniū dāt in celo:pater:verbū ꝛ spūs scūs:ꝛ hi tres vnū sunt. Et tres sunt q testimoniū dāt in terra:spūs: aqua ꝛ sāguis. Si testioniū hoim accipim⁹: testioniū dei maio⁹ é. Q m̄ hoc é testionū dei:qđ maius é: qz testificat⁹ est de filio suo. Qui credit in filium dei:habet testimoniū dei in se. Alla. ℣. In die resurrectionis mee dicit dñs precedam vos in galileam. Alla. ℣ Post dies octo:ianuis clausis stetit iesus in medio discipulox suoꝝ:ꝛ dixit pax vob. Scōm ioannē. xx. cap. In illo tēpoze:Cū esset sero die illa vna sabbatox:et fozes essent clause:vbi erant discipuli congregati propter metum iudeoꝝz:venit iesus ꝛ stetit in medio eoꝝm:ꝛ dixit eis: Pax vobis. Et cū hoc dixisset:ostendit eis manus ꝛ latus. Gauisi sunt ergo discipuli viso domino. Dixit ergo eis iterū: Pax vobis. Sicut misit me p̄:ꝛ ego mitto vos. Hec cum dixisset:insufflauit: et dixit eis:Accipite spirituz sanctuz:quoꝝm remiseritis peccata:remittunt eis: ꝛ quorum retinueritis: retēta sūt. Thomas aut̄ vnus de duodecim:qui dicitur didymus: non erat cum eis quando venit iesus. Dixerūt ergo ei alii discipuli:Vidimus dñm. Ille aut̄ dixit eis:Nisi videro in manibus eius fixuraz clauox:ꝛ mittam digitum meū in locū clauox:ꝛ mittam manum meam in latus eius: nō credā. Et post dies octo:itex erant discipuli eius intus: et thomas cum eis. Uenit iesus ianuis clausis:ꝛ stetit in medio:dixit eis: Pax vobis. Deinde dicit thome:Infer digitum tuum huc:ꝛ vide manꝰ meas:ꝛ affer manum tuaz:ꝛ mitte in latus meū:ꝛ noli esse incredul⁹ sed fidelis. Rñdit

thomas z dixit ei. Dñs me⁹ z de⁹ me⁹. Dixit ei ihesus. Quia vidisti me thoma credidisti: beati q nō viderūt: z crediderūt multa quidē z alia signa fecit ihesus in ꝯspectu discipulorꝝ suorꝝ: que nō sūt scripta in libro hoc. Hec autem scripta sunt vt credatis: quia ihesus est xp̄s filius dei. Et vt credētes vitā habeatis in nomine ei⁹. Offer Angelus dñi descēdit de celo: z dixit mulieribus: quem queritis? surrexit sicut dixit alla.

Suscipe munera Secre. Hōs dñe exultantis ecclesie: z cui causam tanti gaudij p̄stitisti: perpetuū fructū concede leticie. Ꝑ. Cōio. Mitte manū tuam: z cognosce loca clauoꝝ alla: z noli esse incredulus: sed fidelis alla alla. Postcōio.

Quesumus dñe deus nr̄ vt sacrosācta mysteria que p reparatiōis nostre munimine ꝯtulisti: z pñs nobis remediū cē facias z futurꝝ. p. Dñica.ij. post pascha. Intro.

Misericordia dñi plena est terra alla: verbo dei celi firmati sūt alla alla. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet laudatio. ℣ Gloria. Dio

Deus q in filij tui humilitate iacentē mūdū erexisti: fidelibus tuis ꝑpetuā ꝓcede leticiam: vt quos ꝑpetue mortis eripuisti casibus: gaudijs facias sēpiternis pfrui. Per. cūdem. Lectō epīe beati petri apli. j. ca. ij.

Carissimi: Christus passus est pro nobis: vobis relinquens exemplum: vt sequamini vestigia eius. Qui peccatū non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cū malediceret: nō maledicebat. Cum pateretur nō cōminabat. Tradebat aūt iudicanti se iniuste: qui peccata nostra ipe pertulit in corpe suo sup lignū: vt peccatis mortui iusticie viuamus: cuius liuore sanati estis. Erratis enim sicut oues errātes: sed conuersi estis nūc ad pastorē z episcopum animarꝝ vrarꝝ. Alla. ℣. Cognouerūt discipuli dñm ihesū in fractiōe panis. Alla. ℣ Ego sum pastor bon⁹: z cognosco oues meas: z cognoscūt me mee.

Scōm ioannem. x. cap. In illo tpe Dixit ihesus discipulis suis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor aiam suā dat p ouib⁹ suis. Mercēnarius autē z qui non est pastor: cuius nō sunt oues ꝑprie videt lupū venientē: z dimittit oues: z fugit: z lupus rapit z dispergit oues. Mercenna

rius autem fugit: qꝛ mercēna
rius est: ⁊ nō pertinet ad eum
de ouib⁹. Ego sū pastoꝛ bon⁹
et cognosco oues meas: et co-
gnoscūt me mee. Sicut nouit
me pr̄ ⁊ ego agnosco patrē: et
aiaꝫ meā pono ꝓ ouib⁹ meis.
Et alias oues habeo q̄ nō sūt
ex hoc ouili: ⁊ illas oportꝫ me
adducere: ⁊ vocē meā audiēt
Et fiet vnū ouile ⁊ vn⁹ pastoꝛ.
Offer. Deus deus me⁹ ad te de
luce vigilo: et in nomine tuo le-
uabo manus meas alla. Secre.
Benedictionē nobis do
mine conferat salutarē
sacra sp̄ oblatio vt qd̄ agit my
sterio: v̄tute ꝑficiat. p. Cōio.
Ego sum pastoꝛ bonus alla: et co
gnosco oues meas: ⁊ cognoscūt
me mee alleluia alla. Postcōio
Presta nob q̄s op̄s de⁹:
vt viuificatiōis tue gra
tiā cōsequentes: in tuo sp̄ mu
nere gloriemur. Per. Dnica
tertia post pascha. Introitus.
Iubilate deo omnis
terra alla: psalmū di-
cite nomini eius alla
date gloriā laudi ei⁹
alleluia alla alla. ps̄ Dicite deo
q̄ terribilia sunt opera tua dñe:
in multitudine virtutis tue men
tient̄ tibi inimici tui. ℣. Gloria.
Deus q errātibus Oio.
vt in viā possint redi-
re iustitie: veritatis tue lumē
ostēdis: da cūctis q christiana
ꝓfessiōe censent̄: ⁊ illa respuē
que huic inimica sūt nomini:
et ea que sunt apta sectari. p.
Lcō epl̄e bti petri apl̄i. j. ca. ij
Charissimi: obsecro vos
tanq̄ꝫ aduenas ⁊ pegri-
nos abstinere vos a carnalib⁹
desiderijs: que militāt aduer-
sus aīam. Cōuersatiōeꝫ vr̄aꝫ
inter gētes habētes bonā: vt i
eo qd̄ detractāt de vobis tāq̄ꝫ
de malefactorib⁹ ex bonis opi
bus vos ꝯsiderātes: glorificēt
deū in die visitatiōis. Subie-
cti estote oi humane creature
ꝓpter deū. Siue regi quasi p̄-
cellēti: siue ducib⁹ tanq̄ꝫ ab eo
missis: ad vidictā malefacto-
rū: laudē v̄o bonoꝝ. Quia sic
est volūtas dei: vt bñ faciētes
obmutescere faciatis: impru-
dētiā hoim ignorātiā. Quasi
liberi: ⁊ nō quasi velamē ha-
bētes malitie libertatē: sed si-
cut serui dei. Oēs honorate:
fraternitatē diligite. Deuꝫ ti-
mete: regē honorificate. Ser-
ui subditi estote in oi timore
dñis: nō tm̄ bonis ⁊ modestis
sed etiā discolis. Hec est enim
gr̄a: In christo iesu dño nr̄o.
Alla. ℣ Redēptionē misit do
minus ppl̄o tuo. Alleluia. ℣.
Oportebat pati christū et resur-

gere a mortuis: et ita intrare in gloriã suã. Scdz ioãnẽ. xvj. ca.

In illo tẽpe: Dixit iesus discipulis suis: Modicũ ⁊ iã nõ videbitis me: ⁊ iterũ modicũ ⁊ videbitis me: qꝛ vado ad patrez. Dixerũt ergo ex discipulis eiꝰ ad inuicẽ Quid ẽ hoc qđ dicit nob̃ modicũ ⁊ nõ videbitis me: ⁊ iterũ modicũ ⁊ videbitis me: et qꝛ vado ad patrẽ? Dicebãt ergo. Quid est hoc qđ dicit nobis modicũ? Nescimꝰ qd loqtur. Cognouit autez iesus qꝛ volebãt eũ interrogare: et dixit eis. De hoc q̃ritis iter vos qꝛ dixi: modicũ ⁊ nõ videbitꝫ me: ⁊ iterũ modicũ ⁊ videbitis me. Amẽ amẽ dico vobis: quia plorabitis ⁊ flebitꝫ vos: mundus autẽ gaudebit: vos autẽ cõtristabimini: sed tristicia vestra vertetur in gaudium. Mulier cum parit tristiciã habet: qꝛ venit hora eius. Cũ autẽ peperit puerũ: iã nõ meminit pressure ꝓpter gaudiũ: qꝛ natus est hõ in mũdũ. Et vos igit̃ nũc qdẽ tristiciaz habetꝫ. Iterꝫ aũt videbo vos ⁊ gaudebit cor vestrũ: ⁊ gaudiũ vestrũ nemo tollet a vob̃. Offer. Lauda anima mea dñz laudabo dñm in vita mea: psallã deo meo q̃diu ero alla. Secr.

Nis nobis dñe mysteriis cõferatur: quo terrena desideria mitigãtes: discamus amare celestia. Per do. Cõio. Modicum ⁊ nõ videbitis me alla: iterũ modicum ⁊ videbitis me: quia vado ad patrez alleluia alleluia. Postcõmuio

Sacramẽta que sumpsimus dñe: q̃s spũalibus nos instruant alimẽtis: ⁊ corporalibus tueant̃ auxilijs. p. Dñica. iiij. post pascha Inir.

Cantate dño cãticum nouũ alla: qꝛ mirabilia fecit dñs alla: ante ꝯspectũ gẽtiũ reuelauit iustitiã suã alla ala. ꝑ Saluauit sibi dexterã eiꝰ: ⁊ brachiuz sanctum eius. ℣. Gloria. Oio.

Deus qui fideliũ mẽtes vnius efficis volũtatis da ppl̃is tuis id amare qđ ꝑcipis: id desiderare qđ ꝓmittꝫ: vt inter mũdanas varietates ibi nostra fixa sint corda: vbi vera sunt gaudia. p. Lectio epl̃e beati iacobi apl̃i. j. cap.

Charissimi: Omne datũ optimũ: ⁊ oẽ donũ ꝑfectũ desursũ est: descẽdẽs a pr̃e luminũ: apud quẽ nõ est trãsmutatio: nec vicissitudis obumbratio. Volũtarie eni genuit nos verbo v̄itatis: vt simus initiũ aliqđ creature eiꝰ

Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autē oīs hō velox ad audiēdū: tardus aūt ad loq̄ndū: & tardus ad irā. Ira enīz viri iustitiā dei nō operatur. Propter qđ abiciētes omnē īmūdiciā & abundantiā malicie: in māsuetudine suscipite īsitū verbū qđ potest saluare animas vestras. Alleluia. Dextera dei fecit virtutē: dextera dñi exaltauit me. Alleluia. Christus resurgēs ex mortuis iam nō morit: mors illi vltra nō dñabit. Scđz ioānē. xvj. cap.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis: Vado ad eū q me misit: & nemo ex vob interrogat me quo vadis. Sz q̄ hec locut⁹ sum vobis: tristicia impleuit cor vestrū. Sed ego veritatē dico vobis: expedit vob vt ego vadā. Si enīz nō abiero: paraclitus non veniet ad vos. Si autem abiero mittā eū ad vos. Et cuz venerit ille arguet mūdū de pctō: & de iustitia: & de iudicio. De pctō quidē: q̄ nō crediderūt in me. De iustitia vo: quia ad patrē vado: & iā nō videbitis me. De iudicio autē: q̄ prīceps huj⁹ mūdi iā iudicatus est. Adhuc multa habeo vob dicere: sed nō potestis portare modo. Cum aūt venerit ille spūs vitatis: docebit vos oēm veritatē. Nō enim loquet a semetipso: sz quecūq̄z audiet loquet: & q̄ ventura sunt annūciabit vobis. Ille me clarificabit: q̄ de meo accipiet: & annūciabit vobis. Offer. Jubilate deo vniuersa terra: iubilate deo vniuersa terra: psalmū dicite nomini eius: venite & audite et narrabo vobis omnes qui timetis deum quanta fecit dominus anime mee alleluia. Secreta.

Deus q nos p hui⁹ sacrificij venerāda cōmercia vnius sūmeq̄z diuinitatis participes esse fecisti: pst̄a q̄s vt sicut tuā cognouim⁹ vitatē: sic eā dignis morib⁹ asseqūmur. p. Cōio. Cū venerit paraclitus spūs veritatis: ille arguet mundū de pctō & de iustitia & de iudicio alleluia. Postcōmūio.

Adesto nobis dñe deus nr̄: vt p hec q̄ fidelr sūpsim⁹: & purgemur a vitijs: et a piculis oībus exuamur. p. Dñica. v. post Pascha Intro.

Voce iocūditatis annunciate: et audiatur alla: annūciate vsq̄z ad extremū terre: liberauit dñs pp̄lm suū alla alla. ℣. Jubilate deo omnis terra: psalmū dicite nomini eius: date gloriam laudi eius. ℣. Gloria.

Deus a quo bona Oro.
cũcta ꝓcedunt: largire
supplicib⁹ tuis: vt cogitem⁹
te ispirãte: q̃ recta sũt: ⁊ te gu
bernãte eadẽ faciam⁹. Per.
Epl̃a bti iacobi apl̃i. j. capl̃o.
Charissimi: Estote facto/
res v̄bi: ⁊ non auditores
tm̃ fallẽtes vosmetipsos: quia
si quis auditor est verbi: ⁊ nõ
factor: hic cõparabit̃ viro cõ
siderãti vultũ natiuitatis sue
in speculo. Cõsiderauit enim
se ⁊ abijt: ⁊ statim oblitus est
qualis fuerit. Qui aũt perspe
xerit in lege ꝑfecte libertatis:
⁊ ꝑmãserit in ea: non auditor
obliuiosus factus: sed factor
operis: hic beat⁹ in facto suo
erit. Si qs aũt putat se religi/
osum esse: nõ refrenãs linguã
suã: sed seducẽs cor suũ: hui⁹
vana est religio. Religio mũ
da ⁊ imaculata apd̃ deũ ⁊ pa/
trẽ hec est: visitare pupillos ⁊
viduas in tribulatiõe eoꝝ: et
ĩmacl̃atũ se custodire ab hoc
scl̃o. Alla. ℣. Surrexit xp̃s ⁊ il
luxit nobis: quos redemit san/
guine suo. Alla. ℣. Exiui a pa/
tre: ⁊ veni in mũdũ: iterũ relin/
quo mũduꝫ: ⁊ vado ad patrem.
Scd̃m ioannẽ. xvj. cap.
In illo tp̃e: Dixit iesus di
scipulis suis: Amen amẽ dico
vobis: siqd petieritis patrem
in noĩe meo dabit vob̃. Usq̃
modo nõ petistis qcq̃ in noĩe
meo. Petite ⁊ accipietis: vt
gaudiũ vestrũ sit plenũ. Hec
in ꝓuerbijs locutus sum vob̃
vẽit hora cũ iã nõ in ꝓuerbijs
loquar vobis: sed palã de pr̃e
meo ãnũciabo vob̃. Illo die
in noĩe meo petetꝫ. Et nũc di
co vobis: qꝛ ego rogabo pr̃ez
de vobis. Ipse enim pr̃ amat
vos: qꝛ vos me amastis: ⁊ cre/
didistis: qꝛ a deo exiui. Exiui
a patre ⁊ veni in mũdũ: iterũ
relinquo mũdum: ⁊ vado ad
patrẽ. Dicũt ei discipuli eius.
Ecce nũc palã loqueris: ⁊ ꝓ/
uerbiũ nullum dicis. Nũc sci
mus qꝛ scis oĩa: ⁊ nõ opus est
tibi: vt quis te interroget. In
hoc credimus: qꝛ a deo existi.
Offer. Benedicite gentes dñm
deũ nostrum: ⁊ obaudite vocem
laudis eius: qui posuit animam
meã ad vitã: ⁊ nõ dedit cõmoue
ri pedes meos: benedict⁹ dñs q
nõ amouit deprecationẽ meã: et
misericordiã suaꝫ a me alleluia.
Secr̃.
Suscipe dñe fide/
lium preces cũ oblatio/
nibus hostiaꝝ: vt per hec pie
deuotionis officia: ad celestez
gloriã trãseam⁹. Per. Cõio.
Cantate dño alla: cantate dño ⁊
bñdicite nomen eius: bene nun/
ciate de die in diẽ salutare ei⁹ alla

TRibue Postcom. alla. nobis dñe celestis mēse vtute saciatis: t desiderare q̄ recta sūt: t desiderata pcipe. Per. In letanijs maioribus. Statio ad scm̄ petrū. Introi. EXaudiuit de templo sancto suo vocē meā alla: t clamor meus in cōspectu eius introiuit in aures ei⁹ alla alla. ℣. Diligaz te dñe fortitudo mea domin⁹ firmamētū meū: t refugiū meū: t liberator me⁹. ℟. Gloria. In hoc officio non dicit Gloria i excelsis deo: neq; Credo in vnum deuz. Oratio. RESta q̄s op̄s de⁹: vt q̄ i afflictiōe nr̄a de tua pietate confidim⁹: ptra aduersa oia tua sēp protectōe muniamur. Per. Epla beati iacobi apli. v. ca. KArissimi: Cōfitemini alterutrū pctā vra: t ora te pro inuicem: vt saluemini. Multū enim valet depcatio iusti assidua. Helias hō erat similis nobis passibilis: t oratiōe orauit: vt nō plueret sup terrā: t nō pluit annos tres t mēses sex. Et rursuz orauit: t celū dedit pluuiaz: t terra dedit fructū suū. Si quis autez ex vobis errauerit a veritate: t querterit q̄s eū: scire debet q̄m q̄ cōuerti fecerit pctōrem ab errore vie sue: saluabit animam ei⁹ a morte: t opit multitudinem pctōrum. Alla. ℣. Cōfitemini dño: quoniā bonus: quoniā in scm̄ misericordia ei⁹. T Scōm lucam. xj. capto. IN illo tpe: Dixit iesus discipulis suis: Quis vestrū habebit amicū: t ibit ad illū media nocte: t dicet illi. Amice accōmoda mihi tres panes: q̄m amicus me⁹ venit de via ad me: t nō habeo q̄d ponam ante illū. Et ille deint⁹ respōdens dicat: Noli mihi molestus esse: iam ostiū meū clausum est: t pueri mei mecū sūt in cubili: nō possum surgere t dare tibi. Et ille si pseuerauerit pulsans: dico vobis: t si nō dabit illi surgēs: eo q̄ amicus ei⁹ sit: ppter improbitatez tm̄ ei⁹ surget: t dabit illi: quot quot habz necessarios. Et ego dico vobis. Petite t dabitur vobis: querite t inuenietis: pulsate t aperiet vobis. Omis enim q̄ petit accipit: t q̄ querit inuenit: t pulsanti aperiet. Quis autē ex vobis patrē petit panē: nūq̄d lapidē dabit illi. Aut piscē: nūq̄d p piscē dabit illi serpētē? Aut si petierit ouū: nunq̄d porriget illi scorpionē? Si ergo vos cum sitis mali: nostis bona data dare

filijs vestris: quāto magis pa
ter vester de celo dabit spiritū
bonū petētibus se. Offer. Cō
fitebor dño nimis in ore meo: et
in medio multoꝝ laudabo eum
qui astitit a dextris pauperis: vt
saluū faceret a pseq̄ntib⁹ aīaꝫ me

Hec mu Secre am alla.
nera q̄s dñe: ⁊ vincula
nostre prauitatis absoluāt: et
tue nobis misericordie dona
cōcilient. Per. Coio. Petite
et accipietis: querite ⁊ inuenietꝫ
pulsate ⁊ aperiet vobis: omnis
enim qui petit accipit: ⁊ qui que
rit inuenit: ⁊ pulsāti aperiet alla.

Vota nostra Postcōio
qm̄s dñe pio fauore ꝓ
sequere: vt dū dona tua in tri
bulatiōe ꝑcepimus: de conso
latione nostra i tuo amore cre
scam⁹. Per. In vigilia ascē
sionis dñi: officiū misse ⁊ ora
tiones dicunt de dominica p̄
terita: preter epistolā ⁊ euage
lium vt infra. Si v̄o in dicta
vigilia fuerit aliquod festum
simplex: fit de ipso festo tm̄ cō
memoratio in missa. Q̄ si fue
rit festū solēne: missa dicit de
festo: ⁊ fit cōmemoratio de vi
gilia. Si aūt fuerit festum du
plex: de eodē fit missa: ⁊ nulla
cōmemoratio de vigilia. Epi
stola ad ephesios. Fratres:
vnicuiq; vestrum. folio. 197.

Scōm ioannem. xvij. capl̄o.

In illo tempore: Suble
uatis iesus oculis in ce
lum dixit: Pater venit hora
clarifica filiuꝫ tuum: vt filius
tuus clarificet te. Sicut dedi
sti ei potestateꝫ omnis carnis:
vt omne quod dedisti ei: det
eis vitam eternaꝫ. Hec est au
tem vita eterna: vt cognoscāt
te solum deum verum: et quē
misisti iesum christum. Ego
te clarificaui super terram: o
pus consummaui: quod dedi
sti mihi vt faciam. Et nūc cla
rifica me tu pater apud te
metipsum claritate quam ha
bui: priusq̄ꝫ mundus esset a
pud te. Manifestaui nomen
tuum hominibus: quos dedi
sti mihi de mūdo. Tui erant:
⁊ mihi eos dedisti: ⁊ sermonē
tuum seruauerunt. Et nunc
cognouerūt: quia omnia que
dedisti mihi abs te sunt: quia
verba que dedisti mihi: dedi
eis. Et ipsi acceperunt et co
gnouerunt vere: quia a te exi
ui: ⁊ crediderūt q̄ tu me misi
sti. Ego pro eis rogo: nō pro
mundo rogo: sed ꝓ his quos
dedisti mihi: quia tui sūt. Et
mea oīa tua sūt: ⁊ tua mea sūt
et clarificat⁹ sum in eis. Et iā
nō sum in mūdo. Et hi in mū
do sunt. Et ego ad te venio.

In festo ascēsiōis dñi. Introi.



Viri galilei quid admiramini aspiciētes in celū alla: quēadmoduz vidistis eum ascendentez in celum: ita veniet alla alla alla. ℣. Cumqz intuerētur in celū euntē illum: ecce duo viri astiterūt iuxta illos in vestibus albis: qui z dixerūt. ℟. Alla. Oracio. Oncede qs o ps deus: vt qui hodierna die vnigenitū tuū redēptoreꝫ nostrū ad celos ascēdisse credimus: ipsi quoqz mēte in celestib⁹ habitem⁹. Per eūdē. Lcō actuū aplox .j.ca. Primū quidē sermonez feci de oib⁹ o theophile: que cepit iesus facē z docere vsqz in diē qua precipiens aplis p spm̄ sanctū quos elegit assumptus est. Quib⁹ z prebuit seipm vivū post passionē suā in multis argumētis pdies quadragita apparēs eis: et loqns de regno dei. Et cōuescens p cepit eis ab hierosolymis ne discederēt: sed expectarent promissionē patris: quā audistis inqt p os meū. Quia ioānes quidē baptizauit aqua: vos autē baptizabimini spū sancto: nō post multos hos dies. Igitur qui cōuenerant interrogabant eum dicentes: Dñe si in tempoze hoc restitues regnum israel? Dixit autez eis: Non est vestrū nosse tempora vel momenta: que pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutē superueniētis spiritus sancti in vos: z eritis mihi testes in hierusalē z in omni iudea z samaria: z vsqz ad vltimū terre. Et cū hoc dixisset: videntibus illis eleuatus est: z nubes suscepit eū ab oculis eoꝝ. Cumqz intuerent in celum euntem illum: ecce duo viri steterunt iuxta illos in vestibus albis: qui z dixerunt: Viri galilei: quid statis aspicientes in celum. Hic iesus qui assumptus est a vobis in celū: sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celum. ℟. Alla. ℣. Ascēdit deus

in iubilatiõe: ⁊ dominus in voce tube. Alleluia. ℣ Dominus in syna in sancto: ascendens in altũ captiuam duxit captiuitatem.

Scõm marcũ. xvj. caþ.

In illo tempore: Recũbẽtibus vndecim discipulis: apparuit illis ihesus: ⁊ exprobrauit incredulitatẽ illorũ: et duriciam cordis: quia hi qui viderãt eũ resurrexisse a mortuis nõ crediderant. Et dixit eis: Euntes in mũdũ vniuersum: predicate euangeliũ omni creature: Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit: saluus erit. Qui vo nõ crediderit: cõdẽnabit. Signa autem eos qui crediderint hec sequent. In nomine meo demonia eiciẽt: linguis loquent nouis: serpẽtes tollent. Et si mortiferũ qd biberint: nõ eis nocebit. Super egros manꝰ imponẽt: ⁊ bene habebũt. Et dñs quidẽ ihesus postq̃ locutus est eis: assumptus est in celũ: ⁊ sedet a dextris dei. Illi aũt profecti predicauerũt vbiq; dño cooperante: ⁊ sermonẽ confirmãte: sequẽtibus signis. Offert. Viri galilei quid admiramini aspiciẽtes in celũ: hic ihesus qui assumptus est a vobis in celũ sic veniet quemadmodum vidistis eũ ascẽdentem in celum alla. Secreta

Suscipe dñe munera q̃ pro filij tui gliosa ascensione deferimus: ⁊ cõcede propitius: vt a psentib⁹ piculis liberemur: ⁊ ad vitã pueniam⁹ eternã. Per eũdẽ. Prefatio Per christũ dñm nr̃m. Qui post resurrectõez suã. fol. 102 Et dicit quotidie vsq; ad vigiliam penthecostes exclusiue. Infra actionẽ. Cõmunicantes ⁊ diem sacratissimũ cele. fol. 102. Et dicit p octauã tm̃. Cõio. Psallite dño qui ascẽdit super elos celor ad orientẽ alla. Presta nobis Postcõ. q̃s ops ⁊ misericors deus: vt q visibilib⁹ mysterijs sumenda pcepimus: inuisibili consequamur effectu. Per. Infra octauã ascẽsionis quotidie dicit missa de ascẽsione: nisi festum occurrat: preterq̃ de dñica que infra occurrit. Dñica infra acta. ascẽ. Introi.

Exaudi dñe vocẽ meã qua clamaui ad te alleluia: tibi dixit cor meũ quesiui vultum tuum: vultũ tuũ dñe requiram: auertas faciẽ tuã a me alla alla. ℣ Dñs illuminatio mea ⁊ salus mea quẽ timebo. ℣ Glia. Oio

Omnipotẽs sempiterne deus: fac nos tibi semp et deuotã gerere voluntatez:

et maiestati tue sincero corde seruire. ℣. Epla beati petri Carissi. apli. j. cap. iiij. mi: Estote prudentes et vigilate in orationibus: ante oia autẽ mutuã in vobismet/ ipsis charitatẽ cõtinuã habẽtes: qa charitas operit multitudinẽ peccatorz. Hospitales inuicem sine murmuratione Unusquisqz sicut accepit gratiam in alterutrũ illã administrantes: sicut boni dispẽsatores multiformis gre dei. Si quis loqtur quasi sermones dei. Si qs ministrat tanqz ex virtute: quã administrat deꝰ: vt in omnibꝰ honorificet deꝰ: per iesum christũ dñm nrm. Alla. ℣. Regnabit dñs super oẽs gẽtes: deus sedet super sedẽ sanctã suam. Alla. ℣. Nõ vos relinquã orphanos: vado et venio ad vos z gaudebit cor vm. Scõm ioannẽ. xv. cap. In illo tẽpe: Dixit iesus discipulis suis: Cum venerit paraclitus quẽ ego mittã vobis a patre spiritũ veritatis: qui a patre procedit: ille testimoniũ perhibebit de me. Et vos testimoniũ perhibebitis qz ab initio mecuz estis. Hec locutus suz vobis vt nõ scandalizemini. Absqz synagogis facient vos. Sed venit hora: vt ois qui interficit vos arbitretur obsequiũ se pstare deo. Et hec facient vobis: qz nõ nouerũt patrẽ neqz me. Sz hec locutus sũ vobis: vt cũ venerit hora eoz reminiscamini: qz ego dixi vob. Offer. Ascẽdit iesus in iubilatione: z dns in voce tube alla. Secreta. Sacrificia nos dñe imaculata purificẽt: et mẽtibꝰ nostris supne gre dent vigorẽ. p. Cõio. Pater cũ essem cum eis: ego seruabã eos quos dedisti mihi alleluia: nũc aũt ad te venio: nõ rogo vt tollas eos de mũdo: sed vt serues eos a malo alla alla Repleti dñe Postcõio. muneribꝰ sacris: da qs vt in gratarũ sp actiõe maneamus. Per. Die veneris post octauã ascẽsiõis: si festũ nõ fuerit misse addit de dñica pteria. In vigilia pẽth. post tertiã hora cõpetẽti fres quemẽtes ad eccliã dicũt sextã q cõpleta sacerdos et ministri induti: z facta reuerẽtia ante altare: i loco suis sedẽt. Postea legũt pphetie sine titulo. In fine pphetiarũ dicunt orõcs sine Flectamus genua leuate Prophetie oẽs z tractꝰ dicuntur de sabbo sctõ. Prophetia prima Tentauit deus abraã. fol. 89. q finita sacerdos dicit

DEus qui in abrae Oro
famuli tui ope huma/
no generi obediētie exempla
prebuisti: ꝯcede nobis et no/
stre volūtatis prauitatē fran/
gere: ⁊ tuorum preceptorum
rectitudinem in oibus adim
plere. p. Prophetia secūda.
Factū est in vigilia matutina
et ecce. fol. 89. Tractus. Can
temus dño gloriose eni. fol. 89.
DEus qui in pri Oro.
mis tēporibus impleta
miracula noui testamēti luce
reserasti: vt ⁊ mare rubrū for/
ma sacri fōtis existeret: et libe
rata plebs ab egyptiaca ser/
uitute: christiani ppl̄i sacr̄a ꝓ
ferret: da vt oēs gentes israe/
lis priuilegiū merito fidei cō/
secute: spūs tui participatiōe
regeneremur. Per. in vnita/
te eiusdē. Prophetia tertia.
Scripsit moyses. fol. 92. Tra
ctus. Attende celum. fol. 92.
DEus glorificatio Oro
fideliū: ⁊ vita iustoꝝ: q
per moysen famulū tuuz nos
quoqz modulatione sacri car
minis erudisti: vniuersis gēti
bus misericordie tue munus
operare tribuēdo beatitudi/
nem: auferēdo terrorē: vt qd̄
ꝓnunciatū est ad suppliciuz:
i remediū trāsferat eternū. p
Prophetia quarta. Appꝑhen
dent septez mulieres. fol. 91.
Tractus. Uinea facta ē. fol. 91
OMnipotēs sem Oro.
piterne deꝰ: qui ꝑ vni/
cum filiū tuū ecclesie tue de/
monstrasti te esse cultorez: vt
omnē palmitē fructū in eodē
christo tuo: qui vera vitis est
afferentē clementer excolēs:
fructus afferat ampliores fi/
delibus tuis: quos velut vine
am ex egypto per fontez ba/
ptismi transtulisti: nulle pec/
catoꝝ spine preualeāt: vt spi/
ritus tui sanctificatiōe muni/
ti: ꝑpetua fruge ditent̄. Per.
in vnitate eiusdē. Prophe/
tia quinta. Audi israel man/
data vite. fol. 90. Oro
DEus qui nobis ꝑ pro/
phetarū ora p̄cepisti tēpora/
lia relinquere: atqz ad eterna
festinare: da famulis tuis: vt
que a te iussa cognouimꝰ: im
plere celesti inspiratiōe vale
amus. per. Prophetia sexta.
Facta est sup me manꝰ. fo. 90
DOmine deus Oratio.
virtutum: qui collapsa
reparas: ⁊ reparata cōseruas
auge ppl̄os in tui nois sancti
ficatione renouandos: vt oēs
qui sacro baptismate diluun
tur: semꝑ tua inspiratiōe diri/
gant̄. p. His finitis descēden
do ad fontes cantat̄ tractus.

Sicut ceruus. fol. 93. Deinde ad fontes dicit Dñs vobiscũ

CR Et cũ spũ tuo. Oro.

Concede q̃s op̃s de⁹: vt qui solẽnitatẽ doni sancti spiritus colimus: celestibus desiderijs accensi: fontẽ vite sitiamus. Per. in vnitate eiusdẽ. Deinde ꝓcedit ad bñdictionẽ fontiũ. Ubi v̄o nõ fuerint fontes: tractus ⁊ oro ⁊ benedictio fontiũ ꝑtermittunt: sed finita oratiõe Dñe deus v̄tutũ. sacerdos casula deposita: cuz ministris ante altare ꝓcũbit: ⁊ fr̃es alij stant erecti: ⁊ cãtantur letanie a duob⁹ fratribus in medio chori: vtroqz choro idem simul rñdẽte. Peruento autẽ ad Peccatores: te rogamus audi nos. sacerdos et ministri ad vestiariũ reuertẽtes: solẽniter induunt: ⁊ luminaria circa altare accendunt Peruẽto aũt ad Kyrieleysõ letaniarum: Kyrieleyson ꝑ missa solẽniter incipit. Quo incepto sacerdos de vestiario cũ ministris rediẽs: facit confessionẽ debitã in loco cõsueto. Et ascẽdẽs postmodũ ad altare: finito Kyrieleison: incipit solenniter Gloria in excelsis deo. Et cãpana pulsat.

PResta q̃s op̃s de Oro.

us: vt claritatis tue sup nos splendor effulgeat: et lux tue lucis corda eoꝝ: q ꝑ gr̃am tuã renati sunt: spũs scti illustratiõe ꝯfirmet. Per. in vnitate eiusdẽ. Lcõ actuũ aplorꝝ xix. cap.

IN dieb⁹ illis: Factũ est aũt cũ apollo esset corinthi: ⁊ paulus peragratis supiorib⁹ ptibus: veniret ephesũ: ⁊ inueniret quosdã de discipulis: dixit ad eos Si spiritũ scm̃ accepistis: credentes? At illi dixerũt ad eũ. Sed neqz si spiritus sanctus ẽ audiuimus. Ille v̄o ait. In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt: In ioannis baptismate. Dixit autez paulus: Iohannes baptizauit baptismo penitentie populum dicens: In eum qui venturus est post ipsum vt crederẽt: hoc ẽ in iesum. His auditꝫ baptizati sũt in nomine domini iesu. Et cũ imposuisset illis manus paulus: spiritus sanctus venit super eos: ⁊ loquebantur variis linguis: et prophetabant. Erant autem omnes viri fere duodecim. Introgressus autem paulus in synagogaz cũ fiducia loquebat̃ per tres menses: disputãs ⁊ suadẽs de regno dei. Deinde a duobus fratribus dicit Alla. et chor⁹ repetit Alla. postea sequit ℣.

Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculū misericordia eius. Quo a duob⁹ fratribus predictis decātato nō repetitur Alla, sed immediate dicitur tractus. Laudate dominum omnes gentes: ⁊ collaudate eū omnes populi. ℣. Quoniam cōfirmata est super nos misericordia eius ⁊ veritas domini manet in eternū. Ad euangelium nō portant luminaria: sz incensum tm. Sedm ioānem

In illo xiiij. capitulo.

In tēpore: Dixit iesus discipulis suis. Si diligitis me: mādata mea seruate. Et ego rogabo patrem: ⁊ alū paraclitū dabit vob: vt maneat vobiscum in eternum spūm veritatis: quem mūdus non potest accipere: quia non videt eum: nec scit eum. Vos autem cognoscetis eū: quia apō vos manebit: ⁊ in vobis erit. Nō relinquam vos orphāos veniam ad vos. Adhuc modicum: ⁊ mundus iam me nō videt. Vos autem videbitis me: qz ego viuo: ⁊ vos viuetis In illo die vos cognoscetis: quia ego sum in patre meo: et vos in me: ⁊ ego in vob. Qui habet mandata mea ⁊ seruat ea: ille est q diligit me. Qui autem diligit me: diligetur a patre meo: ⁊ ego diligam eū: et manifestabo ei meipsum.

Offerto. Emitte spiritum tuum ⁊ creabūtur: ⁊ renouabis faciem terre sit gloria domini in secula alleluia. Secreta.

Munera quesumus domine oblata sanctifica: ⁊ corda nostra sancti spiritus illustratione emūda. Per. in vnitate eiusdem. Prefatio. Per christū dominū nostrum. Qui ascendens super omnes celos. fol. 102. Infra actionem. Cōmunicantes ⁊ diem sacratissimū celebrantes. folio. 102. Alia infra actione. Hanc igit oblationem seruitutis nostre. folio. 102. Et dicuntur per totam octauam. Cōio. Ultimo festiuitatis die dicebat iesus: qui in me credit flumina de ventre eius fluent aque viue: hoc autez dixit de spiritu quem accepturi erant: credentes in eum alleluia alleluia. Postcommunio.

Sancti spiritus domine corda nostra mundet infusio: ⁊ sui roris intima aspersione fecundet. Per dominū nostrum iesum christum filiū tuum: qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate eiusdem spiritus sancti deus: per omnia secula seculorum. Amen. Et dicitur nona post missam.

In die penthecostes. Statio ad sanctū petrū. Introitus.



SPiritus domini replevit orbē terrarū alla: & hoc qō continet oīa sciētiā habet vocis alla alla alla. ℣. Omnium est enim artifex: oēm hīs virtutem: oīa pspicies. ℣. Gloria pri. DEus q hodierna die corda fideliū sancti spūs illustratione docuisti da nob in eodē spū recta sape: et de ei⁹ semp psolatiōe gaudere. Per. in vnitate eiusdem. LEcō actuū apl̄oz. ij. ca. IN dieb⁹ illis: Dū complerentur dies penthecostes: erāt oēs discipli pariter i eodē loco. Et fact⁹ est repēte de celo sonus: tanq̄ aduenientis spūs vehementis: & replevit totam domum: vbi erant sedētes. Et apparuerunt illis dispartite lingue tanq̄ ignis: seditq; supra singulos eorū. Et repleti sunt omnes spū sancto & ceperūt loq varijs linguis: put spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autem in hierusalem habitātes iudei: viri religiosi: ex omni natiōe que sub celo est. Facta autem hac voce: conuenit multitudo: & mēte confusa est: quoniam audiebat vnusquisq; lingua sua illos loquētes. Stupebāt autē oēs & mirabant dicētes: Nōne ecce oēs isti qui loquūtur galilei sūt? Et quō nos audiuimus vnusqsq; linguā nrā in qua nati sumus. Parthi & medi & elamite: & q habitant mesopotamiā: iudeā & cappadociā: pontū: & asiā: phrygiā & pāphiliaz: egyptū & partes lybie: que est circa cyrenem & aduenientes romani: iudei quoq; & pseliti: cretes & arabes audiuimus eos loquentes nrīs linguis magnalia dei. Alla. ℣. Emitte spiritū tuū & creabunt & renouabis faciē terre. Alla. ℣. Veni sancte spūs reple tuoꝝ corda fidelium: et tui amoris in eis ignem accēde. Sequentia.

SAncti spiritus assit nobis gra. Que corda nra sibi

faciat habitacula. Expulsis in-
de cunctis vitijs spiritalib⁹. Spi
ritus alme illustrator omnium.
Horridas nostre mētis purga-
tenebras. Amator sancte sensa-
tor semp cogitatuū. Infunde
vnctionē tuā clemens nr̄is sensi
bus. Tu purificator omniū fla-
gitiorum spūs. Purifica nostri
oculuz interioris hominis. Ut
videri supremus genitor possit a
nobis. Mundi cordis quez so-
li cernere possunt oculi. Pro-
phetas tu inspirasti: vt preconia
xp̄i precinuissent inclyta. Apo-
stolos ꝯfortasti vti tropheū xp̄i
per totū mūdū veherēt. Quan
do machinā per verbū suū fecit
deus celi terre mariuz. Tu sup
aquas foturus eas: numē tuum
expandisti spiritus. Tu anima-
bus viuificādis aquas fecūdas.
Tu aspirādo da spiritales eē ho
mines. Tu diuisuz per linguas
mūdū ⁊ ritus adunasti domine.
Idolatras ad cultuz dei reuo-
cas magistrorū optime. Ergo
nos supplic̄tes tibi exaudi pro-
pitius sancte spūs. Sine quo p̄-
ces oēs casse credunt̄ ⁊ indigne
dei auribus. Tu qui omniū se-
culorum sanctos. Tu numinis
docuisti instinctu amplectendo
spirit⁹. Ipse hodie apostolos
christi. Donans munere inso-
lito et inaudito cunctis seculis.
Nūc diez gloriosū fecisti. amē.

Alia sequentia infra octauā.

Veni sancte spūs: ⁊ emitte
celit⁹ luc̄ tue radiū. Ve
ni pater pauperū: veni dator mu
nerū: veni lumen cordiū. Con-
solator optime: dulc̄ hospes a-
nime: dulce refrigeriū. In la-
bore requies: in estu temperies
in fletu solatiū. O lux beatissi-
ma: reple cordis intima: tuor fi-
deliū. Sine tuo numine: nihil
est in homine: nihil est innoxiuz.
Laua quod est sordidum: riga
quod est aridum: sana quod est
saucium. Flecte quod est rigi-
dū: foue quod est frigiduz: rege
quod est deuiū. Da tuis fideli-
bus: in te cōfidentibus sacruz se-
ptenariū. Da virtutis meritū:
da salutis exitū: da ꝑhēne gaudi
um. Amē. Scd̄m ioannē. xiiij.

In illo tp̄e: Dixit cap.
Iesus discipulis suis. Si
qs diligit me: sermonē meuz
seruabit. Et pater meus dili-
get eum: et ad eum veniemus
⁊ mansionez apud eum facie
mus. Qui non diligit me: ser
mones meos non seruat. Et
sermonem quem audistis nō
est meus: sed eius q̄ misit me
patris. Hec locutus sum vob̄
apud vos manens. Paracly
tus aūt spiritus sanctus: quē
mittet pater in nomine meo

ille vos docebit oia: z suggeret vobis oia quecūq; dixero vobis. Pacem relinquo vob pacē meā do vobis. Nō quō mūdus dat: ego do vob. Nō turbet cor vestrū: neq; formidet. Audistis q; ego dixi vob vado z venio ad vos. Si diligeretis me: gauderetis vtiq; q; vado ad patrez: quia pater maior me est. Et nūc dixi vobis priusq; fiat: vt cū factū fuerit credatis. Jam non multa loquar vobiscū. Venit enim princeps mūdi huius: z in me nō habet quicq;. Sed vt cognoscat mūdus: q; diligo patrem z sicut mādatū dedit mihi p; sic facio. **Offert.** Cōfirma hoc deo quod operatus es in nobis: a tēplo tuo quod est in hierlm tibi offerrent reges munera alla.

MUnera qs dñe **Secre.** oblata sclifica: z corda nra sācti spūs illustratōe emūda. Per. in vnitate eiusdem. **Coio.** Factus est repēte de celo sonus aduenientis spūs vehemētis: vbi erāt sedētes alla: z repleti sūt omnes spiritu sancto: loquētes magnalia dei alleluia alleluia.

SAncti spiritus domine corda nostra mundet infusio: z sui roris intima aspersiōe fecūdet. Per do. in vnitate eiusdem.

Infra octa. penth. non fit de alio aliquo festo: sed post octauam celebrantur. Feria secunda. Statio ad sanctuz petrum ad vincula. Introitus.

GIauit eos ex adipe frumenti alleluia: et de petra melle saturauit eos alle. alle. alla. ps. Exultate deo adiutori nro: iubilate deo iacob. ℣. Glia. **Oio.**

DEus qui apostolis tuis sanctū dedisti spiritu: p̄cede plebi tue pie petitiōis effectū: vt quib⁹ dedisti fidem largiaris z pacē. Per. in vnitate eiusdem. **Lectio actuum apostolorum. x. capitulo.**

IN diebus illis: Aperiens petrus os suū dixit. Viri fratres z patres: nobis p̄cepit dñs p̄dicare pplo testificari: q; ipse est q̄ constitut⁹ est a deo: iudex viuo⁹ z mortuo⁹. Huic oēs pphete testimoniū phibēt remissionē peccato⁹ accipe per nomē ei⁹ oēs q credūt in eū. Adhuc loquēte petro verba hec: cecidit spūs sācti sup oēs q audiebāt vbū. Et obstupuerūt ex circūcisione fideles qui venerant cum petro: quia z in nationes grā spiritus sancti effusa est. Audiebant enim illos loquētes linguis: z magnificantes deum

Tunc respõdit petrus. Nunquid aquã quis phibere potest: vt nõ baptizent hi q spiritum sanctũ acceperũt sicut et nos? Et iussit eos baptizari in nomie dñi nostri iesu christi. Alla. ℣ Loquebant varijs linguis apostoli magnalia dei. Alleluia. ℣. Veni sancte spiritus. Anfra actauaz quotidie dicit sequentia scilicet Sancti spũs. vel Veni sãcte spiritus. fol.127

Scõm ioannem.iij. ca.

In illo tepe: Dixit iesus discipulis suis. Sic deus dilexit mũdũ: vt filiũ suũ vnigenitum daret: vt omnis qui credit in illũ nõ pereat: sed habeat vitam eternã. Nõ eni misit deus filiũ suum in mundũ vt iudicet mundũ: sed vt saluet mũdus per ipm. Qui credit in eũ nõ iudicat. Qui aũt nõ credit: iam iudicatus est: quia nõ credit in noie vnigeniti filij dei. Hoc est aũt iudiciũ: qa lux venit in mundũ: z dilexerunt homies magis tenebras q̃z lucẽ. Erãt eni opa eoz mala. Omnis eni qui male agit odit lucẽ: z nõ venit ad lucẽ: vt nõ arguant opa eius. Qui aũt facit veritatẽ: venit ad lucem: vt manifestent opa eius: quia in deo sũt facta. Offer. Intonuit de celo dñs z altissim9 dedit vocẽ suã: z apparuerũt fõtes aquarũ alla. Secre. Propitiare qmũs hec dona sanctifica: z hostie spiritalis oblatiõe suscepta: nosmet ipsos tibi pfice mun9 eternũ. Per. Cõio. Spiritus sanctus docebit vos alla: quecũq; dixero vobis alleluia alla. Postcõio. Adesto domine q̃s populo tuo: z quẽ mysterijs celestib9 imbuisti: ab hostium furoze defende. Per d. Feria.iij. Statio ad scãz anastasiam. Introitus

Accipe iocunditatem glorie vie alla: gras agẽtes deo alla: qui vos ad celestia regna vocauit alleluia alla alla. ℣ Attẽdite pple meus legẽ meã: inclinate aurem vestram in vba oris mei. ℣ Gloria. Adsit nobis qmũs Oio. dñe virtus spũs sancti que z corda nra clemẽter expurget: z ab oibus tueat aduersis. Per. i vnitate eiusdẽ.

Lectio actuũ apłoz. viij. cap.

In diebus illis: Cum audissent apli qui erãt hierosolymis: q̃ recepit samaria vbũ dei: miserũt ad eos petrũ et ioãnẽ. Qui cũ venissẽt oraverũt p ipsis: vt acciperẽt spiritũ sctm. Nõdũ eni in quẽq̃ illoruz venerat: sed baptizati

tm̃ erãt in noie dñi iesu. Tũc imponebãt manus sup illos: ⁊ accipiebant spm̃ scm̃. Alla ℣. Spũs sãctus docebit vos q̃cũq; dixero vobis. Alla. ℣. Veni sancte spiritus. Scdm ioãnẽ

In illo tpe: Dixit x. cap. iesus discipul' suis. Amẽ amen dico vobis: qui non intrat per ostiũ in ouile ouium sed ascẽdit aliũde: ille fur est ⁊ latro. Qui aũt intrat p ostiũ pastor est ouiũ. Huic ostiari⁹ aperit: ⁊ oues vocem eius audiunt. Et ꝓprias oues vocat nominati: ⁊ educit eas. Et cũ ꝓprias oues emiserit: añ eas vadit: ⁊ oues illũ sequuntur: qꝛ sciunt vocẽ eius. Alienum aũt nõ sequũt: sꝫ fugiũt ab eo qꝛ nõ nouerũt vocẽ alienoꝝ. Hoc ꝓuerbiũ dixit eis iesus: illi aũt nõ cognouerũt qd loqueret eis: Dixit ergo eis iterum iesus. Amen amen dico vobis: qꝛ ego sum ostiũ ouiũ. Oẽs quotquot ante me venerunt: fures fuerũt ⁊ latrones: sed non audierunt eos oues. Ego sum ostiũ. Per me siqs introierit saluabit: ⁊ ingredietur: ⁊ egredieť: ⁊ pascua inueniet. Fur non venit: nisi vt fureť: ⁊ mactet: ⁊ ꝑdat. Ego veni vt vitã habeãt ⁊ abũdantius habeant. Offer. Portas celi aperuit dñs: et pluit illis mãna vt ederent: panẽ celi dedit illis: panẽ angeloꝝ mãducauit hõ

Purificet Secreta alla. nos q̃s dñe mũer' ꝑsentis oblatio: ⁊ dignos sacrapticipatiõe efficiat. Per. Cõio. Spũs q a pr̃e ꝓcedit alla: ille me clarificabit alla alla. Postcõio.

Mentes nostras q̃s dñe spũs sanctus diuinis reparet sacr̃is: quia ipse est remissio omniũ pctõꝝ. Per. in vnitate eiusdẽ. Feria quarta. Statio ad scãz mariã maiorẽ

Deus duꝫ Introit⁹. egrederer' corã ppl'o tuo alla: iter faciens eis alla: habitans in illis alla alla. ℣. Exurgat de⁹ et dissipent' inimici ei⁹: ⁊ fugiãt q oderũt eũ a facie ei⁹. ℣. Gloria. Oremus. Et nõ dicitur. Flectamus ge. leuate. Oratio.

Mentes nr̃as q̃s dñe paraclitus: qui a te ꝓcedit illuminet: ⁊ iducat in oẽz sicut tu⁹ ꝓmisit fili⁹ veritatẽ. Qui te. in vni. eiusdẽ. Lectio

Iactuũ apl'oruꝫ. ij. capl'o. In dieb⁹ illis: Stãs petrus cũ vndecim: leuauit vocem suã: ⁊ locutus est eis. Viri iudei: ⁊ q habitatis hierl'm vniuersi: hoc vobis notũ sit: ⁊ aurib⁹ percipite verba mea.

Nõ enim sicut vos estimatis hi ebrij sunt cum sit hora diei tertia. Sed hoc est qđ dictum est per ꝓphetã iohel: Et erit in nouissimis diebus dicit dominus: effundam de spũ meo sup oẽm carnẽ: ⁊ ꝓphetabunt filij vestri ⁊ filie vestre. Juuenes vestri visiões videbunt: ⁊ seniores vestri somnia somniabunt. Et quidẽ super seruos meos: ⁊ sup ancillas meas: in dieb⁹ illis effundã de spiritu meo: ⁊ ꝓphetabũt. Et dabo ꝓdigia in celo sursuz: ⁊ signa in terra deorsum: ⁊ sanguinez ⁊ ignem ⁊ vaporez fumi. Sol conuertet̃ in tenebras: ⁊ luna in sanguinẽ: anteq̃z veniat dies dñi magnus ⁊ manifestus. Et erit: oĩs qcũqz iuocauerit nomẽ dñi saluus erit. Alla. ℣. Uerbo dñi celi firmati sunt: et spiritu oris eius oĩs virt⁹ eoꝝ. Hic dicit̃ Gloria in excelsis. Postea sequit̃ Dñs vobiscũ.

Presta q̃s op̃s et misericors de⁹: vt spiritus sanctus adueniens: templũ nos glorie sue dignanter inhabitãdo perficiat. Per. i vnitate eiusdem. Ab hac die vsqz ad dñicaz sequentẽ post oꝛõnẽ diei dicit̃ oꝛõ Ecclesie tue. fol. 221. vel Deus omniũ fide. fol. 221. Lcõ actuũ apl̃o/

In diebus illis. Per manus autez apl̃oꝝ fiebãt signa ⁊ ꝓdigia multa in plebe: ⁊ erãt vnanimiter oẽs in porticu salomõis Ceteroꝝ autem nemo audebat se ꝯiungere illis: sed magnificabat eos populus: magis autem augebat̃ credẽtiũ in domino multitudo virorũ ac mulieruz: ita vt in plateas eijcerẽt infirmos: ⁊ ponerent in lectulis ⁊ grabatis: vt veniente petro saltez vmbra illius obumbraret quẽq̃z illoꝝ: ⁊ liberarentur ab infirmitatibus suis. Cõcurrebãt autẽ ⁊ multitudo vicinarũ ciuitatũ hierusalez afferẽtes egros: ⁊ vexatos a spiritibus imũdis: q curabantur omnes. Alla. ℣ Ueni scte spũs. fol. 127. Scdz

In illo tẽpore: Dixit iesus discipulis suis: Nemo potest venire ad me: nisi pater qui misit me traxerit eum. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die Est scriptũ in prophetis: Et erũt oẽs docibiles dei. Oĩs q audiuit a pr̃e et didicit: venit ad me. Non quia patrem vidit quisq̃z: nisi is qui est a deo hic vidit patrem. Amẽ amen dico vobis: q credit in me habet vitã eternã. Ego sum pa/

nis vite. Patres vestri mãducauerunt manna in deserto: & mortui sunt. Hic est panis de celo descẽdẽs: vt si qs ex ipso manducauerit nõ moriatur. Ego sum panis viuus qui de celo descẽdi. Sigs manducauerit ex hoc pane: viuet i eternuz. Et panis quẽ ego dabo: caro mea ẽ p mõi vita. Offer Meditabor in mandatis tuis q̃ dilexi valde: & leuabo manꝰ me/as ad mandata tua q̃ dilexi alla.

Accipe qs dñe Secre. munꝰ oblatũ: & digñãter opare: vt qõ mysteriys agimus: pijs effectibus celebre/mus. P. Cõio. Pacẽ meã do vobis alla: pacẽ relinquo vobis alleluia alleluia. Postcõ

Sumẽtes dñe celestia sacramẽta: qs clementiã tuam: vt qõ ore tẽporaliter gerimꝰ: eternis gaudijs ꝓsequmur. p. Feria .v. Statio ad sanctum laurẽtiũ. Officiũ misse & orationes resumunt de die pẽth. Introitus. Spiritus domini. fol. 127. Oio. Deus q̃ hodierna. fol. 127. Lcõ actuũ apło

In diebꝰ illis rũ. viij. ca. Philippus descẽdens in ciuitatẽ samarie: ꝓdicabat illis christũ. Intẽdebãt autez turbe his que a philippo dicebant: vnanimiter audiẽtes et vidẽtes signa que faciebat. Multi enim eoꝝ q̃ habebãt spũs imũdos: clamãtes voce magna exibãt. Multi aũt paralytici & claudi curati sunt. Factũ ẽ ergo gaudiũ magnũ in illa ciuitate. Scõz lucã. ix.

In illo tempore: Cõuocatis ihesus duodecim apostolis: dedit illis vtutẽ & potestatẽ sup oia demonia: et vt lãguores curarent. Et misit illos ꝓdicare regnũ dei: & sanare infirmos. Et ait ad illos. Nihil tuleritis i via: neq̃ virgã: neq̃ perã: neq̃ panẽ: neq̃ pecuniã: neq̃ duas tunicas habeatis. Et in quãcũq̃ domuz intraueritis: ibi manete: & inde ne exeatis. Et quicũq̃ nõ receperint vos: exeuntes de ciuitate illa: etiã puluerez pedũ vestroꝝ excutite in testimonium supra illos. Egressi aũt circuibãt p castella euangelizantes: & curantes vbiq̃. Feria sexta. Statio ad sãctos duodecim apłos. Introitus.

Repleat os meum laude tua alla: vt possiz cãtare ala: gaudebũt labia mea dũ cãtauero tibi alla alla. ꝑ In te dñe speraui non cõfundar in eternum: in iustitia tua libera me et eripe me. ℣. Gloria patri. Oratio.

Da quesum⁹ ecclesie tue misericors deus vt spiritu sancto cōgregata: hostili nullatenus incursione turbetur. Per. in vnitate eiusdem.

Lectio iohelis pphete. ij. ca.

Hec dicit dñs de⁹: Exultate filie syō: ⁊ letamini in dño deo vestro: q̄ dedit vobis doctorem iusticie: ⁊ descēdere faciet ad vos hymbrem matutinuz ⁊ serotinum: sicut a principio. Et implebuntur horrea vestra frumento: et redundabunt torcularia vino ⁊ oleo. Et comedetis vescentes ⁊ saturabimini: ⁊ laudabitis nomē domini dei vestri: qui fecit vobiscum mirabilia. Et nō cōfūdetur populus meus in sempiternū: ⁊ scietis quia in medio israel ego sum. Et ego dominus deus vester: et non est amplius: ⁊ nō cōfundetur populus me⁹ in eternū Ait dñs omp̄s. Alla. ℣ O q̄ bonus et suauis est dñe spiritus tuus in nobis. Alla. ℣ Veni sācte spūs. Scōm lucā. v. capl̄o.

In illo tpe: Factuz est in vna dieꝝ: ⁊ ihs sedebat docens. Et erāt pharisei sedētes: ⁊ legis doctores qui venerant ex omni castello iudee ⁊ galilea ⁊ hierl̄m: ⁊ virtus dñi erat ad sanādū eos. Et eccevi ri portātes in lecto hominē q̄ erat paralyticus: ⁊ q̄rebāt eū inferre ⁊ ponere ante eū: ⁊ nō inueniētes qua parte illuz inferrēt pre turba: ascēderūt supra tectū: ⁊ p tegulas submiserūt illum cū lecto in mediuz ante iesū. Quoꝝ fidē vt vidit: dixit. Homo remittuntur tibi peccata tua. Et ceperūt cogitare scribe ⁊ pharisei dicētes: Quis est hic q̄ loq̄t blasphemias. Quis pōt dimittē peccata: nisi solus de⁹? Ut cognouit aūt iesus cogitatiōes eoꝝ: rñdens dixit ad illos. Quid cogitatis mala in cordib⁹ vestris? Quid est facili⁹ dicere dimittūt̄ tibi peccata tua: an dicere: surge ⁊ ābula? Ut sciatis autē q̄ filius hominis hz ptātez in terra dimittēdi peccata: ait paralytico: Tibi dico surge: tolle lectū tuū: ⁊ vade in domū tuā. Et confestim surgēs coraz illis: tulit lectuz in quo iacebat: ⁊ abijt in domū suā magnificās deum. Et stupor apprehendit omnes: ⁊ magnificabant deum. Et repleti sunt timore dicentes: q̄ vidimus mirabilia hodie.

Offert. Lauda anima mea dominum: laudabo dominum in vita mea: psallam deo meo q̄diu fuero alleluia. Secreta.

SAcrificia domie tuis oblata ꝓspectibus ignis ille diuinus assumat: q discipulos xpi filij tui per spiritū sanctum corda succēdit. Per eundem. in vnitate eiusdem.

Coio. Non vos relinquam orphanos: veniam ad vos iterum alleluia: ⁊ gaudebit cor vestrum alleluia alleluia. Postcōmu.

SUmpsimus domine sacri dona mysterij humiliter deprecātes: vt que in tua cōmemoratiōe nos facere precepisti: in nostre ꝓficiant infirmitatis auxilium. Qui vi.

Sabbato. Statio ad sanctuz petruz. Introitus.

CHaritas dei diffusa est in cordib⁹ vestris alleluia: per inhabitantem spiritum eius in vobis alleluia alleluia. ℣. Benedic anima mea dominum: et omnia que intra me sunt nomini sancto eius. ℣. Gloria. Orationes subscripte dicuntur sine flectamus genua Leuate. Oio.

MEntibus nostris quesumus domine spiritū sanctū benignus infunde: cui⁹ ⁊ sapiētia cōditi sumus ⁊ puidētia gubernamur. Per. in vnitate eiusdē. Prophetia hōma. Leō iohelis. ij. ca.

HEc dicit dominus de⁹: Effundam de spiritu meo super omnem carnem ⁊ ꝓphetabunt filij vestri ⁊ filie vestre. Senes vestri somnia somniabunt: ⁊ iuuenes vestri visiones videbunt. Sed ⁊ super seruos meos ⁊ ancillas meas in diebus illis effundam de spiritu meo: ⁊ dabo prodigia in celo sursuz: ⁊ signa in terra deorsum: sanguinem ⁊ ignez vt vaporem fumi. Sol cōuertetur in tenebras: ⁊ luna in sāguinem anteq̄z veniat dies domini magnus et horribilis. Et erit omnis quicunq; inuocauerit nomē dñi saluus erit. Alleluia. ℣. Spiritus est qui viuificat: caro autem non ꝓdest

Ello nos Oratio. quicq̄. Igne quesumus domine spiritus sanctus inflammet: quem dominus noster iesus christus misit in terram: ⁊ voluit veheméter accendi. Qui tecum. in vnitate eiusdem.

Prophetia seca. Lectio libri leuitici. xxiij. capitulo.

IN diebus illis: Locutus est dominus ad moysen dicēs Loquere filijs israel: ⁊ dices ad eos: Cum ingressi fueritis terram quam dabo vobis: et messueritis segetem: feretis manipulos spicarum primitias messis vestre ad sacerdo

tem: qui eleuabit fasciculum coram domino: vt acceptabile sit pro vobis altero die sabbati: & sanctificabit illuz. Numerabitis ergo ab ipso die in quo obtulistis manipulos primitiarum: septem hebdomadas plenas vsqz ad alteꝝ diez expletiõis hebdomade septime: & sic offeretis sacrificium nouum domino ex omnibus habitaculis vris. Panes primitiarũ duos de duabus decimis simile: quos eleuabit sacerdos coram domino. Cũqz eleuauerit eos sacerdos cum panibus primitiarũ coꝝ domino: cedent in vsuz eius. Et vocabitis hunc diẽ celeberrimuz atqz sanctissimũ. Omne opus seruile nõ facietis in eo Legitimum sempiternũ erit in cũctis habitaculis & generationibus vestris. Dicit dominus omnipotẽs. Alleluia.

℣. Spiritus eius ornauit celos.

Deus qui ad animarum medelaz ieiunij deuotione castigari corpora precepisti: cõcede nobis propitius & mente & corpore semp tibi esse deuotos. Per.

Prophetia tertia. Lectio libri deuteronomij. xxvj. capi.

In diebus illis: Dixit moyses: Audi israel que ego precipio tibi hodie. Cum intraueris terram quam dominus deus tuus tibi daturus est possidendaz: & obtinueris eã: atqz habitaueris in ea: tolles de cunctis frugibus tuis primitias: & pones in cartallo pergesqz ad locum quem dominus deus tuus elegerit: vt ibi inuocetur nomen eius: accedesqz ad sacerdotẽ: qui fuerit in diebus illis: & dices ad eum. Profiteor hodie coram domino deo tuo: qui exaudiuit nos: & respexit humilitatẽ nostram: & laborẽ atqz angustia: & eduxit nos de egypto in manu forti & brachio extento ingentiqz pauore in signis atqz portentis: et introduxit ad locum istum: & tradidit nobis terram lacte & melle manãtẽ Et idcirco nunc offero primitias frugum terre: quam dominus deus tuus dedit mihi Et dimittes eas in conspectu domini dei tui: & adorato domino deo tuo epulaberis in omnib9 bonis: que dominus deus tuus dederit tibi. Alla.

℣. Dum complerẽtur dies penthecostes erãt omnes pariter dicentes.

Presta quesumus omnipotens deus: vt salutaribus ieiunijs eruditi: ab omnibus etiaz vi-

tijs abstinentes: ꝓpitiationez tuã facili⁹ impetremus. Per.

Prophetia quarta Lectio libri leuitici. xxvi. capl̃o.

IN dieb⁹ illis: Dixit dominus ad moysen: Si in preceptis meis ambulaueritis: ⁊ mandata mea custodieritis: ⁊ feceritis ea: dabo vobis pluuias temporibus suis: ⁊ terra gignet germẽ suum: ⁊ pomis arbores replebuntur. Apprehendet messiuz tritura vindemiam: ⁊ vindemia occupabit sementem. Et comedetis panem vestrum in saturitate: et absq; pauore habitabitis in terra vestra. Dabo pacem in finibus vestris: dormietis et non erit qui exterreat. Auferam malas bestias a vobis: ⁊ gladius non transibit terminos vestros. Persequemini inimicos vestros: ⁊ corruent coram vobis. Persequentur quinq; de vestris centũ alienos: ⁊ centum ex vobis decez milia. Cadent inimici vestri in cõspectu vestro gladio. Respiciam vos: ⁊ crescere faciã. Multiplicabimini: et firmabo pactum meum vobiscum. Et comedetis vetustissima veterum: ⁊ nouis superueniẽtibus vetera proijcietis. Ponã tabernaculũ meũ i medio vr̃i ⁊ nõ abijcietvos vltra anima mea. Ambulabo inter vos: ⁊ ero vr̃ deus: vosq; eritis ppl's meus: Dicit dñs op̃s. Alia.

℣ Ueni sancte spũs refol. 127.

PResta q̃s op̃s deus: sic nos ab epulis carnalibus abstinere: vt a vitijs irruentibus pariter iciunem⁹. Per. Oratio.

Prophetia q̃nta Lectio danielis ꝓphe. iij. ca.

IN dieb⁹ illis: Angelus domini descẽdit cũ azaria ⁊ socijs eius in fornacem: ⁊ excussit flãmaz ignis de fornace: ⁊ fecit mediuz fornacis quasi ventum roris flantem. Flãma autez diffusa est super fornacem cubitis quadragintanouẽ: ⁊ incẽdit quos repperit iuxta fornacez de chaldeis ministros regis qui eam incẽdebant. Illos autem non tetigit omnino ignis: neq; cõtristauit: nec quicq̃z molestie intulit. Tunc hi tres q̃si ex vno ore laudabant ⁊ glorificabãt ⁊ benedicebant deũ in fornace dicentes. Alleluia. ℣. Benedict⁹ es domine deus patrum nostroꝝ: ⁊ laudabilis in secula. Finito. ℣. dicit Gloria in excelsis deo. Sequit Dominus

DEus Oratio. vobiscũ. qui tribus pueris mitigasti flammas igniuz: conce/

Epistola Ecce ego Johannes fo 194
Euangelium Erat hō ex Pharisaeis fo 161

de propitius: vt nos famulos tuos nō exurat flamma vitiorum. Per dñm. Epistola ad romanos. v. capitulo.

FRatres: Justificati igit ex fide pacem habeamus ad deum per dominum nostrum iesum christum: per quem et accessum habemus per fidez in gratiam istam: in qua stamus: ⁊ gloriamur in spe glorie filiorum dei. Non solum autem: sed ⁊ gloriamur in tribulationibus: sciētes quia tribulatio patientiaz operatur: patientia autez probationez: ꝓbatio vero spem. Spes aūt non confundit: quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum: q datus est nobis. Gradu. Laudate dominuz omnes gentes: ⁊ collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniaz cōfirmata est super nos misericordia eius: ⁊ veritas domini manet in eternum. Postea sequitur sequentia. Sancti spiritus. fol. 127. Scdm lucam. In illo tempore. Surgens iesus de synagoga. fol. 41. Offerto. Dñe deus salutis mee: in die clamaui ⁊ nocte coraz te: intret oratio mea in cōspectu tuo domine alleluia. Secreta.

VT accepta tibi sint domine nostra ieiunia: ꝑsta nobis quesumus huiꝰ munere sacramenti purificatum tibi pectꝰ offerre. Per. Coio. Spūs vbi vult spirat: ⁊ vocē eiꝰ audis alla: sed nescis vnde veniat: aut quo vadat alleluia alleluia alleluia. Postcōio.

PRebeāt nobis dñe diuinū tua scā feruorē: q̄ eoꝝpariter ⁊ actu delectemur ⁊ gustu. P. In festo trinitatis. Introi.



BEnedicta sit sancta trinitas atqz indiuisa vnitas: cōfitebimur ei quia fecit nobiscū misericordiam suam. ps. Benedicamus patrem ⁊ filium cū sancto spiritu. ℣. Gloria. Oratio.

OMnipotēs sempiterne deus: qui dedisti famulis tuis in ꝯfessione vere fidei eterne trinitatis gloriā agno/

scere: ⁊ in potentia maiestatis adorare vnitatē: q̄s: vt eiusdē fidei firmitate ab oibus semper muniamur aduersis. P.

Epla ad corinth. ij. capi. xiij.

FRatres: Gaudete perfecti estote: exhortamini: idē sapite: pacez habete: et deus pacis erit vobiscū. Gratia domini nostri iesu christi ⁊ charitas dei: ⁊ cōmunicatio sancti spiritus sit cum omnibus vobis amen. Gradu. Benedictus es domine qui intueris abyssos: ⁊ sedes super cherubin. ℣. Benedictus es domine in firmamento celi: ⁊ laudabilis in secula. Alleluia. ℣. Benedictus es domine deus patrum nostrorum: et laudabilis in secula.

Scdm ioannem. xv. capitulo

IN illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis: Cuz venerit paraclytus: quē ego mittam vobis a patre spiritū veritatis: qui a patre ꝓcedit ille testimonium perhibebit de me. Et vos testimoniū perhibebitis: quia ab initio mecū estis. Hec locutus suz vob vt nō scandalizemini. Absq; synagogis facient vos. Sed venit hora: vt omnis qui interficit vos arbitret obsequiū se prestare deo Et hec facient vobis: qr nō nouerūt patrem neq; me. Sed hec locut⁹ sum vobis: vt cū venerit hora eoꝝ reminiscamini: quia ego dixi vobis. Offertor. Benedictus sit deus pater vnigenitusq; dei filius: sanctus quoq; spūs: qr fecit nobiscum misericordiam suam.

SAnctifica domine deus noster: ꝑ tui nominis inuocationē huius oblatiōis hostiam: ⁊ per eam nosmetipsos tibi perfice munus eternuz. Per dñm nr̄m. Secreta. Prefatio. Eterne deus. Qui cū vnigēito. fo. 106. Cōio. Bñdicimus deum celi: ⁊ coram omnibus viuentibus confitebimur ei: quia fecit nobiscum misericordiam suam. Postcōio.

PRoficiat nobis ad salutem corporis ⁊ anime domine deus noster hui⁹ sacramēti susceptio: ⁊ sempiterne sancte trinitatis: eiusdemq; indiuidue vnitatis cōfessio. Per.

Dominica prima post pēthecosten. Introitus.

DOmine in tua misericordia speraui: exultauit cor meum in salutari tuo: cantabo domino q bona tribuit mihi. ps. Usq; quo domine obliuisceris me in finez vsquequo auertis faciem tuam a me. ℣. Glia pri. Oratio

DEus in te sperantiū for

titudo: adesto ꝓpitius inuocatiõibus nostris: qꝝ sine te nihil potest mortalis ifirmitas: ꝓsta auxiliuz gratie tue: vt in exequẽdis mãdatis tuis: z voluntate tibi z actiõe placeam⁹. Per. Epla bti ioãnis apli. j. cap. iiij.

Qarissimi: Deus charitas est. In hoc apparuit charitas dei in nob: quoniã filiũ suũ vnigenitum misit deus in mundũ: vt viuamus per eum. In hoc est charitas: non quasi nos dilexerimus deũ: sed quoniã ipse prior dilexit nos: z misit filiũ suũ ꝓpitiationem ꝓ peccatis nostris. Charissimi si sic de⁹ dilexit nos: z nos debemus inuicez diligere. Deũ nemo vidit vnq̃z. Si diligam⁹ inuicẽ: de⁹ in nobis manet: z charitas ei⁹ in nobis perfecta est. In hoc intelligim⁹ quoniã in eo manem⁹: z ipse in nob: quoniam de spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus z testificamur: quoniaz pater misit filiũ suũ saluatorem mũdi. Quisquis confessus fuerit: quoniã iesus est filius dei: de⁹ in eo manet: z ipse in deo. Et nos cognouimus z credidimus charitati: quã habet de⁹ in nobis. De⁹ charitas est. Et qui manet in charitate: in deo manet: z de⁹ in eo. In hoc perfecta est charitas dei nobiscũ vt fiduciam habeam⁹ in die iudicij: qꝝ sicut ille est: z nos sum⁹ in hoc mũdo. Timor nõ est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem: quoniam timor penã habet. Qui autez timet nõ est perfect⁹ in charitate. Nos ergo diligam⁹ deũ: quoniã de⁹ prior dilexit nos. Si qs dixerit quoniaz diligo deũ z fratrẽ suũ oderit: mendax est. Qui enim nõ diligit fratrem suum quem videt: deum quem non videt quõ potest diligere? Et hoc mandatum habem⁹ a deo: vt qui diligit deum: diligat z fratrem suum. Gradu. Ego dixi domine miserere mei: sana animam meam: quoniaz peccaui tibi. ℣. Beatus qui intelligit super egenum z pauperem: in die mala liberabit eum dominus. Alla. ℣ Uerba mea auribus percipe domine intellige clamorem meum. Scõm lucam. vj. capto.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Estote misericordes: sicut z pater vester misericors est. Nolite iudicare: z nõ iudicabimini. Nolite cõdẽnare: z nõ ꝯdẽnabimini Dimittite: z dimittemi. Date z dabit⁹ vob. Mẽsuram bonã

ꝛ cõfertã ꝛ coagitatã: ꝛ supef/
fluẽtem dabũt in sinũ vestrũ.
Eadez qppe mẽsura qua mẽ
si fueritis: remetiet vob. Dice
bat aũt illis ꝛ similitudinem.
Nunqd potest cecus cecũ du
cere? Nõne ambo in foueam
cadũt? Nõ est discipulus sup
magistrũ. Perfect⁹ autẽ oĩs
erit: si sit sicut magister eius.
Quid aũt vides festucam in
oculo fratris tui: trabem aũt
que in oculo tuo est nõ ꝯside/
ras? Aut quomõ poteris dice
re fratri tuo: frater: sine eijciã
festucã de oculo tuo: ipse tra/
bem in oculo tuo non vides:
Hypocrita: eijce primum tra
bem de oculo tuo: ꝛ tunc per/
spicies: vt educas festucaz de
oculo fratris tui. Offer. Intẽ
de voci oratiõis mee rex meus ꝛ
de⁹ me⁹: quoniã ad te orabo dñe

Hostias nr̃as Secreta.
dñe tibi dicatas q̃sum⁹
placatus assume: ꝛ ad perpe
tuum nobis tribue peruenire
subsidiuz. Per. Cõio. Narra/
bo omnia mirabilia tua: letabor
ꝛ exultabo in te: psallam nomini
tuo altissime. Postcõio.

Tantis dñe repleti mune
rib⁹ presta quesum⁹: vt ꝛ soli/
taria dona capiamus: ꝛ a tua
nunq̃z laude cessemus. Per
dominũ nostrum iesuz xp̃m.

In festo gloriosissimi corpo/
ris christi. Introitus.



Cibauit eos ex adipe
frumẽti alla: ꝛ de pe
tra melle saturauit
eos alleluia alleluia
alleluia. ps. Exultate deo adiu/
tori nostro: iubilate deo iacob. ℣

Gloria patri. Oratio.
Deus qui nobis sub sa/
cramento mirabili passionis
tue memoriam reliquisti: tri/
bue quesumus: ita nos corpo
ris ꝛ sanguinis tui sacra my/
steria venerari: vt redempti/
onis tue fructũ in nobis iugi
ter sentiamus. Qui vi. Epl̃a

Fratres: Ego enĩz acce
pi a dño qd̃ et tradidi vobis:
quoniã dñs iesus in qua no/
cte tradebatur: accepit panẽ

ꝛ gratias agens fregitꝛ dixit: Accipite ꝛ mãducate: hoc est coꝛpus meum: quod pꝛo vobis tradet: hoc facite in meaꝫ cõmemoꝛationẽ. Similiter ꝛ calicem postq̃ cenauit dicẽs Hic calix nouum testamentũ est in meo sãguine: hoc facite quotiensc̃unq; sumitis in meã cõmemoꝛationẽ. Quotiẽsc̃unq; enim mãducabitis panem hunc: ꝛ calicem bibetis: moꝛtem domini annũciabitis: donec veniat. Itaq; qc̃unq; manducauerit panẽ: vl̃ biberit calicẽ dñi indigne: reus erit coꝛporis ꝛ sãguinis dñi. Pꝛobet autem seipsuꝫ homo: ꝛ sic de pane illo edat: ꝛ de calice bibat. Qui enim mãducat ꝛ bibit indigne: iudiciuꝫ sibi mãducat ꝛ bibit: non diiudicans coꝛpus domini. Gꝛad. Oculi omniũ in te speꝛãt dñe: ꝛ tu das illis escaꝫ in tpe oppoꝛtuno. ℣. Aperis tu manuꝫ tuam ꝛ imples omne animal bñdictiõe. Alla. ℣. Caro mea veꝛe est cibꝰ: ꝛ sanguis meꝰ veꝛe est potꝰ: q mãducat meã carnẽ ꝛ bibit meũ sanguinẽ: in me manet: et ego in eo. Sequentia. Lauda syon saluatoꝛẽ: lauda ducẽ ꝛ pastoꝛẽ: in hymnis ꝛ cãticis. Quãtũ potes tãtũ aude: q̃ maioꝛ omni laude: nec laudare sufficis. Laudis thema specialis: panis vinꝰ ꝛ vitalis: hodie ꝓponit̃. Quez in sacre mẽsa cene: turbe fratruꝫ duodene: datũ nõ ambigit̃. Sit laus plena: sit sonoꝛa: sit iocũda sit decoꝛa: mẽtis iubilatio. Dies enim solẽnis agitur: in qua mẽse pꝛima recolitur: huiꝰ institutio. In hac mensa noui regis: nouum pascha noue legis phaseve tus terminat. Vetustatẽ noui/tas: vmbꝛã fugat veritas noctem lux eliminat. Quod ī cena xp̃s gessit: faciẽdũ hoc exp̃ssit: in sui memoꝛiã. Docti sacris institutis: panem vinum in salutis: cõsecramꝰ hostiã. Dogma datꝫ xp̃ianis: q̃ in carnẽ tꝛãsit panis: ꝛ vinũ in sãguinẽ. Quod nõ capis q̃ nõ vides: aĩosa firmat fides: ꝓter rerũ oꝛdinẽ. Sub diuersis speciebus signis tãtũ ꝛ nõ rebus latent res eximie. Caro cibꝰ sãguis potus: manet tñ xp̃us totus sub vtraq; specie. A sumẽte nõ concisus: non confractus nõ diuisus: integer accipitur. Sumit vnus sumunt mille: quãtum isti tantũ ille: nec sumptus cõsumitur Sumũt boni sumũt mali: soꝛte tamen inequali: vite vel interitus. Moꝛs est malis vita bonis vide paris sũptiõis: q̃ sit disparexitus. Pꝛacto demũ sacramento: ne vacilles sed memẽto: tãtuꝫ esse sub fragmento: quãtum toto

tegitur. Nulla rei fit scissura: signi tantum fit fractura: qua nec status nec statura: signati minuitur. Ecce panis angelorum: factus cibus viatorum: vere panis filiorum: non mittendus canib⁹. In figuris presignatur: cuz ysaac immolatur: agnus pasche deputatur: datur mãna patribus. Bone pastor pãis vere: iesu nostri miserere: tu nos pasce nos tuere: tu nos bona fac videre: in terra viuentium. Tu qui cuncta scis ⁊ vales: qui nos pascis hic mortales: tu nos ibi cõmensales coheredes ⁊ sodales: fac sanctorum ciuium. Amen. Scdm iohannem sexto capitulo.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis: ⁊ turbis iudeorum. Caro mea vere est cibus: ⁊ sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnẽ ⁊ bibit meũ sanguinez: in me manet: ⁊ ego in eo. Sicut misit me viuens pater: ⁊ ego viuo ꝓpter patrem: ⁊ q mãducat me: ⁊ ipse viuet propter me. Hic est panis qui de celo descendit: nõ sicut manducauerũt patres vestri manna ⁊ mortui sunt. Qui mãducat hũc panẽ: viuet in eternũ. Offer. Sacerdotes dñi incensũ ⁊ panes offerunt deo: ⁊ ideo iuncti erunt deo suo: ⁊ nõ polluent nomen eius alleluia. Secreta.

Ecclesie tue q̃s dñe vnitatis ⁊ pacis ꝓpiti⁹ dona ꝯcede: q̃ sub oblatis muneribus mystice designant. Per. Prefatio. Quia per incarnati verbi ⁊c. fol. 100. Et dicit ꝑ totã octauã. Coio. Quotiẽscũq; mãducabitis panẽ hunc: ⁊ calicem bibetis: mortez domini annunciabitis: donec veniat: itaq; quicũq; mãducauerit panẽ: vel biberit calicem domini indigne reus erit corporis et sanguinis domini alla. Postcõio.

Fac nos q̃s dñe diuinitatis tue sempiterna fruitiõe repleri: quã preciosi corporis ⁊ sanguinis tui tẽporalis ꝑceptio prefigurat. Qui viuis et regnas. Dñica. ij. post pẽthecosten. Introitus.



Factus est dñs protector meus: et eduxit me in latitudine: saluum me fecit: quoniã voluit me. ꝑ. Diligam te domine fortitudo mea dñs firmamentum meum ⁊ refugiũ meũ ⁊ liberator me⁹. ℣.

Sancti Oratio. Gloria. Nomis tui dñe timorem pariter ⁊ amorẽ: fac nos habere ꝑpetuũ: q̃ nũq̃; tua gubernatione destituis: quos in soliditate tue dilectionis instituis. Per. Epla beati ioãnis

Charissi/ apli.j.cap.iij.
mi: Nolite mirari si o/
dit vos mũdus. Nos scimus
qm̃ trãslati sum⁹ de morte ad
vitam: qm̃ diligimus fratres.
Qui nõ diligit: manet in mor
te. Omnis qui odit fratrẽ su/
um: homicida est. Et scitꝫ qm̃
oĩs homicida nõ habet vitaꝫ
eternã in se manentẽ. In hoc
cognouim⁹ charitatẽ dei: qm̃
ille pro nobis animã suã po/
suit: et nos debemus pro fra/
tribus animam ponere. Qui
habuerit substãtiã mũdi hui⁹
et viderit fratrẽ suũ necessita/
tem habere: ⁊ clauserit visce/
ra sua ab eo: quomõ charitas
dei manet in eo? Filioli mei:
nõ diligamus verbo neqꝫ lin
gua: sed ope ⁊ v̄itate. Grad.
Ad dñm cuꝫ tribularer clamaui
et exaudiuit me. ℣. Dñe libera
animã meã a labijs iniquis: et a
ligua dolosa. Alla. ℣ Dñe de
us meus in te speraui: saluũ me
fac ex oĩb⁹ ꝑsequẽtib⁹ me ⁊ libe
ra me. Scdm Lcam.xiiij.ca.
In illo tẽpe: Dixit iesus
discipulis suis parabo/
lam hanc: Homo quidam se/
cit cenam magnaꝫ: ⁊ vocauit
multos. Et misit seruũ suum
hora cene dicere inuitatis vt
venirent: quia iam oĩa para/
ta sunt. Et ceperũt oẽs simul
excusare. Prim⁹ dixit ei: Uil
lam emi: ⁊ necesse habeo exi/
re: ⁊ videre illã. Rogo te: ha/
be me excusatũ. Et alter dixit
Juga boum emi quinqꝫ: ⁊ eo
probare illa: rogo te habe me
excusatũ. Et alius dixit: Uxo
rem duxi: ⁊ ideo non possum
venire. Et reuersus seru⁹ nũ/
ciauit hec dño suo. Tunc ira/
tus paterfamilias dixit seruo
suo. Exi cito in plateas et vi/
cos ciuitatis: ⁊ pauꝑes ac de/
biles: cecos ⁊ claudos intro/
duc huc. Et ait seruus: Dñe
factum est vt imperasti: ⁊ ad/
huc locus est. Et ait dñs ser/
uo: Exi in vias ⁊ sepes: ⁊ cõ/
pelle intrare: vt impleat̃ do/
mus mea. Dico aũt vobis: ꝙ
nemo viroꝝ illoꝝ qui vocati
sunt gustabunt cenam meaꝫ.
Offer. Domine ꝯuertere et eri
pe animã meã: ⁊ saluũ me fac ꝓ/
pter misericordiã tuã. Secreta
Oblatio nos dñe q̃s tuo
nomini dicanda purifi
cet: ⁊ de die in diẽ ad celestis
vite transferat actionẽ. Per.
Cõio. Cantabo dño qui bona
tribuit mihi: ⁊ psallã nomini do
mini altissimi. Post cõmunio.
Sumptis muneribus sa
cris dñe qm̃s: vt cũ fre/
quẽtatiõe mysterij crescat no
stre salutis effectus. Per do.

Dñica.iij.post pēth. Introit

Respice in me ⁊ miserere mei dñe quoniā vnicus et pauper sum ego: vide humilitatē meam ⁊ laborē meum ⁊ dimitte omnia peccata mea deus meus. ℣ Ad te dñe leuaui aiam meā: deus meus in te confido nō erubescam. ℣. Gloria. Oro

Protector in te sperātiū deus: sine quo nihil est validum nihil sanctum: multiplica super nos misericordiā tuam: vt te rectore ⁊ te duce: sic transeam⁹ p bona tēporalia: vt nō amittamus eterna. Ad. Epla beati petri apli .j. ca. v.

Carissimi: Humiliamini sub potenti manu dei vt vos exaltet in tempore visitatiōis. Omnē sollicitudinē vestram proiicientes in eum: qm̄ ipsi cura est de vobis. Sobrij estote ⁊ vigilate: q⁹ aduersarius vester diabolus: tanq̄ leo rugiēs circuit: querēs quē deuoret: cui resistite fortes in fide. Scientes eandē passionem ei que in mundo est vestre fraternitati fieri. De⁹ aūt oīs gratie qui vocauit nos in eternā suā gloriā in christo ihesu modicuz passos ipse perficiet: cōfirmabit: solidabitq̄. Ipsi gloria ⁊ imperium in secula seculorum amen. Grad. Jacta cogitatum tuum in dño et ipse te enutriet. ℣. Dum clamarem ad dñm exaudiuit vocē meam ab his qui appropinquāt mihi. Alleluia. ℣ Deus iudex iustus fortis ⁊ patiens: nunqd irascetur per singulos dies. Scōz

In illo tempore. Erant appropinquantes ad iesum publicani ⁊ peccatores: vt audirēt illum. Et murmurabāt pharisei ⁊ scribe dicentes: q⁹ hic peccatores recipit: ⁊ manducat cum illis. Et ait ad illos parabolā istam dicēs: Quis ex vobis homo qui habet cē tum oues: ⁊ si perdiderit vnā ex illis: nonne dimittit nonagintanouē in deserto: ⁊ vadit ad illam que perierat: donec inueniat illam? Et cum inuenerit eam: imponit in humeros suos gaudens: ⁊ veniens domū: conuocat amicos ⁊ vicinos dicens illis: Congratulamini mihi: q⁹ inueni ouem meam que perierat. Dico vobis q⁹ ita gaudium erit in celo super vno peccatore penitentiam agente: q̄z sup nonagintanouē iustis qui nō indigent penitētia. Aut que mulier habens dragmas decē: et si perdiderit dragmā vnā: non,

ne accendit lucernā: ⁊ euertit domum: ⁊ querit diligenter: donec inueniat? Et cum inuenerit: cōuocat amicas ⁊ vicinas dicens. Congratulamini mihi: quia inueni dragmam quam perdiderā. Ita dico vobis: gaudiuz erit in celo corā angelis dei super vno pctōre penitētiā agente. Offert. Sperent in te omnes qui nouerunt nomen tuum domine: quoniam nō derelinqs querentes te: psallite dño qui habitat in syō quoniam nō est oblitus orōnez pau/

Respice Secreta. perū. dñe q̄s munera supplicantis ecclesie ⁊ saluti credētium perpetua sanctificatiōe sumēda cōcede. Per. Cōio. Dico vobis gaudiū ē angelis dei sup vno pctōre penitētiaz agēte.

Sancta tua nos Postcō. dñe sumpta viuificēt: et misericordie sempiterne preparēt expiatos. Per. Dñica quarta post penth. Introitus



Dominus illuminatio mea et salus mea quē timebo: dñs defēsor vite mee a quo trepidabo: qui tribulāt me inimici mei infirmati sunt ⁊ ceciderūt. ps. Si cōsistāt aduersuz me castra non timebit cor meum. ℣ Gloria patri et filio. Oratio.

Da nob dñe q̄s: vt et mūdi cursus pacifice nob tuo ordine dirigatur: ⁊ ecclia tua trāqlla deuotiōe letetur. P. Epla ad romanos. viii. ca.

Fratres: Existimo eniz q̄ nō sunt cōdigne passiōes huius temporis ad futuram gloriaz que reuelabit̄ in nobis. Nam expectatio creature reuelatiōez filioꝝ dei expectat. Uanitati enim creatura subiecta est nō volēs: sed ꝓpter eum q subiecit eā in spe. Quia ⁊ ipsa creatura liberabit̄ a seruitute corruptiōis in libertatē glorie filioꝝ dī. Scimus eni q̄ oīs creatura ingemiscit ⁊ parturit vsq; adhuc. Nō solū autē illa: sz ⁊ nosipsi p̄mitias spūs hñtes: ⁊ ipsi intra nos gemimus adoptionē filioꝝ dei: expectātes redemptionē corporis nr̄i. In xp̄o iesu dño nostro. Grad. Propitius esto domine peccatis nr̄is nequando dicant gentes: vbi est deus eoꝝ. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: ⁊ ꝓpter honorē nominis tui domine libera nos. Alleluia. ℣ Deus qui sedes super thronum tu iudicas eq̄tatē. Scd̄m lucam q̄nto capitulo.

In illo tēpore: Cū turbe irruerent in iesuz: vt audirent verbum dei: ⁊ ipse sta/

bat secus stagnuz genezareth Et vidit duas naues stantes secus stagnū. Piscatores aūt descenderant z lauabant rhetia. Ascendens autē in vnam nauim: que erat simonis: rogauit eum: vt a terra reduceret pusillum. Et sedens docebat de nauicula turbas. Ut cessauit autem loqui: dixit ad simonem: Duc in altū z laxate rhetia vestra in capturam. Et respōdēs simon dixit illi: Preceptor p totā nocte laborantes nihil cepim⁹: in verbo aūt tuo laxabo rhete. Et cum hoc fecissent: pcluserūt piscium mltitudinē copiosā. Rūpebat aūt rhete eoz: z ānuerūt socijs qui erāt in alia naui vt venirēt et adiuuarent eos. Et venerūt z impleuerūt ambas nauicl'as: ita vt pene mergerent. Qō cū videret simon petrus: pcidit ad genua ieſu dicēs: Exi a me: quia hō peccator sum dñe. Stupor enim circūdederat eū: z oēs q cum illo erant in captura piscium quā ceperāt. Similiter autez iacobū z ioannez filios zebedei: qui erāt socij simonis. Et ait ad simonem ieſus: Noli timere: Ex hoc enī iam eris homines capiens. Et subductis ad terrā nauib⁹: relictis oīnibus secuti sunt eū. Offer. Illumina oculos meos ne vnquaz obdormiā in morte: ne quādo dicat inimicus meus pualui aduer

OBla Secreta sus eum. tionibus nostris q̄s domine placare susceptis: et ad te nr̄as etiaz rebelles cōpelle ꝓpitius voluntates. p. Cōio. Dūs firmamentū meū z refugium meū z liberator meus deus meus adiutor meus. Postcōio

MYsteria nos dñe que/sumus sumpta purificent: z suo munere tueant. p. Dñica.v.post pēthecosté. Introitus.

EXaudi dñe vocē meā qua clamaui ad te: adiutor meus esto ne derelinq̄s me: neq; despicias me deus salutaris meus. ℣ Dñs illuminatio mea z salus mea quē timebo. ℟.

DEus q Oratio. Gloria. diligētibus te bona inuisibilia ꝓparasti: infūde cordibus nostris tui amoris affectum: vt te in oībus z sup omnia diligētes: promissiones tuas que omne desideriuz superāt cōsequamur. p. Epla bti pe/

QMarissi tri apli. j. ca. ūj mi: Omnes vnanimes in oratiōe estote cōpatientes: fraternitatis amatores: misericordes: modesti: humiles:

non reddentes malum ꝑ malo: vel maledictum ꝓ maledicto: sed econtrario benedicētes: quia in hoc vocati estis vt benedictionem hereditate possideatis. Qui enim vult vitam diligere ⁊ videre dies bonos: coerceat linguam suaz a malo: ⁊ labia eius ne loquantur dolum. Declinet autem a malo: ⁊ faciat bonum: inquirat pacem ⁊ sequatur eam: quia oculi domini super iustos: et aures eius in preces eorum. Vultus autem domini super facientes mala. Et quis est q vobis noceat: si boni emulatores fueritis? Sz ⁊ si qd patimini ꝓpter iusticiam bti. Timorē aut̄ eoꝝ ne timueritis vt nō ꝓturbemini. Dñm aut̄ xp̄m sanctificate in cordibus. vr̄is. Gradu. Protector noster aspice deus. ⁊ respice sup seruos tuos. ℣. Dñe de⁹ virtutū: exaudi ꝑces seruoꝝ tuoꝝ. Alla. ℣. Dñe in virtute tua letabitur rex ⁊ sup salutare tuū exultabit vehemēter. Scōm matth. v. ca.

In illo tpe: Dixit ihesus discipulis suis. Amē dico vobis: nisi abūdauerit iusticia vr̄a plus q̄z scribaruz ⁊ pharisеoꝝ: nō intrabitis in regnū celoꝝ. Audistis qꝝ dictuz est antiqs. Nō occides. Qui aut̄ occiderit: reꝰ erit iudicio. Ego aut̄ dico vob: qꝝ omis qui irascit̄ fratri suo: reus erit iudicio. Qui aut̄ dixerit fratri suo racha: reꝰ erit ꝓcilio. Qui aut̄ dixerit fatue: reus erit gehenne ignis. Si ergo offers munus tuū ad altare: ⁊ ibi recordatus fueris qꝝ frater tuꝰ hz aliqd aduersuz te: relique ibi munus tuū añ altare: ⁊ vade priuz reconciliari fratri tuo Et tūc veniēs offeres munꝰ tuz. Offer. Bñdicā dñm q mihi tribuit intellectū ꝓuidebā deum in ꝓspectu meo semp quoniaz a dextris est mihi ne commouear.

Propitiare dñe Secre. supplicatiōibus nr̄is: ⁊ has oblatōes famuloꝝ famularūqz tuaruz benignus assume: vt qō singli obtulerūt ad honorē nois tui: cūctis ꝓficiat ad salutē. Per. Cōio. Unam petij a dño hāc regram: vt inhabitem in domo dñi oibꝰ diebus Quos Postcō. vite mee. celesti dñe dono sacia, sti: ꝑsta q̄s: vt a nostris mūdemur occultis: ⁊ ab hostiū liberemur insidijs. Ad. Dñica. vj. post pēth. Introi.



Dominus fortitudo plebis sue: ⁊ protector salutariū xp̄i sui est: saluū fac pplm tuū dñe: ⁊ bene/

dic hereditati tue: ⁊ rege eos vsq̃ in seculum. ℣. Ad te dñe clamabo de⁹ meus ne sileas a me neqñ taceas a me ⁊ assimilabor descendentibus in lacũ. ℣. Glia. Oro.

DEus virtutũ cui⁹ est totũ qd̃ est optimũ: insere pectorib⁹ nr̃is amorẽ tui nois ⁊ presta in nobis religiõis augmẽtum: vt que sũt bona nutrias: ac pietatis studio que sunt nutrita custodias. Per.

Epl̃a ad romanos. vj. capl̃o.

FRatres: Quicũq̃ baptizati sum⁹ in xp̃o iesu: in morte ipsi⁹ baptizati sumus. Cõsepulti enim sumus cũ illo p baptismũ in mortez vt quõ surrexit xp̃s a mortuis p gloriã pr̃is: ita ⁊ nos in nouitate vite ãbulem⁹. Si eni cõplãtati facti sumus silitudini mort̃ ei⁹: simul ⁊ resurrectionis erim⁹. Hoc sciẽtes q̃ vet⁹ hõ nr̃ siml̃ crucifix⁹ est: vt destruat̃ corp⁹ pcti: vt vltra nõ seruiam⁹ pctõ. Qui eniz mortuus est: iustificat⁹ est a pctõ. Si ãt mortui sum⁹ cũ xp̃o: credim⁹ q̃ simul etiã viuem⁹ cũ ipso. Sciẽtes q̃ xp̃s resurgẽs a mortuis iam nõ morit̃ mors illi vltra nõ dñabit̃. Qd̃ eniz mortuus est pctõ: mortuus est semel. Qd̃ ãt viuit: viuit deo. Ita ⁊ vos: existimate vos mortuos qdẽ esse pctõ: viuẽtes ãt deo. In xp̃o iesu dño nostro. Grad̃. Cõuertere dñe aliquãtulũ: ⁊ dep̃care sup seruos tuos. ℣. Dñe refugiũ fact⁹ es nobis a generatiõe ⁊ ꝓgenie. Alla. ℣. In te dñe speraui nõ cõfũdar in eternũ in tua iusticia libera me ⁊ eripe me: inclina ad me aurẽ tuam: accelera vt eripias me. Scdm

IN il. tpe: marcũ. viij. ca.

Cũ turba mlta essz cũ iesu nec haberẽt qd̃ mãducarẽt ꝯuocat̃ discipl̃is ait illis: Misereor sup turbã: q̃ ecce iã tri duo sustinent me: nec hñt qd̃ mãducẽt. Et si dimisero eos ieiunos i domũ suã deficiẽt in via. Quidã eniz ex eis d̃ lõge venerũt. Et rñderũt ei discipuli sui: Vñ istos qs poterit hic saturare panib⁹ in solitudie? Et introgauit eos: Quot pães habet̃? Qui dixer̃t: Septez. Et p̃cepit turbe discũbẽ sup terrã Et accipiẽs septẽ panes gr̃as agẽs fregit: ⁊ dabat discipul̃ suis vt apponerẽt: et apposuer̃t turbe. Et habebãt pisciculos paucos: ⁊ ip̃os bñ dixit: ⁊ iussit apponi: ⁊ mãducauerũt: ⁊ saturati sũt. Et sustulerũt qd̃ supauerat d̃ fragmẽtis septẽ sportas. Erãt ãt q mãducauerãt q̃si q̃ttuor milia: ⁊ dimisit eos. Offer. Persi

ce gressus meos in semitis tuis vt nō moueant vestigia mea: inclina aures tuas: & exaudi verba mea mirifica misericordias tuas q̄ saluos facis sperātes ī te dñe.

PRopitiare dñe Secre. supplicatiōibus nr̄is: & has ppli tui oblationes benignus assume: & vt nullius sit irritū votū: nullius vacua postulatio: pst̄a q̄s: vt q̄d fideliter petim⁹: efficaciter ꝓsequamur. Coio. Circuibo & imolabo in tabernaculo ei⁹ hostias iubilatiōis: cantabo & psalmum dicam domino. Postcōio.

REpleti domine muneribus tuis tribue quesumus: vt eoꝝ emūdemur effectu & muniamur auxilio. Per. Dñica .vij. post penthe. Introit⁹.

OMnes gētes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis. ℣. Quoniam dominus excelsus terribilis rex magnus super omnes deos. ℣. DEus cui Oratio. Gloria. Ius puidentia in sui dispositiōe nō fallitur: te supplices exoramus: vt noxia cūcta submoueas: & oia nobis profutura concedas. Per. Epla ad romanos .vj. capto.

FRēs: Humanū dico ꝓpter infirmitatē carnis vr̄e. Sicut enī exhibuistis mēbra vestra seruire immūdicie: et iniquitati ad iniquitatem: ita: & nūc exhibete mēbra vestra iusticie in sanctificationē. Cū enī serui essetis peccati: liberi fuistis iustitie. Quē ergo fructū habuistis tūc in illis: in quibus nūc erubescitis? Nā finis illoꝝ mors ē. Nūc vō liberati a pctō: serui aūt facti deo: habetis fructus vestrū in sanctificationē: finem vō vitā eternā. Stipēdia enī peccati mors. Gra aūt dei vita eterna. In xp̄o iesu dño nostro. Grad. Venite filij audite me: timorem dñi docebo vos. ℣. Accedite ad eū & illuminamini & facies vestre nō cōfundent. Alla. ℣. Oēs gētes plaudite manibus iubilate deo in voce exultatiōis. Scōm. matthēū .vij. ca.

IN illo tempe: Dixit ie/sus discipulis suis. Attendite a falsis pphetis: qui veniunt ad vos in vestimētis ouium: intrinsecus autem sūt lupi rapaces. A fructib⁹ eoꝝ cognoscetis eos. Nūquid colligunt de spinis vuas: aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit. Mala aūt arbor: fructus malos facit. Nō potest arbor bona fructus malos facere: neq; arbor mala fructus bonos facere. Omis ar/

bor que nō facit fructū bonuz excidetur: z in ignem mittet. Igit ex fructibus eorū cognoscetis eos. Nō oīs qui dicit mihi dñe dñe: intrabit in regnū celoz: sz q facit volūtatē pīs mei: qui in celis est: ipse itrabit i regnū celoz. Offer. Sicut in holocaustū arietum et thauroz: z sicut in milib⁹ agnorum pinguium: sic fiat sacrificiū nostrum in cōspectu tuo hodie vt placeat tibi: q: nō est confusio cōfidentib⁹ in te dñe. Secreta. Deus qui legaliū differētiaz hostiaruz vnius sacrificij perfectione sanxisti: accipe sacrificiū a deuotis tuis famulis: z pari benedictione ficut munera abel sanctifica: vt qđ singli obtulerūt: ad maiestatis tue honorē: cūctis pficiat ad salutē. p. Coio. Inclina aurē tuaz: accelera vt eruas me. Tua nos dñe Postcōio. medicinalis opatio: z a nīris puersitatib⁹ clemēter expediat: zad ea q sūt recta pducat. Per. Dñica. vij. post pēthe. Introitus. Ascepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui sm nomē tuuz deus: ita z laus tua in fines terre: iustitia plena est dextera tua. ℣. Magnus dominus z laudabilis valde in ciuitate dei nri in mōte sancto ei⁹. ℣. Gloria. Largire nobis do. Oio. mine q̄sum⁹ semp spūz cogitādi q̄ recta sūt ppitius z agēdi: vt q fine te esse nō possum⁹: sm te viuere valeam⁹. Per. Epla ad romanos. vij. Fres: Debitores sumus: nō carni: vt sz carnē viuam⁹. Si eniz sm carnē vixeritis morieimini. Si autē spū facta carnis mortificaueritis viuetis. Quicūq spū dei agūtur: hi filij dei sūt. Nō enī accepistis spīm seruitutis iterū i timorē: sz accepistis spīm adoptiōis filioruz: in quo clamamus: abba pr̄. Ipse enim spūs testimoniū reddit spiritui nostro q sum⁹ filij dei. Si āt filij z heredes. Heredes qdē dei: coheredes aūt xp̄i. Grad. Esto mihi in deū ptectorem: z in locū refugij: vt saluum me facias. ℣. Deus in te speraui dñe nō cōfūdar in eternuz. Alla. ℣. Magnus dñs z laudabilis valde in ciuitate dei in mōte scō eius. Scōm Illo tpe: lucā. xvj. ca. Dixit ihesus discipulis suis parabolā hāc. Hō qdaz erat diues: q habebat villicum: z hic diffamat⁹ est apud illū q̄si dissipasset bona illi⁹. Et vocauit illum: z ait illi. Quid hoc

audio de te: redde rōnē villicatiōis tue. Jā eni nō poteris villicare. Ait aūt villic⁹ intra se. Quid faciaz: qz dñs meus aufert a me villicatiōez? Fodere nō valeo: mēdicare erubesco. Scio qd faciam: vt cū amot⁹ fuero a villicatiōe recipiāt me in domos suas. Conuocatis itaqz singulis debitoribus dñi sui: dicebat primo. Quātū debes dño meo? At ille dixit: Cētuz cados olei. Dixitqz illi: Accipe cautiōez tuā z sede cito: z scribe qnqginta Deinde alio dixit. Tu vo qz/tū debes? Qui ait: Cētū choros tritici. ait illi: Accipe lras tuas: z scribe octogita. Et laudauit dñs villicū inigtatz: qz prudēter fecisset: qz filij hui⁹ seculi prudētiores filijs lucis i generatiōe sua sūt. Et ego dico vob: Facite vobis amicos de māmona inigtatis: vt cuz defecerit is: recipiāt vos i eterna tabernacula. **Offert.** Populū humilem saluū facies dñe: z oculos superboz humiliabis: quoniam qs deus preter te dñe.

Secreta. Uscipe munera qsum⁹ dñe q tibi de tua largitate deferim⁹: vt hec sacrosancta mysteria gratie tue operante virtute z presentis vite nos puersatiōe sanctificēt: z ad gaudia eterna perducāt. Per. **Cōio.** Gustate z videte quoniam suauis est dñs: beat⁹ vir q sperat in eo. **Post/cōio.**

Sit nobis dñe reparatio mētis z corporis celeste mysterium: vt cui⁹ exequimur actionem: sentiamus effectū. Per. **Dñica .ix. post penthecostes. Introitus.**

Ece de⁹ adiuuat me: z dñs susceptor ē aie mee: auerte mala inimicis meis: z in veritate tua dispde illos. protector me⁹ dñe. ℣ Deus in nomine tuo saluum me fac: z in virtute tua iudica me. ℣ Gloria. **Oīo.**

Ateāt aures miserico/die tue dñe precib⁹ supplicātiū: z vt petētibus desiderata pcedas: facq eos q tibi sūt placita postulare. Per. **Epla ad Corinthios .j. capitu. .x.**

Frēs: Nō fim⁹ cōcupiscētes malorū: sicut z illi pcupierūt. Neqz idolatre efficiamini: sicut qdaz ex ipsis quēadmodū scriptū est Sedit populus māducare z bibere: et surrexerūt ludere. Neqz fornicemur: sicut qdā ex ipsis fornicati sunt: et ceciderunt vna die vigintitria milia. Neqz tēptemus xp̄m: sicut qdā eoz tentauerūt: z a serpētibus pierūt

Neqꝫ murmuraueritis: sicut qdā eoꝝ murmurauerūt ⁊ perierūt ab exterminatore. Hec aūt oīa in figura ꝯtingebāt illis. Scripta sūt aūt ad correptionē nostraꝫ: in quos fines secl'oꝝ deuenerūt. Itaqꝫ q se existimat stare: videat ne cadat. Tētatio vos nō apprehēdat: nisi humana. Fidelis aūt deꝰ est q nō patiet vos tētari sup̄ id qd̄ potestis. Sed faciet etiā cum tētatiōe ꝓuētuū: vt possitis sustinere. Grad. Dñe dñs noster q̄ꝫ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. ℣. Quoniā eleuata est magnificentia tua sup celos. Alla. ℣. Eripe me de inimicis meis deꝰ meꝰ: ⁊ ab insurgentibꝰ in me liberame.

Scd̄m lucaꝫ .xix. capl'o.

In illo tpe: Cū appropinquaret iesus hirl'm: vidēs ciuitatē fleuit sup illā dicēs: Qr si cognouisses ⁊ tu. Et qdē in hac die tua q̄ ad pacē tibi: nūc aūt abscōdita sūt ab ocul' tuis Quia veniēt dies i te: ⁊ circūdabūt te inimici tui vallo: et circūdabūt te: ⁊ coāgustabūt te vndiqꝫ: ⁊ ad terrā ꝓsternēt te: ⁊ filios tuos q in te sūt: ⁊ nō relinquēt in te lapidē sup lapidē: eo ꝙ nō cognoueris tp̄s visitatiōis tue. Et igressus i tēplū: cepit eijcē vēdētes i illo ⁊ emētes dicēs illis. Scriptū ē qr domꝰ mea domꝰ orōnis est. Vos aūt fecistis illā spelūcaꝫ latronū. Et erat docēs quotidie in templo dei. Offer. Iusticie dñi recte letificantes corda ⁊ dulciora super mel et fauū: naꝫ et seruꝰ tuꝰ custodit ea. Secreta

Concede nos hec q̄s dñe digne frequētare mysteria: qr q̄tiēs huiꝰ hostie cōmemoratio celebrat: opus nr̄e redēptōis exercet. ꝑ. Coio. Qui māducat carnē meā et bibit sanguinē meū: i me manet et ego in

Tui Postcō eo dicit dñs. nob̄ dñe coio sacr̄i ⁊ purificatōeꝫ ꝯferat ⁊ tribuat vnitatē. ꝑ. Dñica .x. pꝰ pē. Intro.

Dum clamareꝫ ad dominum exaudiuit vocem meam ab his q appropinquāt mihi: et humiliauit eos q est ante secula: et manet in eternū: iacta cogitatū tuū in dño: et ipse te enutriet. ps. Exaudi deꝰ orōnem meā: ⁊ ne despexeris deprecatiōeꝫ meam: intende mihi et exaudi me.

Deus Oratio. ℣. Gloria. q oīpotētiā tuā parcendo maxime ⁊ miserādo manifestas: mltiplica sup nos misericordiam tuam: vt ad tua ꝓmissa currētes: celestiū bonorum facias esse ꝯsortes. Per.

Epl̄a ad corinthios.j.ca.xij.

FRēs: Scitis qm̄ cū gē
tes essetis ad simula/
chra muta prout ducebamini
euntes. Ideo notū vob̄ facio:
q̄ nemo in spū dei loquēs di/
cit anathema iesu: ⁊ nemo po
test dicere dñs iesus: nisi i spū
sctō. Diuisiōes v̄o gr̄arū sunt:
idē aūt spūs. Et diuisiōes mi/
nistrationū sunt: idē aūt dñs.
Et diuisiones opationū sunt:
idem v̄o deus: qui opat̄ oia i
omnib⁹. Unicuiq; aūt datur
manifestatio spūs ad vtilitatē
Alij qdez per spm̄ dat̄ sermo
sapiētie. Alij aūt sermo sciētie
ſm eūdē spm̄. Alteri fides in
eodē spū. Alij gr̄a sanitatum
in vno spiritu. Alij operatio
virtutū. Alij prophetia. Alij
discretio spirituū. Alij genera
linguarū. Alij interp̄tatio ser
monū. Hec autē omnia ope/
ratur vnus atq; idem spirit⁹:
diuidēs singulis prout vult.
Grad. Custodi me dñe vt pupil
lam oculi: sub vmbra alarū tua/
rū ꝓtege me. ℣. De vultu tuo iu
diciū meū prodeat: oculi tui vi/
deant equitatem. H. lleluia. ℣.
Te decet hymnus deus in syon
⁊ tibi reddet̄ votū in hierusalez.

Scd̄m lucā.xviij. cap̄.

IN illo tēpore: Dixit ie/
sus ad quosdā qui in se confi
debant tanq̄ iusti: ⁊ aspnabā
tur ceteros parabolaz istam:
Duo homines ascenderūt in
templū vt orarent: vnus pha
rise⁹: ⁊ alter publican⁹. Pha
riseus stans hec apud se ora/
bat. Deus gratias tibi ago: q̄
non sum sicut ceteri hominū:
raptores: iniusti: adulteri: ve/
lut etiā hic publicanus. Jeiu
no bis in sabbato: decimas do
omnium que possideo. Et pu
blicanus a longe stans: nole/
bat nec oculos ad celū leuare
sed ꝑcutiebat pectus suum di
cens: Deus ꝓpitius esto mihi
peccatori. Amen dico vobis:
descendit hic iustificatus i do
mum suam ab illo. Quia om
nis qui se exaltat humiliabit̄:
et qui se humiliat exaltabit̄.
Offer. Ad te domie leuaui ani/
mam meam deus meus in te cō/
fido non erubescam: neq; irride
ant me inimici mei: etenim vni/
uersi qui te expectant nō confun

TIbi dñe Secreta dētur.
sacrificia dicata reddan
tur: que sic ad honorem nomi
nis tui deferenda tribuisti: vt
eadē remedia fieri nostra p̄/
stares. Per. Cōio. Acceptabis
sacrificiū iustitie oblatiōes ⁊ ho/
locausta sup altare tuū domine.

QUesumus Postcōio.
dñe de⁹ noster: vt quos

diuinis reparare nõ desinis sa
cramẽtis:tuis nõ destituas be
nignus auxilijs. Per. Dñica
xj.post pentheco. Introitus.

Deus in loco sctõ suo
deus qui inhabitare
facit vnanimes i do/
mo:ipse dabit virtu/
tem ⁊ fortitudinẽ plebi sue. ℣.
Exurgat deus ⁊ dissipent̃ inimi/
ci eius:⁊ fugiãt qui oderũt eum
a facie eius. ℣ Gloria. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne
deus:qui abũdãtia pie/
tatis tue:⁊ merita supplicum
excedis ⁊ vota:effunde super
nos misericordiã tuam:vt di/
mittas que cõscientia metuit:
⁊ adijcias qđ oro nõ p̃sumit.p
Epl̃a ad corinthios.j.ca.xv.

Fratres:Notuz vobis
facio euangeliũ qđ p̃di
caui vobis:qđ ⁊ accepistis:in
quo ⁊ statis:p qđ ⁊ saluamini
Qua ratiõe p̃dicauerim vob
si tenetis:nisi frustra credidi/
stis.Tradidi eni vobis in pri/
mis qđ ⁊ accepi:qm̃ xp̃s mor/
tuus est ꝓ pctis nr̃is ꝟm scri/
pturas:⁊ qꝛ sepultus est:et qꝛ
resurrexit tertia die ꝟm scp̃tu
ras:⁊ qꝛ visus ẽ cephe:⁊ post
hec vndecim:Deinde visus ẽ
plus q̃z qngẽtis fratrib⁹ siml̃:
ex qb⁹ multi manẽt vsqꝫ ad/
huc:qdã aũt dormierũt. De/
inde visus est iacobo:deinde
apl̃is oibus. Nouissime autẽ
omniũ tanq̃z abortiuo visus ẽ
⁊ mihi.Ego eni sum minim⁹
apl̃oꝝ:qui nõ sum dignus vo
cari apl̃s:qm̃ ꝑsecut⁹ sum ec/
clesiã dei. Gratia aũt dei sum
id qđ sum:⁊ gratia eius in me
vacua nõ fuit. Grad. In deo
sperauit cor meũ ⁊ adiutus sum
et refloruit caro mea:⁊ ex volun
tate mea cõfitebor illi. ℣. Ad te
dñe clamaui deus me⁹ ne sileas
ne discedas a me. Alleluia. ℣.
Exultate deo adiutori nr̃o:iubi/
late deo iacob:sumite ꝑsalmum
iocundũ cũ cythara. Scđz mar
cum.vij.ca.

In illo tẽpe:
Exiens iesus de finibus
tyri:venit per sydonẽ ad ma/
re galilee inter medios fines
decapoleos. Et adducunt ei
surdũ ⁊ mutũ:et dep̃cabãtur
eũ:vt imponat illi manũ. Et
app̃hendẽs eũ de turba seor/
sum:misit digitos suos in au/
riculas eius:⁊ expuẽs tetigit
linguã ei⁹. Et suspiciẽs i celũ
ingemuit:⁊ ait illi:Epheta:
qđ ẽ apire. Et statim apte sũt
aures ei⁹:⁊ solutũ est vinculũ
lingue ei⁹:⁊ loq̃bat̃ recte. Et
precepit illis:ne cui dicerent.
Quãto aũt eis p̃cipiebat:tan/
to magis plus predicabãt:et
eo ampli⁹ admirabant̃ dicen

tes: Bene oia fecit: et surdos fecit audire: et mutos loqui. Offer. Exaltabo te dñe: quoniaz suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me: dñe clamaui ad te: z sanasti me. Secre. REspice dñe quesumus ad nostram ꝓpitius seruitutem: vt quod offerimus: sit tibi munus acceptum: sit nostre fragilitatis subsidium Per. Cõmũio. Honora dominum de tua substantia: et de ꝓmitijs frugũ tuarũ: vt ipleant horrea tua saturitate: et vino torcularia redũdabunt. Postcõio. SEntiam⁹ dñe ꝙs tui perceptiõe sacri subsidium mẽtis z corporis: vt in vtroꝙ saluari celestis remedij plenitudine gl'iemur. Per. Dñica xij. post pẽthecost. Introitus.



Deus in adiutoriũ meum intende: domine ad adiuuandũ me festina: cõfũdant et reuereant inimici mei q q̃rũt aiaz meã. ꝑ Auertãt retrorsũ et erubescant q volunt mihi mala. ℣. Oratio. Omnipotens z misericors deus: de cui⁹ munere vẽit: vt tibi a fidelib⁹ tuis digne z laudabiliter seruiat: tribue nob ꝙs: vt ad ꝓmissiões tuas sine offẽsione curram⁹ Per Epla ad corinthios. ij. ca. iij. FIduciã talẽ habemus ꝑ xp̃m ad deũ: nõ q̃ sufficientes sim⁹ aliqd cogitare a nob q̃si ex nobis: sz sufficiẽtia nr̃a ex deo ẽ. Qui z idoneos nos fecit ministros noui testameti nõ l'ra: sz spũ. L'ra eni occidit spũs aũt viuificat. Qõ si ministratio mortis l'ris deformata in lapidibus fuit in gloria: ita vt nõ possent intẽdere filij isr̃l in faciẽ moysi ꝓpter gloriam vult⁹ eius: q̃ euacuat: quõ nõ magis ministratio spũs erit in gl'ia? Naz si ministratio damnationis in gloria est: multo magis abũdat ministeriuz iustitie in gloria. Grad. Benedicam dñm in oi tẽpore semp laus ei⁹ in ore meo. ℣. In dño laudabit aia mea: audiant mansueti et letent. Alla. ℣. Dñe de⁹ salutis mee i die clamaui et nocte coram te. Scõm lucam. x. capto In illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis: Beati oculi q vident que vos videtis. Dico eni vobis quia multi prophete z reges voluerũt videre que vos videtis: z nõ viderũt: z audire que auditis z nõ audierũt. Et ecce qdam legisperit⁹ surrexit tẽtans illũ z dicens: Magister qd faciendo vitã eternã possidebo? At

ille dixit ad eum: In lege qd scriptū ē? Quō legis? Ille āt respōdēs dixit: Diliges dñm deum tuū ex toto corde tuo: ⁊ ex tota ania tua: ⁊ ex oib⁹ viribus tuis: ⁊ ex omni mēte tua: ⁊ proximū tuū sicut teipsum. Dixitq; illi: Recte respōdisti. Hoc fac ⁊ viues. Ille aūt volens iustificare seipsum: dixit ad iesuz. Et qs ē me⁹ ꝓxim⁹? Suspiciēs aūt iesus dixit: Hō qdam descēdebat ab hierl'm i hierico: ⁊ incidit in latrones Qui etiā despoliauerūt eū: et plagis ipositis abierunt semiuiuo relicto. Accidit autez vt sacerdos quidam descēderet eadē via: ⁊ viso illo: preterijt. Similiter ⁊ leuita cū esset secus locū: ⁊ videret eū: pertrāsijt. Samaritan⁹ autem qdaz iter faciēs: venit secus eū: ⁊ videns eū: misericordia motus est. Et approprians alligauit vulnera eius infundēs oleū ⁊ vinū. Et imponēs illum in iumentū suū: duxit in stabulū: ⁊ curā ei⁹ egit. Et altera die ꝓtulit duos denarios: ⁊ dedit stabulario: ⁊ ait: Curā illi⁹ habe: ⁊ quodcūq; supererogauerz: ego cum rediero reddaz tibi. Quis hoꝝ triū videt tibi ꝓximus fuisse illi: q incidit in latrōes? At ille dixit. Qui fecit mīam in illum. Et ait illi iesus: Vade ⁊ tu fac sil'r. Offer. Precat⁹ est moyses in cōspectu dñi dei sui: et dixit: precat⁹ est moyses i cōspectu dñi dei sui: et dixit quare dñe irasceris in popl'o tuo parce ire anie tue: memento abraam ysaac et iacob: qb⁹ iurasti dare terram fluentē lac et mel et placat⁹ fact⁹ est dñs de malignitate quam dixit facere ppl'o

Hostias q̄s dñe Sec̄ suo placat⁹ ītēde: q̄s sacrz altarib⁹ exhibem⁹: vt nob̄ idulgētiam largiēdo tuo nomini dent honorem. Per. Coio. De fructu ꝯperū tuoꝝ dñe satiabit terra: vt educas panē de terra: et vinū letificet cor homis vt exhilaret faciem i oleo: et panis cor homis confirmet. Postcō.

Viuificet nos q̄s dñe huius participatio sacri: ⁊ pariter nobis expiationem tribuat ⁊ munimen. Per.

Dñica .xiij. post pēth. Intro.

Respice dñe i testamētū tuū: ⁊ animas pauperū tuoꝝ ne dereliquas in finez: exurge dñe et iudica cām tuā: et ne obliuiscarz voces q̄rētiū te. ℣. Ut qd repulisti i finē: irat⁹ est furor tu⁹ sup oues pascue tue. ℣. Gloria.

Omnipotēs sēpiterne deus: da nob̄ fidei Oio.

spei ⁊ charitatis augmētū: et vt mereamur assequi qd̄ pro/mittis: fac nos amare qd̄ pre/cipis. Per do. Epl'a ad gala/thas. iij. capl'o

FRatres: Abrae dicte sūt ꝓmissiones ⁊ semini eius. Nō dicit ⁊ seminibus: q̄si in multis: sed q̄si in vno ⁊ semini tuo qui est xp̄s. Hoc aūt dico testm̄ ꝯfir/matū a deo que post q̄dringē tos ⁊ triginta annos facta est lex: nō irritū facit ad euacuā/dā ꝓmissionē. Nam si ex lege hereditas: iaz nō ex ꝓmissiōe Abrae aūt ꝑ repromissionem donauit deus. Quid igit̄ lex? Propter trāsgressiōes posita est: donec veniret semē cui re promiserat: ordinata ꝑ ange/los in manu mediatoris. Me diator aūt vnius nō est: deus aūt vnus est. Lex ergo aduer sus ꝓmissa dei A?bsit. Si eniz data esset lex que posset viui/ficare: vere ex lege esset iusti/cia. Sed ꝯclusit scriptura oīa sub peccato: vt ꝓmissio ex fi/de iesu xp̄i daret̄ credētibus. Grad Respice dñe in testamētū tuum: ⁊ animas pauperū tuoꝝ ne obliuiscaris in finē. ℣. Exur/ge dñe ⁊ iudica causam tuā: me/mor esto opprobrij seruoꝝ tuoꝝ. Alla. ℣. Dñe refugiū factus es nobis a generatione ⁊ progenie.

I Scd̄m lucam. xvij. cap̄. In illo tp̄e: Cū iret iesus in hierl'm trāsibat ꝑ mediam samariā ⁊ galileā. Et cum in/grederet̄ quoddā castellū: oc currerūt ei decez viri leprosi. Qui steterūt a lōge: ⁊ leuaue rūt vocem dicētes. Jesu pre/ceptor miserere nostri. Quos vt vidit dixit. Jte ostēdite vos sacerdotibus. Et factū est dū irēt mūdati sūt. Unus autem ex illis vt vidit qꝛ mūdat⁹ est regressus est cum magna vo/ce magnificans deum: ⁊ ceci/dit in faciem ante pedes eius gratias agens. Et hic erat sa/maritan⁹. Respōdēs āt iesus dixit. Nōne decem mundati sunt: ⁊ nouem vbi sunt? Non est inuentus qui rediret ⁊ da/ret gloriaz deo nisi hic alieni gena. Et ait illi: Surge vade: quia fides tua te saluuz fecit. Offerto In te speraui dñe: dixi tu es de⁹ me⁹: in manib⁹ tuis tē

PRopi/tiare dñe ppl'o tuo: ꝓpi/tiare muneribus: vt hac obla tiōe placat⁹: ⁊ idulgētiā nob̄ tribuas: ⁊ postulata ꝯcedas. Per. Coio. Panē de celo dedi sti nobis dñe habentē omne dele ctamētū ⁊ oēz saporē suauitatis. Secr. pora mea.

SUmptis dñe celestibus sacr̄is ad re/ Postcōio

demptiōis eterne q̄s proficia
mus augmētū. Per. Dñica
xiiij. post penthe. Introitus.

PRotector noster aspi
ce deus: ⁊ respice in
faciem xp̄i tui q̄ me
lior est dies vna in a/
triis tuis super milia. ps. Quam
dilecta tabernacula tua dñe vir/
tutum: cōcupiscit ⁊ deficit anima
mea in atria domini. ℣. Gloria.

CUstodi domine Oro.
q̄s eccl'iam tuam propi
tiatione perpetua: ⁊ quia sine
te labitur humana mortali/
tas: tuis semper auxiliis ⁊ ab/
strahatur a noxiis: ⁊ ad saluta
ria dirigatur. Per. Epistola
ad galathas. v. capl'o.

FRatres: Spiritu ambu
late: ⁊ desideria carnis nō pfi
cietis. Caro eniz ꝯcupiscit ad
uersus spiritū: spirit⁹ autem
aduersus carnē. Hec eniz sibi
inuicē aduersant: vt nō que/
cūq; vultis illa faciatis. Qd
si spiritu ducimini: non estis
sub lege. Manifesta autem
sūt opera carnis: que sunt for
nicatio: imūdicia: ipudicitia:
luxuria: auaricia: qd est ydo/
lor̄ seruit⁹: veneficia: inimici/
tie: ꝯtētiōes: emulatiōes: ire:
rixe: dissēsiōes: secte: inuidie:
homicidia: ebrietates: cōmes
satiōes ⁊ his similia: q̄ p̄dico
vobis sicut p̄dixi: qm̄ q talia
agūt regnū dei nō ꝯsequētur
Fructus aūt spūs est charitas
gaudiū: pax: patiētia: lōgāni
mitas: bonitas: benignitas:
māsuetudo: fides: spes: mode
stia: ꝯtinētia: castitas: Aduer/
sus huiusmōi nō est lex. Qui
aūt sūt xp̄i: carnē suaz crucifi
xerūt cū vitiis ⁊ ꝯcupiscētiis.
Grad. Bonū est cōfidere in do
mino: q̄z cōfidere in homine. ℣.
Bonū est sperare in domino q̄z
sperare in principib⁹. Alla. ℣.
Uenite exultemus domino: iu/
bilem⁹ deo salutari nr̄o. Scdm
matthеū. vj. cap.

IN illo tpe: Dixit iesus discipu/
lis suis. Nemo potest duob⁹
dñis seruire. Aut enim vnum
odio habebit: ⁊ alterū diliget
aut vnū sustinebit: ⁊ alter̄ cō/
tēnet. Nō potestis deo seruire
⁊ māmone. Ideo dico vobis:
ne solliciti sitis aīe vestre qd
māducetis: neq; corpori vr̄o
qd induamini. Nōne anima
plus ē q̄z esca ⁊ corpus plus
q̄z vestimētū? Respicite vola/
tilia celi: qm̄ nō serūt neq; me
tunt: neq; cōgregāt in horrea
⁊ pater vester celestis pascit il
la. Nonne vos magis pluris
estis illis? Quis aūt vest̄r co
gitās pōt adijcere ad staturaz
suā cubitū vnuz? Et de vesti/

mẽto qd solliciti estis? Cõsiderate lilia agri quõ crescũt: nõ laborãt neqz nent. Dico autẽ vob: qm̃ nec salomon i omni gloria sua coopertus est: sicut vnũ ex istis. Si eniz fenũ agri qõ hodie est: z cras i clibanũ mittit: deus sic vestit: qz̃to magis vos minime fidei? Nolite ergo solliciti esse dicẽtes: qd mãducabim⁹: aut qd bibem⁹ aut quo opiemur: hec eni oia gẽtes inqrũt. Scit eniz pr̃ vr̃ celestis: qr̃ his oibus idiget. Querite ergo p̃mũ regnum dei: z iusticiam ei⁹: z hec oia adꝺicient vob. Offert. Immittet angelus domini in circuitu timẽtium eũ: z eripiet eos: gustate z videte quoniã suauis est dñs.

Concede nobis Secre. dñe qs: vt hec hostia salutaris: z nr̃oz̃ fiat purgatio delictoz̃: z tue ꝓpitiatio potestatis. Per. Coio. Primũ qrite regnũ dei: z omnia adꝺicient vobis dicit dominus. Postcõio.

Purificent semper z munãt tua sacramẽta nos de⁹: z ad perpetue nos ducãt salutionis effectum. Per.

Dominica. xv. post pentheco.

Inclina dñe Introi. aurẽ tuã ad me: z exaudi me: saluum fac seruũ tuuz de⁹ meus sperãtẽ in te: miserere mihi dñe quoniam ad te clamaui tota die. ℣. Letifica animã serui tui: quoniam ad te dñe animaz meam leuaui. ℣. Gloria. Oratio.

Ecclesiã tuã dñe misericordia ꝓtinuata mũdet z mũiat z qr̃ sine te nõ põt salua ꝓsistere: tuo semp munere gubernet. Epistola ad galathas. vj. ca.

Fratres: Si spiritu viuimus: spũ z ambulemus. Nõ efficiamur inanis gl̃ie cupidi: inuicẽ puocãtes: inuicez inuidẽtez. Fratres: Et si ꝓeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui spiritnales estis: huiusmodi instruite in spũ lenitatis cõsiderãs teipsum: ne z tu tenteris. Alter alteri⁹ onera portate: z sic adimplebitis legem x̃pi. Nã si qs existimat se aliqd esse cuz nihil sit: ipse se seducit. Opus aũt suũ ꝓbet vnusqsqz: z sic in semetipso tm̃ gloriã habebit: z nõ in altero. Unusqsqz eniz onus suũ portabit. Cõicet ãt is q cathetizat v̊bo: ei q se cathetizat in oib⁹ bonis. Nolite errare: de⁹ nõ irridet. Que cũqz semiauerit hõ: hec z metet. Qm̃ qui seminat in carne sua: de carne z metet corrupti onẽ. Qui aũt seminat in spũ: de spũ metet vitã eternã. Bo

nū aūt faciētes nō deficiam⁹: tpe enim suo metem⁹ nō deficiētes. Ergo duz tēpus habemus operemur bonū ad oēs: maxime aūt ad domesticos fidei. Grad. Bonū ē cōfiteri dño ꝛ psallere nomini tuo altissime. ℣. Ad annūciādū mane misericordiā tuā: ꝛ veritatē tuā per noctē. Alla. ℣ Quonia deus magnus dñs: ꝛ rex magnus super omnem terram. Scōm lucaz. In illo ptē: Ibat ihesus in ciuitatē que vocat naym. fo. 49. Offer. Expectās expectaui dñz ꝛ respexit me: ꝛ exaudiuit deprecationē meā: ꝛ imisit in os meuz canticū nouuz hymnū deo nr̄o.

Tacta nos dñe Secreta. sacramēta custodiant: et ptra diabolicos tueant semp incursus. Per. Cōio. Panis quez ego dedero caro mea est p seculi vita. Postcōio. Entes nr̄as ꝛ corpora possideat qs dñe doni celestis operatio: vt nō noster sensus in nobis: sed eius iugiter preueniat effectus. Per. Dñica xvj. post pēthecō. Introitus.

Miserere mihi domine quoniaz ad te clamaui tota die: q; tu domine suauis ac mitis es: ꝛ copiosus in misericordia oībus invocantibus te. ℣. Inclina dñe aurē tuā mihi: ꝛ exaudi me: quoniaz inops ꝛ pauper sum ego. ℣. Gloria. Oro. Tacta nos dñe qs gr̄a semper pueniat ꝛ sequat: ac bōis operib⁹ iugiter pstet esse intētos. Per. Epla ad ephesios. Frēs: Obsecro vos ne deficiatis in tribulatiōibus meis pvobis: que est gloria vestra. Huius rei gratia flecto gēua mea ad patrez domini nostri ihesu xp̄i: ex quo oīs paternitas in celo ꝛ in terra nominat: vt det vobis fm diuitias glie sue virtutem corroborari per spūm eius in iteriori hoie habitare xp̄m per fidē in cordibus vestris. In charitate radicati et fundati: vt possitis cōprehendere cū oibus sāctis: que sit latitudo: lōgitudo: sublimitas: ꝛ pfundum. Scire etiā supereminētē sciētie charitatē xp̄i: vt impleamini i oēm plenitudinem dei. Ei aūtē qui potēs est omnia facere superabūdāter qz petim⁹: aut itelligimus fm virtutē que operat in nobis: ipsi gloria in ecclesia: ꝛ in xp̄o ihesu in oēs generatiōes seculi seculorum amen. Grad. Timebūt gentes nomē tuū dñe ꝛ oēs reges terre gloriam tuam. ℣. Quonias edificauit dñs syon

et videbit i maiestate sua. Alla ℣. Cantate dño canticũ nouum quia mirabilia fecit dñs. Scõm In illo lucã.xiiij.cap'lo tempore: Cũ intraret ie sus in domũ cuiusdã pncipis phariseoꝝ sabbato mãducare panẽ: ꝛ ipsi obseruabãt eũ. Et ecce homo quidã hydropicus erat ante illũ. Et respõdens iesus dixit ad legisperitos ꝛ phariseos dicens: Si licet sabbato curare: At illi tacuerunt. Ipse vo apprehẽsuꝝ sanauit eum ac dimisit. Et respondens ad illos dixit: Cuius vestruꝝ asinus: aut bos in puteũ cadet: ꝛ nõ cõtinuo extrahet illũ die sabbati. Et nõ poterãt ad hec respõdere illi. Dicebat aũtẽ et ad inuitatos parabolã: intendens quõ primos accubitus eligerẽt dicẽs ad illos. Cum inuitatus fueris ad nuptias: nõ discumbas in primo loco: ne forte honoratior te sit inuitatus ab eo: et veniẽs qui te & illũ inuitauit dicat tibi: Da huic locum. Et tunc incipias cum rubore nouissimuꝝ locũ tenere. Sed cũ vocatus fueris vade ꝛ recumbe in nouissimo loco: vt cũ venerit qui te inuitauit dicat tibi: Amice: Ascende superius Tunc erit tibi gloria coram simul discũbẽtibus. Quia omnis qui se exaltat humiliabit: et qui se humiliat exaltabit. Offer. Domine in auxiliũ meum respice: cõfundant ꝛ reuereant q q̃rũt aiam meã vt auferãt eam: dñe in auxiliũ meũ respice.

Munda nos Secreta. dñe q̃s sacrificij pseutis effectu: ꝛ perfice miserat⁹ in nobis: vt ei⁹ mereamur esse participes. p. Cõio. Domie memorabor iustitie tue solius deus docuisti me a iuuentute mea: et vsq; in senectã ꝛ seniũ deus ne derelinquas me. Postcõio. Purifica dñe q̃s mentes nostras benignus: ꝛ renoua celestibus sacramentis: vt consequẽter ꝛ corpoꝝ presens pariter ꝛ futuri capiam⁹ auxilium. Per do. Dominica xvij. post pentheco. Introit⁹.

Iustus es dñe ꝛ rectũ iudiciũ tuũ: fac cum seruo tuo sm misericordiã tuã. ℣ Beati immaculati in via: qui ambulãt in lege dñi. ℣ Gla. Oio Ad q̃s dñe populo tuo diabolica vitare cõtagia: ꝛ te solũ deũ pura mẽte sectari. p. Epla ad ephesios. iiij. cap'lo. Fratres: Obsecro vos ego vinctus in dño: vt digne ambuletis vocatione q̃

vocati estis cum omni humi/
litate ⁊ mansuetudine: cū pa/
tientia supportantes inuicem
in charitate. Solliciti seruā/
re vnitatē spiritus in vinculo
pacis. Unum corpus ⁊ vnus
spūs: sicut vocati estis in vna
spe vocationis vestre. Unus
dominus: vna fides: vnū ba/
ptisma. Unus deꝰ ⁊ pater oīm
qui est sup oēs: ⁊ p oīa: ⁊ i om
nibus nobis. Qui ē bñdictus
in secula seculoꝝ amē. Grad.
Beata gens cuius est dñs deus
eoꝝ: populus quē elegit dñs in
hereditatē sibi. ℣ Uerbo domi
ni celi firmati sunt: ⁊ spiritu oris
eius oīs virtus eoꝝ. Alleluia.
℣ Dñe exaudi orationē meaz: et
clamor meus ad te perueniat.

Scōm matheū.xxij.ca.

In illo tpe: Accesserunt
ad iesum pharisei: ⁊ interro/
gauit eū vnus ex eis legis do
ctor tentās eū ⁊ dicēs: Magi/
ster qō est mandatū magnū in
lege? Ait illi iesus: Diliges
dñm deum tuū ex toto corde
tuo: ⁊ ex tota anima tua: et ex
tota mente tua: Hoc est maxi/
mū ⁊ primū mandatū. Secū/
dum aūt simile est huic: Dili
ges proximū tuū sicut teipm.
In his duobus mādatis vni/
uersa lex pēdet ⁊ pphete. Cō
gregatis aūt pharisеis: inter/
rogauit eos iesus dicēs: Quid
vobis videt de christo cuiꝰ fi/
lius est? Dicūt ei: Dauid. Ait
illis: Quō ergo dauid in spū
vocat eum dñm dicens: Dixit
dñs dño meo: sede a dextris
meis: Donec ponaz inimicos
tuos: scabellū pedū tuoꝝ. Si
ergo dauid vocat eum dñm:
quō filius eius est? Et nemo
poterat respondere ei verbū:
neq; ausus fuit quisq; ex illa
die amplius eum interrogare.
Offer. Oraui deū meū ego da/
niel dicēs: exaudi dñe preces ser
ui tui: illumina faciē tuā sup san
ctuariū tuum: ⁊ ppitius intende
populum istū super quē inuoca/
tum est nomē tuū deus. Secr.
Maiestatē tuam domi/
ne suppliciter depre/
camur vt hec sancta que geri
mus: et a pteritis delictis nos
exuant ⁊ futuris. Per. Cōio.
Uouete ⁊ reddite dño deo vestro
omnes qui in circuitu eius affer
tis munera terribili ⁊ ei qui au/
fert spiritum principum terribili
apud oēs reges terre. Postcō.
Sanctificationibus tuis
oēs deus ⁊ vitia nostra
curent: ⁊ remedia nobis eter/
na proueniant. Per. Feria
quarta quatuor tēpoꝝ mēsis
septembris. Statio ad sanctā
mariam maiorez. Introitus.

EXultate deo adiutori nro: iubilate deo iacob: sumite psalmū iocūdū cum cythara canite initiuz mensis tuba: quia preceptū in israel est: z iudicium deo iacob. ℟. Testimoniū in ioseph posuit illud: cum exiret de terra egypti. ℣. Gloria. Oremꝰ Flectamus ge. Leuate. Oro.

MIsericordie tue remedijs qsumus domine fragilitas nostra subsistat: vt que sua cōditione atterit: tua clemētia reparetur. Per. Lectio amos prophete. ix. capi.

HEc dicit dominus deꝰ: Ecce dies veniūt: z cōprehēdet arator messorem: et calcator vue mittētem semē. Et stillabūt montes dulcedinē Et omnes colles culti erunt. Et conuertā captiuitatem ppli mei israel: z edificabūt ciuitates desertas z habitabūt i eis: z plātabūt vineas z bibēt vinum eaz: z faciēt hortos z comedēt fructū eoz. Et plātabo eos sup humū suā: z nō euellā eos vltra de terra sua: quā dedi eis: Dicit dns ops. Grad. Quis sicut dns deus noster q̄ in altis habitat: et humilia respicit in celo z in terra. ℣. Suscitans a terra inopem: z de stercore erigens pauperem. Sequū. Dominus vobiscum. ℟. Flectamus genua. Oratio.

PResta qs domine familie tue supplicāti: vt dum a cibis corporalibus se abstinet: a vitijs quoq; mente ieiunet. Lcō libri esdre neemie. viij. c.

IN diebus illis: Cōgregatus est omnis ppls q̄si vir vnus ad plateam: que est ante portam aquarū: et dixerūt esdre scribe: vt afferret librum legis moysi: quā precepit dominꝰ israeli. Attulit ergo esdras sacerdos legē coram multitudine virorū ac mulierū cūctisq; qui poterant intelligere in die prima mēsis septimi: z legit in eo aperte in platea: que erat ante portā aquarum: a mane vsq; ad meduz diem: in conspectu virorum z mulierum z sapientiū. Et aures omnis populi erāt erecte ad librum. Stetit autē esdras scriba super gradum ligneū quem fecerat ad loquendū: z steterūt leuite iuxta eum. Et aperuit esdras librū coram oi pplo. Et bñdixit esdras dño deo magno. Et respōdit omis ppls. Amē amē eleuātes manus suas: z incuruati sūt: z adorauerūt deū pni in terram. Porro leuite filētiū faciebāt in pplo ad audiēdam legem

Ppl's autem stabat in gradu suo. Et legerūt in libro legis dei distincte ⁊ aperte ad intelligendū. Dixit autē neemias sacerdos: ⁊ esdras scriba: ⁊ leuite interpretantes vniuerso populo. Dies sanctificat⁹ est domino deo nostro: nolite lugere: ⁊ nolite flere. Et dixit eis. Ite ⁊ comedite pinguia: ⁊ bibite mulsum: ⁊ mittite partes eis q̄ non preparauerunt sibi: quia sanctus dies domini est. Et nolite ꝯtristari: gaudiuz etenim dñi est fortitudo vestra. Grad. Beata gens cuius est domin⁹ de⁹ eor̄: popul⁹ quem elegit dominus in hereditatem sibi. ℣. Uerbo domini celi firmati sunt: ⁊ spiritu oris eius omnis virtus eor̄. Scdm marcū. ix. capl'o

In illo tpe: Respōdēs vnus de turba dixit ad iesum. Magister attuli filium meum ad te habentem spiritum mutuz: qui vbicūq; cum apprehenderit allidit euz: ⁊ spumat ⁊ stridet dētib⁹ ⁊ arescit. Et dixi discipulis tuis vt eijcerēt illum: et nō potuerūt. Qui respōdens dixit eis. O generatio incredula: q̄ꝫdiu apud vos ero: q̄ꝫdiu vos patiar? Afferte illum ad me. Et attulerūt eum. Et cū vidisset illū: statiz spiritus ꝯturbauit eū: ⁊ elisus in terra volutabat̄ spumās. Et interrogauit patrē eius. Quātū tēporis est ex quo ei hoc accidit At ille ait: Ab ifantia. Et frequēter eū ⁊ in ignē ⁊ in aquā misit vt eū ꝑderz. Sz si q̄d potes adiuua nos misertus nr̄i. Jesus autem ait illi: Si potes credere: oīa possibilia sūt credenti. Et cōtinuo exclamans pater pueri cū lachrymis aiebat: Credo dñe: adiuua icredulitatē meā. Et cum videret iesus cōcurrētē turbaz: cōminatus est spiritui imūdo: dicens illi: Surde ⁊ mute spūs ego tibi precipio exi ab eo: et amplius nō introeas in eum. Et clamans: ⁊ multū discerpens eū exijt ab eo. Et factus est sicut mortuus: ita vt multi dicerēt q̄ mortuus est. Jesus aūt tenens manū eius eleuauit eū ⁊ surrexit. Et cū introisset in domū: discipuli ei⁹ secreto interrogabāt euz. Quare nos non potuim⁹ eijcere illū? Et dixit illis: Hoc gen⁹ in nullo pōt exire: nisi in orōne ⁊ ieiunio. Offert. Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde: ⁊ leuabo man⁹ meas ad mādata tua que dilexi. Secreta.

Hec hostia dñe q̄s emundet nostra delicta: ⁊ ad

sacrificiū celebrandū subdi/
toꝝ tibi corpa mētesq; sancti/
ficet. P. Cōio. Comedite pin/
guia ⁊ bibite mulsum: ⁊ mittite
partes eis qui nō p̄parauerunt
sibi: sctūs etenim dies dñi est: no
lite cōtristari: gaudiū eteniꝫ dñi
est fortitudo vestra. Postcom.

SUmentes dñe dona ce/
lestia suppliciter dep̄ca
mur: vt q̄ sedula seruitute te
donāte gerimus: dignis sensi
bus tuo munere capiam⁹. p.

Feria.vj. Statio ad sanctos duodecim aplos. Introitus.

LEtetur cor querentiū
dñm: querite dñm et
confirmamini: que/
rite faciē eius semp.
℣. Confitemini dño ⁊ inuocate
nomen eius: annūciate inter gē/
tes opera eius. ℣. Glia. Oro.

PResta q̄s op̄s deus: vt
obseruatiōes sacras an
nua deuotiōe recolētes: ⁊ cor
pore tibi placeam⁹ ⁊ mēte. p.

Lectio osee pphete. xiiij. ca.

HEc dicit dñs deus: Cō
uertere israel ad dñm
deū tuū: qm̄ corruisti in iniq/
tate tua. Tollite vobiscū ver/
ba: ⁊ cōuertimini ad dñm: et
dicite ei: Omnē aufer iniqta
tē: accipe bonū: et reddemus
vitulos labioꝝ nr̄oruꝫ. Assur
nō saluabit nos: super equos
nō ascēdemus: nec dicemus
vltra: dij nostri opa manuum
nr̄arū: qꝛ eius q in te est mise/
reberis ppl̄i. Sanabo contri
tiones eoꝝ: diligā eos sponta
nee: qꝛ auersus est furor meus
ab eis. Ero quasi ros: isrl̄ ger
minabit quasi liliū. Et erum/
pet radix eius: vt libani ibūt
rami eius. Et erit quasi oliua
gloria eius: ⁊ odor eius vt li/
bani. Cōuertentur sedētes in
vmbra ei⁹: viuēt tritico: ⁊ ger
minabunt quasi vinea. Me/
moriale eius sicut vinū liba/
ni. Ego exaudiā ⁊ dirigā eū:
ego vt abietē virentem ex me
fructus eius inuētus ē. Quis
sapiens ⁊ intelliget ista: intel
ligēs ⁊ sciet hec? Quia recte
vie dñi: ⁊ iusti ambulabūt in
eis. Grad. Cōuertere dñe ali/
quātulū: ⁊ deprecare sup seruos
tuos. ℣. Dñe refugiū factus es
nobis a generatiōe ⁊ progenie.
Scdꝫ lucā. In illo tpe: Ro/
gabat iesum quidā pharise⁹.
folio 55. Offer. Bñdic anima
mea dñm: ⁊ noli oblsuisci om̄es
retributiōes eius: et renouabit
sicut aqle iuuētus tua. Sacre.

ACccepta tibi sint domi
ne qm̄s nostri dona ie/
iunij: que ⁊ expiādo nos tua
gratia dignos efficiāt: ⁊ ad sē
piterna ꝓmissa ꝑducant. P.

℟. Auferam me opprobriũ et cõtemptũ q̃ mandata tua exq̃sivi dñe: nã & testimonia tua meditatio mea est. ℣. Post hec ℟. Uesumus ops deus vt de pceptis muneribus gras exhibẽtes: beneficia potiora sumamus. ℣. Sabbato Statio ad scm̃ petrũ. Introitus.



Enite adoremus deũ et pcidam⁹ ante dñm ploremus ante eũ q̃ fecit nos: q̃ ipse est dñs deus nr̃. ℣. Uenite exultemus dño iubilemus deo salutari nr̃o. ℣. Gloria. ℟. Oremꝰ. Flectamus genua. Leuate. ℟. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne deus: qui per cõtinẽtiã salutarẽ corporib⁹ mederis & mentibus: maiestatẽ tuã supliciter exoramꝰ: vt pia ieiunãtium deprecatione placatus: et pr̃sentia nobis subsidia tribuas & vẽtura. p. ℣. Prophetia. i. Lectio libri leuitici. xxiij. cap.

In dieb⁹ illis: Locutus est dñs ad moysen dicẽs Decimo die mensis huius septimi: dies expiationũ erit celebrimus: & vocabit sanctus Affligetisq̃ aias vras in eo: et offeretis holocaustũ dño. Oẽ opus non facietis in tempore diei huius: q̃ dies ppitiationis est: vt ppitiet vobis dñs deus vester. Omis aia que afflicta non fuerit die hoc: peribit de populis suis. Et que opis quippiã fecerit: delebo eaz de populo suo. Nihil ergo opis facietis in eo. Legitimũ sempiternũ erit vobis in cunctis generationibus & habitatiõibus vestris. Sabbatũ requietionis est: affligetisq̃ animas vras. Die nono mẽsis huius: a vespera vsq̃ ad vesperã: celebrabitis sabbata vra. Dicit dñs ops. ℟. Propitiꝰ esto dñe peccatis nr̃is: neq̃ dicãt gẽtes vbi est deus eor̃. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: & propter honorẽ nominis tui domine libera nos. ℟. Oremus. Flectamus genua. Leuate. ℟. Oratio

Da nobis q̃s ops deꝰ: vt ieiunãdo tua gratia satiemur: & abstinendo cunctis efficiamur hostibus fortiores Per do. ℣. Prophetia secũda. Lectio libri leuitici. xxiij. cap.

In dieb⁹ illis: Locutus est dñs ad moysen dicẽs Quintodecimo die mẽsis huius septimi: q̃n congregaueritis oẽs fructus terre vre: celebrabitis ferias dñi septẽ diebus. Die primo & die octauo erit sabbm id ẽ reqes. Sumetisq̃ vobis die primo fructus arboris pulcherrime: spatulasq̃

palmarũ: ⁊ ramos ligni den/ sarum frondium: ⁊ salices de torrente: ⁊ letabimini corã do mino deo vestro: ⁊ celebrabi/ tis solẽnitatẽ eius septem die/ bus per annũ. Legitimũ sem piternũ erit vobis in genera/ tionibus vestris. ℣ Mense se/ ptimo festa celebrabitis: ⁊ ha bitabitis in vmbraculis septẽ diebus. ℣ Omnis qui de gene/ re israel est manebit in taber/ naculis: vt discant posteri ve stri q̃ in tabernacul.s habita re fecerim filios israel: cũ edu cerẽ eos de terra egypti. Ego dñs deus vester. ℟ Orã. Pro/ tector noster aspice deus: ⁊ respi ce sup seruos tuos. ℣. Domine deus virtutũ exaudi preces ser/ uoꝝ tuoꝝ. Oremus. Flecta mus genua. Leuate. ℟ Oratio.

TVere qm̃s dñe familiaꝫ tuam: vt salutis eterne remedia: que te inspirãte req rimus: te largiente consequa mur. Per do. ℣ Prophetia. iij. Lcõ michee pphete. vij. cap.

TOmine deꝰ noster pa/ sce populũ tuũ i virga tua gregẽ hereditatis tue: ha bitantes solos terram in saltu iuxta dies antiquos. Videbũt gentes ⁊ cõfundent sup omni fortitudine sua: Q̃ m̃ quis deꝰ similis tui: qui aufers iniqta/ tem: ⁊ transfers peccatũ relig arum hereditatis tue? Nõ im mittet vltra furorem suũ: qm̃ volens misericordiã est. Et re uertetur et miserebit nostri. Deponet oẽs iniqtates nras: et pjciet in pfundum maris omnia pcta nostra. Dabis ve ritatem iacob: misericordiam abrahã: que iurasti patribus nostris a diebus antiqs. Dñe deus noster. ℟ Orã. Conuerte/ re dñe aliquantulũ: ⁊ deprecare super seruos tuos. ℣ Dñe refu/ gium factus es nobis a generati one ⁊ pgenie. Oremus. Fle/ ctamus genua. Leuate. ℟ Oro

PResta qm̃s dñe ſic nos ab epulis abstinere car nalibus: vt a vitijs irruẽtibus pariter ieiunemus. P. ℣ Pro/ phetia. iiij. Lcõ zacharie p/ TIn dieb⁹ phete. viij. ca. illis. Factũ est verbũ do mini ad me dicẽs: Hec dicit dñs deus exercituũ. Sicut co gitaui vt affligerẽ vos: cũ ad iracundiã me puocassent pa tres vestri: ⁊ nõ sum misert⁹: sic puersus cogitaui in dieb⁹ istis: vt benefaciã hierusalẽ ⁊ domui iuda. Nolite timere: hec sunt ergo verba q̃ facietꝭ Loqmini veritatẽ vnusquisq cũ pximo suo: veritatẽ ⁊ iudi cium pacis iudicate in portis

vestris: ⁊ vnusquisq; malum cōtra amicū suū nō cogitetis in cordib⁹ vr̄is: ⁊ iuramentuz mēdax ne diligatis. Oia enī hec sūt q̄ odi dicit dn̄s. Et factum est verbū dn̄i exercituū ad me dicēs. Hec dicit dn̄s exercituū: Jeiuniū quarti: ⁊ ieiuniū quinti: ⁊ ieiuniū septimi: ⁊ ieiuniū decimi erit domui iude in gaudiū ⁊ letitiā: et in solēnitates p̄claras. Veritatē tm̄ ⁊ pacē diligite: Dicit dn̄s exercituū. Grad. Dirigat̄ oīo mea sicut incēsum in cōspectu tuo dn̄e. ℣ Eleuatio manuum mearū sacrificiū vesp̄tinū

Orem⁹. Flectā⁹ ge. Leuate.

Ut nobis dn̄e tribuis solēne tibi deferre ieiuniū: sic nobis qm̄s idulgētie p̄sta subsidiū. P. Prophetia. v. Lcō danielis ꝓphe In diebus illis: Angelus dn̄i descendit cuz azaria. folio. 5. Hymnus. Benedictus es dn̄e deus patrum nostroꝝ. folio. 5. Sequitur Dn̄s vobiscū. sine flectamus genua. Oratio.

Deus qui tribus pueris mitigasti flāmas igniū concede propitius: vt nos famulos tuos nō exurat flāma vitioꝝ. Epl̄a ad hebreos. ix. c.

perieulis. Per. Postcõ

TUi dñe ꝑceptiõe sacra-
menti ⁊ a nostris mundemur
occultis: ⁊ ab hostium libere
murinsidijs. ꝑ. In scẽ kathe
rine virgis ⁊ marty. Introit⁹

VOx de celis katheri
ne reddit: veni spon
sa gloriosa: veni san-
ctissima virgo accipe
premiũ tui certaminis inter cho
ros angelor. ℣. Hec audiens
beata katherina leta surrexit ab
oratiõe ⁊ decollata est. ℣. Glia.

DEus qui dedisti Oro.
legẽ moysi in summi-
tate montis synai: ⁊ in eodez
loco per angelos tuos corp⁹
beate katherine virginis et
martyris tue mirabiliter col-
locasti: tribue q̃s: vt eius me-
ritis ⁊ intercessiõe ad montẽ
qui christus est valeam⁹ per-
uenire. Per eundẽ. Epistola
de cõmuni virginũ. fol. 214.
Grad. Percussa gladio dat lac
ꝑ sanguine collo: quã man⁹ an-
gelica sepeliuit vertice syna. ℣.
Mẽbris virgineis olei fluit vn-
da salubris. Alla. ℣ Katheri-
na flos rosarũ: cõsolatrix aĩarũ:
tue precis interuẽtu angelorum
nos cõcentu fac gaudere iugiter
Euangeliũ de cõi virginum.
Offer. Prudens ⁊ vigilãs vir
go: qualis es cũ sponso illo: qui
te elegit de mũdo: q̃ pulchra q̃
amabilis: quãta luce spectabilis:
inter syõ iuuẽculas: ⁊ hierusalez
filias: thalamo gaudens regio:
Mdei cõiũcta filio. Secr.

MUnera dñe sacrificij
presentis q̃ tibi offerimus in
honore sancte katherine vir
ginis ⁊ martyris fiant nobis
eius ꝑcibus vita ꝑpetua: ⁊ te
donante salus infinita. Per.
Cõio. Aue virginũ gemma ka
therina: aue spõsa regis regum
gloriosa: aue viua christi hostia
tua venerãtibus patrocinia im-
petrata non deneges suffragia.

SUmptis dñe Postcõ.
salutis eterne mysterijs
suppliciter deꝑcamur: vt si-
cut liquor qui de mẽbris bea-
te katherine virginis ⁊ mar-
tyris iugiter manat: lãguido
rũ corpa sanat: sic ei⁹ oro cun
ctas a nobis iniqtates expel-
lat. Per dominum nostrum.

¶ Incipit cōmune sanctorū.
In vigilia vni⁹ apli. Introit⁹



Ego autem sicut oliua fructificaui in domo domini: speraui in misericordia dei mei ⁊ expectabo nomen tuum: quoniam bonum est ante cōspectū sanctorum tuorum. ℣. Quid gloriaris in malicia qui potens es in iniquitate. ℣. Glia. Oro.

Da quesumus op̄s deus vt bti. N. apli tui quaz preuenimus veneranda solēnitate: ⁊ deuotionez nobis augeat ⁊ salutem. Per. Lectio libri sapientie. xliiij. ca.

Benedictio domini sup caput iusti: ideo dedit illi dominus hereditatē: ⁊ diuisit ei partem in tribub⁹ duodecim ⁊ inuenit gratiam in conspectu omnis carnis. Et magnificauit euz in timore inimicoruz: ⁊ in verbis suis monstra placauit. Glorificauit euz in conspectu regum: ⁊ ostendit illi gloriam suaz. In fide ⁊ lenitate ipsius sanctum fecit illum: ⁊ elegit euz ex omni carne. Et dedit illi cor ad p̄cepta ⁊ legem vite ⁊ discipline: ⁊ excelsum fecit illuz. Statuit illi testamentū eternum: ⁊ circūcinxit euz zona iusticie: Et induit eum dominus coronam glorie. Grad. Justus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annunciādum mane misericordiā tuaz: ⁊ veritatem tuam p̄ noctē. Scdm ioanne. xv. cap.

In illo tempe: Dixit iesus discipulis suis. Hoc est preceptū meū: vt diligatis inuicez: sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectiōem nemo habet: vt animā suā ponat qs pro amicis suis. Vos amici mei estis: si feceritis que ego precipio vobis. Jam nō dicā vos seruos: quia seru⁹ nescit qd faciat dominus eius. Vos autez dixit amicos: qz omnia quecunqz audiui a patre meo nota feci vobis. Non vos me elegistis: sz ego elegi vos: ⁊ posui vos vt eatis: ⁊ fructū affe/

ratis: et fructus vester maneat vt quodcumque petieritis patrem in nomine meo det vobis. Offerto.
Gloria et honore coronasti eum domine: et constituisti eum super opera manuum tuarum domine. Secreta
Apostolice reuerentie culminis offerentes tibi sacra mysteria quesumus domine: vt beati apostoli tui. N. suffragijs: cuius natalitia preuenimus: hec plebs tua semper et sua vota depromat: et desiderata percipiat. P. Comunio.
Magna est gloria eius in salutari tuo gloriam et magnum decorem impones super eum domine. Postcom.
Sancti apostoli tui. N. quesumus domine supplicatione placatus: et veniam nobis tribue et remedia sempiterna concede. P.

In vigilia plurimorum apostolorum

Intret in conspectu tuo domine gemitus compeditorum redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica sanguinem sanctorum tuorum qui effusus est. Ps.
Deus venerunt gentes in hereditatem tuam polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt hierusalem in pomorum custodiam. Gloria. Oratio.
Concede quesumus omnipotens deus: vt sicut apostolorum tuorum. N. et N. gloriosa natalitia preuenimus: sic ad tua beneficia promerenda: maiestatem tuam pro nobis ipsi preueniant. P. Lectio actuum apostolorum. v. capitulo.
In diebus illis: Per manus autem apostolorum fiebant signa et prodigia multa in plebe. Et erant vnanimiter omnes in porticu salomonis. Ceterorum autem nemo se audebat coniungere illis: sed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur credentium in domino multitudo virorum ac mulierum: ita vt in plateis eijcerent infirmos: et ponerent in lectulis et grabatis: vt veniente petro: saltem vmbra illius obumbraret quemquam illorum: et liberarentur ab infirmitatibus suis. Concurrebat autem multitudo vicinarum ciuitatum in hierusalem: afferentes egros et vexatos a spiritibus immundis qui curabantur omnes. Epistola ad ephesios. i. capitulo.
Fratres: Benedictus deus et pater domini nostri iesu christi: qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in celestibus in christo: sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem: vt essemus sancti et immaculati in conspectu eius in charitate. Qui predestinauit nos in adoptionem filiorum per iesum christum in ipsum secundum propositum voluntatis sue in laudem glorie et gratie sue: in qua gratificauit nos in dilecto filio suo. In quo

habemus redēptionē per san
guinē ipsius: remissionē pec-
catoꝝ ꝑm diuitias gratie eius
que superabūdauit in nobis.
Epl'a ad corinthios.j.ca.iiii.
FRēs: Spectaculū facti
sumus mūdo ⁊ angelis
⁊ homibus. Nos stulti ꝓpter
xp̄m: vos autem prudētes in
xp̄o. Nos infirmi: vos autem
fortes. Vos nobiles: nos aūt
ignobiles vsq; in hanc horaz
⁊ esurimus ⁊ sitimus: ⁊ nudi
sumus: ⁊ colaphis cedimur:
⁊ instabiles sumus: ⁊ labora-
mus: operātes manibus nr̄is
maledicimur ⁊ benedicimus
Persecutionē patimur: et su
stinemus. Blasphemamur ⁊
obsecram⁹. Tanq̄ purgamē-
ta huius mundi facti sumus
omniū peripsima vsq; adhuc
Nō vt confundā vos hec scri
bo: sed vt filios meos charissi
mos moneo. In xp̄o iesu dn̄o
nr̄o. Grad. Uindica dn̄e sangui
nem sctōꝝ tuoꝝ qui effusus est.
℣ Posuerūt mortalia seruoruz
tuoꝝ escas volatilib⁹ celi: carnes
sanctorum tuorum bestijs terre.
Iscdm ioannē.xv.capl'o
In illo tpe: Dixit iesus di
scipulis suis: Ego sum vitis
vera: ⁊ pater me⁹ agricola est.
Omnē palmitē in me nō ferē
tem fructū tollet euz: ⁊ oēm q
fert fructū purgabit eū vt fru
ctū plus afferat. Jam vos mū
di estis ꝓpter sermonē quem
locutus suz vobis: manete in
me: ⁊ ego in vobis. Sicut pal
mes non potest ferre fructū a
semetipso nisi māserit in vite:
sic nec vos: nisi in me manseri
tis. Ego sum vitis: vos palmi
tes. Qui manet in me ⁊ ego
in eo: hic fert fructū multum
Qr sine me nihil potest face
re. Si quis in me nō māserit:
mittet foras sicut palmes: et
arescet: ⁊ colligēt eū: ⁊ in ignē
mittet ⁊ ardet. Si manseritis
in me: ⁊ verba mea in vob̄ mā
serint: qd̄cūq; volueritis pe-
tetis: ⁊ fiet vobis. Offer. Exul
tabūt sancti in gloria: letabūtur
in cubilibus suis: exultatōes dei
Mi faucib⁹ eoꝝ. Secreta.
Uneribꝰ nr̄is dn̄e san
ctorum apl'oꝝ tuoꝝ. N. ⁊. N.
festa p̄cedimus: te suppliciter
dep̄cantes: vt que ꝯsciētie no
stre p̄pediunt obstaculis: illo
ruz meritis grata reddantur.
Per. Coio Posuerūt mortalia
seruoꝝ tuoꝝ dn̄e escas volatili-
bus celi carnes scōꝝ tuoꝝ bestijs
terre: ꝑm magnitudinem brachij
tui posside filios morti punitoꝝ
Sumpto do- Postcōio.
mine sacramēto suppli
citer deprecamur: vt interce-

dentib⁹ beatis apl̄is tuis. N. ⁊. N. qđ tēporaliter gerimus ad vitam capiamus eternam. Per. In natali apostolorum

Mihi aūt Introitus. nimis honorati sunt amici tui de⁹: nimis cōfortatus est princi/pat⁹ eoꝝ. ps. Dñe ꝓbasti me ⁊ cognouisti me tu cognouisti sessio/nē meā ⁊ resurrectionē meā. V.

Quesum⁹ Oro. Gloria. op̄s de⁹: vt btūs aposto lus tuus. N. tuum pro nobis īploret auxiliū: vt a nr̄is reati bus absoluti: a cūctis etiā pi/culis exuamur. Per. Secre.

Sacrāduz tibi dñe mun⁹ offerimus: quo beati. N solēnia recolētes: purificatio/nem quoqꝫ nostris mentibus imploramus. Per. Postcō.

Perceptis dñe sacramē/tis suppliciter exoram⁹ vt intercedēte beato. N. apl̄o tuo: que ꝓ illius venerāda ge rim⁹ solēnitate: nobis ꝓficiāt ad medelam. Per. In natali plurimoꝝ apl̄oꝝ. Alia oratio

Deus qui nos ānua apo stoloꝝ tuoꝝ. N. ⁊. N. so lēnitate letificas: presta q̄s: vt quoꝝ gaudem⁹ meritꝫ īstrua/mur exēplis. Per. Secreta.

Munera dñe q̄ ꝓ aposto lorum tuoꝝ. N. et. N. solēnitate deferimus: propiti/us suscipe: ⁊ mala oīa q̄ mere mur auerte. Per. Postcōio.

Quesumus dñe salutari bus repleti mysterijs: vt quoꝝ solēnia celebram⁹ eo rū oratiōibus adiuuemur. p. Epistola ad ephesios. ij. cap.

Frēs: Jam nō estis ho/spites ⁊ aduene: sꝫ estis ciues scōꝝ et domestici dei su peredificati supra fundamen tuꝫ apl̄oꝝ ⁊ ꝓphetaruꝫ. Jp̄o sūmo angulari lapide christo iesu: in quo oīs edificatio con structa: crescit in tēplū scm̄ in dño. In quo ⁊ vos coedifica/mini in habitaculū dei in spū scō. Epl̄a ap ephesios. iiij. ca.

Frēs: Unicuiqꝫ vestruꝫ data est gr̄a ſm mensu rā donatiōis christi. Propter qđ dicit: Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem dedit dona hoībus. Qđ autē ascēdit qd ē: nisi qꝛ ⁊ descēdit primum in inferiores partes terre. Qui descēdit ipse est: et q ascēdit sup oēs celos: vt ad/īpleret oīa Et ipse dedit quos dam qdē apl̄os: quosdā autē ꝓphas: alios v̄o euāgelistas. Alios autē pastores ⁊ docto/res ad cōsūmationē sanctorū in opus ministerij in edifica/tionē corporis xp̄i: donec oc/

curramus oēs in vnitatē fidei
⁊ agnitionis filij dei in viruz
perfectum: in mensuram eta/
tis plenitudinis christi. Epla
Fad romanos. viij. cap.
Fratres: Scimus quo/
niā diligētib⁹ deū oīa coope/
rant̄ in bonū: his qui ſm pro
positū vocati sūt sancti. Naz
quos presciuit ⁊ p̄destinauit
ꝯformes fieri imagini filij sui
vt sit ipse primogenit⁹ in mul
tis fratribus. Quos aūt p̄de/
stinauit hos ⁊ vocauit: ⁊ q̄s
vocauit: hos ⁊ iustificauit: q̄s
āt iustificauit: illos ⁊ magni
ficauit: Quid ergo dicemus
ad hec? Si de⁹ ꝓ nobis: quis
cōtra nos? Qui ēt proprio fi/
lio suo nō pepcit: sed ꝓ nobis
oībus tradidit illū. Quomō
non etiam cuz illo omnia no
bis donauit? Quis accusabit
aduersus electos dei? De⁹ q
iustificat. Quis est q ꝯdēnet̄?
Christus iesus q mortuus est
imo ⁊ q resurrexit: q est ad de
xtera dei: qui etiā interpellat
pro nobis. Quis ergo nos se/
perabit a charitate xp̄i? Tri/
bulatio an angustia: an perse
cutio: an fames: an nuditas:
an periculuz: an gladius? Si
cut scriptum est. Quia ꝓpter
te mortificamur tota die: esti/
mati sum⁹ vt oues occisiōis.
Sed in his omnib⁹ supam⁹
ꝓpter eū qui dilexit nos. Cer
tus sum enim: qr neqz mors:
neqz vita: neqz āgeli: neqz p̄n
cipatus: neqz potestates: neqz
virtutes: neqz instantia: neqz
futura: neqz fortitudo: neqz al
titudo: neqz profunduz: neqz
creatura alia poterit nos sepa
rare a charitate dei: que est in
christo iesu domino nostro.
Suprascripta epistola dicit
tm̄ in euangelistis. ¶ Lectio
ezechielis prophete. j. capl̄o.
Similitudo vultus qua/
tuor animaliū facies ho
minis: ⁊ facies leonis a dextrꝭ
ipsoꝝ quatuor. Facies autem
bouis a sinistris ipsoꝝ q̄tuor
⁊ facies aquile desup ipsoruz
q̄tuor. Et facies eoꝝ ⁊ penne
eoꝝ extēte desup. Due penne
singl̄oꝝ iūgebant̄: ⁊ due tege
bāt copa eoꝝ. Et vnūqdqz eo
rū corā facie sua ambulabat.
Ubi erat impetus spūs: illuc
gradiebāt̄: nec reuertebāt̄ cū
ābularēt. Et sil̄itudo aīaliuz
⁊ aspect⁹ eoꝝ quasi carbonuz
ignis ardētiū: ⁊ q̄si aspect⁹ lā
padaꝝ. Hec erat visio discur
rens in medio aīaliū: splēdor
ignis: ⁊ de igne fulgur egre/
diens. Et animalia ibāt ⁊ re/
uertebāt̄ in similitudinē ful/
guris choruscātis. Gra. Cō/

stitues eos principes sup omnes terrā: memores erunt nominis tui dñe. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi cōfitebunt tibi. Grad. Nimis honorati sunt amici tui deꝰ: nimis cōfortatus est principatus eorū. ℣ Dinumerabo eos: et super harenā multiplicabunt. Grad. In oēm terrā exiuit sonꝰ eorꝫ: et in fines orbis terre verba eorum. ℣ Celi enarrāt gloriā dei: et opera manuū eius annūciat firmamentū. Alla. ℣. Ego vos elegi de mūdo vt eatis et fructū afferatis et fructus vester maneat. Alla. ℣ Nimis honorati sūt amici tui deus: nimis cōfortatꝰ ē principatus eorꝫ. Alla. ℣ Vos estis qui permansistis mecū in tēptatiōibꝰ meis: ego aūt in medio vestrū sicut qui ministrat. Alla. ℣ Te gloriosus apl̄orū chorꝰ laudat dñe.

Euangeliū. Hoc ē preceptū meū. fol. 197. Scōm ioannē xv. cap.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis Hoc mādo vobis vt diligatis inuicē. Si mundus vos odit: scitote qꝛ me priorē vobis odio habuit. Si de mūdo fuissetis: mūdus qđ suū erat diligeret. Quia vō de mūdo non estis: sed ego elegi vos de mūdo: propterea odit vos mūdus. Mementote sermonis mei: quem ego dixi vobis. Nō est seruus maior dño suo. Si me pſecuti sunt: et vos pſequent. Si sermonē meū seruauerūt: et vestrū seruabūt. Sed hec omnia facient vobis propter nomen meū: quia nesciūt eum qui misit me. Si nō venissem: et locutus eis nō fuissem: peccatum nō haberēt. Nunc aūt excusationē nō habēt de peccato suo. Qui me odit: et patrē meū odit. Si opera nō fecissem cū eis: que nemo alius fecit: peccatū nō haberēt. Nūc aūt et viderūt et oderūt: et me et patrē meum. Sed vt impleat sermo: qui in lege eorum scriptus est: Quia odio habuerunt me gratis. Euangelium. Ego sum vitis vera. fol. 198. Scōm matth. x. cap.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis: Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudētes sicut serpētes: et simplices sicut columbe. Cauete aūt ab hominibꝰ. Tradēt enim vos in concilijs: et in synagogis suis flagellabūt vos: et ad reges et ad pſes ducemini propter me in testimoniū illis et gentibus. Cū aūt tradēt vos nolite cogitare quō aut qđ loquamini. Dabit enim vob in

illa die quid loquamini. Nō
eni vos estis qui logmini: sed
spūs patris vestri qui loquit
in vobis. Tradet autez frater
fratrē in mortē: z pater filiuz.
Et insurgēt filij in parentes:
z morte eos afficient. Et eritz
odio oibus hoibus ꝓpter no
men meū. Qui aūt pseuera-
uerit vsqz in finez: hic saluus
erit. Scōm matheū. xix. ca.
In illo tpe: Dixit simon
petrus ad iesum: Ecce
nos reliquim⁹ oia z secuti su-
mus te. Quid ergo erit nob?
Jesus aūt dixit illis: Amē di-
co vobis qꝝ vos q secuti estis
me: in regeneratione cū sede
rit filius hois in sede maiesta
tis sue: sedebitis z vos sup se-
des duodecim: iudicātez duo
decim tribus israel. Et oīs
qui reliq̄rit domū vel fratres
aut sorores: aut patrē: aut ma
trem: aut vxorē: aut filios: aut
agros ꝓpter nomē meū: cen-
tuplū accipiet: z vitā eternaz
possidebit. Subscriptū euā.
Iqeum dicit in euāgelistz.
In illo Scōz lucā. x. ca.
tēpe: Designauit dñs z alios
septuagita duos: z misit illos
binos ante faciē suā in omnē
ciuitatē z locuz quo erat ipse
vēturꝰ. Et dicebat illis: Mes-
sis quidez multa: operarij autē
pauci. Rogate ergo dñz mes-
sis: vt mittat operarios in mes-
sem suā. Jte. Ecce ego mitto
vos sicut agnos iter lupos.
Nolite portare sacculū: neqz
perā: neqz calciamenta: z ne-
minem per viā salutaueritis.
In quācūqz domū intraueri-
tis: primum dicite: Pax huic
domui. Et si ibi fuerit filiꝰ pa
cis: requiesset super illū pax
vestra. Sin autem: ad vos re
uertet. In eadē aūt domo ma
nete: edentes z bibentes que
apud illos sunt. Dignꝰ ē eni
operarius mercede sua. No-
lite trāsire de domo in domū.
Et in quācūqz ciuitatē intra-
ueritis: z susceperint vos: mā
ducate q̄ apponunt vob. Et
curate infirmos qui i illa sūt:
et dicite illis: Appropinqua-
bit in vos regnū dei. Offer.
Mihi autem nimis honorificati
sunt amici tui deus: nimis cōfor
tatus ē principatus eor. Offer.
Constitues eos principes super
omnē terrā: memores erunt no-
minis tui in oi pgenie z genera-
tione. Offer. In omnē terram
exiuit sonus eor: z in fines orbis
terre verba eor. Cōio. Ego sum
vitis vera z vos palmites: q ma
net in me z ego in eo hic fert fru
ctū multū alla alla. Cōio. Ego
vos elegi de mūdo vt eatis z fru

ctum afferatis ⁊ fruct⁹ vester ma
neat. Coio. Amen dico vobis:
q̄ vos qui reliqstis omnia: ⁊ se
cuti estis me centuplū accipietis:
⁊ vitā eternā possidebitis. Coio
Uos q̄ secuti estis me: sedebitis
sup sedes iudicātes duodeciz tri/
bus isrl̄. In festo vnius marty
ris pontificis. Introitus.

Statuit ei dn̄s testa/
mētū pacis: ⁊ p̄ncipē
fecit eū vt sit illi sacer
dotij dignitas i eter/
nū. ps. Memento dn̄e dauid: ⁊
oīs māsuetudinis ei⁹. ℣. Gloria.

Sacerdotes Introi.
dei benedicite dn̄m:
sancti et humiles cor
de laudate deuz. ps.
Benedicite omnia opa dn̄i do/
mino: laudate et supexaltate eū
in secula. ℣. Gloria. Oratio.

Infirmitatē nr̄az respice
op̄s de⁹: ⁊ q̄r pōdus pro/
prie actiōis grauat: beati. N.
martyris tui atq̄z pōtificis in
tercessio gl̄iosa nos ꝓtegat. p.

Hostias tibi dn̄e Secre.
beati. N. martyrꝭ tui at
q̄z pontificis dicatas meritis
benign⁹ assume: ⁊ ad ꝑpetuū
nobis tribue prouenire subfi/
dium. Per. Postcōio.

Refecti ꝑticipatiōe mu/
neris sacri q̄s dn̄e de⁹ noster:
vt cuius exequimur cultū sen
tiam⁹ effectum. Per. Oratio.

Deus qui nos beati. N.
martyris tui atq̄z ponti
ficis annua solennitate letifi/
cas: cōcede ꝓpitius: vt cuius
natalitia colimus: de eiusdez
etiā ꝓtectiōe gaudeamus. P.

Munera tibi dn̄e Sec.
dicata sanctifica: ⁊ in/
tercedēte btō N. martyre tuo
atq̄z pontifice: ꝑ eadē nos pla
catus intēde. Per. Postcōio

Hec nos cōmunio domi
ne purget a crimīe: ⁊ i/
tercedente beato. N. martyre
tuo atq̄z pōtifice celestis reme
dij faciat esse ꝯsortes. P. Lcō

Libri sapientie. xxxix. ca.
Iustus cor suuz tradidit
ad vigilādū diluculo ad dn̄z.
qui fecit illū: ⁊ in cōspectu al/
tissimi dep̄cabit̄. Aperiet os
suū in orōne: ⁊ ꝓ delictis suis
deprecabit̄. Si enim dn̄s ma
gnus voluerit: spū intelligen
tie replebit illū. Et ipse tāq̄z
hymbres mittet eloquia sapi
entie sue: ⁊ in orōne cōfitebit̄
dn̄o. Et ipse diriget ꝯsiliū ei⁹
⁊ disciplinā: ⁊ in absconditis
suis ꝯsiliabit̄: ⁊ ipse palam fa
ciet disciplinā doctrine sue: et
in lege testamēti dn̄i gloriabi
tur Collaudabūt multi sapiē
tiā eius: ⁊ vsq̄z in scl̄m nō de/
lebit̄. Non recedet memoria

eius: ⁊ nomē eius requiret a generatione in generatio // nem. Lectio libri sapientie.

Beatus xxxj. capitulo. vir qui inuētus est sine macl'a: ⁊ q post aur̄ nō abijt: nec sperauit in pecūie thesauris. Quis ē hic: ⁊ laudabim⁹ eū? Fecit eniz mirabilia in vita sua. Qui ꝓbatus est in illo ⁊ pfectus inuētus est: ⁊ erit illis gl'ia et'na. Qui potuit trāsgredi: ⁊ nō est trāsgressus: facere mala: ⁊ nō fecit. Ideo stabilita sunt bona illi⁹ in dño: elemosynas illi⁹ enarrabit oīs eccl'a scōr̄. Lcō libri sapie. iij ca.

Beatus hō qui iuenit sapiaz: ⁊ q affluit prudētia. Melior est acqsitio ei⁹ negociatiōe argēti ⁊ auri primi ⁊ purissimi: fruct⁹ ei⁹ p̄ciosior est cūctis opib⁹: ⁊ oīa que desiderant huic nō valēt cōparari. Lōgitudo dier̄ in dextera ei⁹: ⁊ in sinistra illi⁹ diuitie ⁊ gl'ia. Uie eius vie pulchre: ⁊ oēs semite illius pacifice. Lignū vite est his q aprehēderint eaz: ⁊ q tenuerit eā btūs. Dñs sapia fūdauit terrā: ⁊ stabiliuit celos prudētia. Sapiētia illi⁹ eruperūt abyssi: ⁊ nubes rore ꝯcrescunt. Lcō libri sapie. xxiiij. ca.

Beatus vir q in sapia morabit: ⁊ q in iusticia meditabit: ⁊ in sensu cogitabit circūspectōez dei. Cibabit illuz panevite ⁊ itellect⁹: ⁊ aqua sapie salutaris potabit illū. Et firmabit i illo: ⁊ non flectet: ⁊ cōtinebit illū: ⁊ nō ꝯfūdet: ⁊ exaltabit illū apud ꝓxios suos: ⁊ noie eterno hereditabit illum dñs deus nr̄. Lcō libri sapie. x. ca.

Iustū deduxit dñs ꝑ vias rectas: ⁊ oñdit illi r̄gnū dei. Et dedit illi sciētiā sctōr̄. Honestauit illū in laborib⁹: ⁊ cōpleuit labores illi⁹. In fraude circūuenientiū illi affuit: ⁊ honestū fecit illū. Custodiuit eū ab inimicz: ⁊ a seductorib⁹ tutauit illū. Et certamen forte d̄dit illi: vt viceret: ⁊ sciret: qm̄ oīuz potētior ē sapia. Hec vēditū iustū nō dereliqt sed a pctōrib⁹ liberauit eum. Descēditqz cū illo in foueam ⁊ in vinculis nō dereliqt eū: donec afferret illi sceptrū regni: ⁊ potētiā aduersus eos q eū deprimebāt. Et mendaces oñdit: q maculauerūt eū. Et dedit illi claritatē eternā dñs de⁹ nr̄. Epl'a ad corith. ij. ca.

Frēs: Bñdict⁹ de⁹ ⁊ pr̄ dñi nr̄i iesu xp̄i pr̄ misi cordiar̄: ⁊ de⁹ toti⁹ ꝯsolatiōis q ꝯsolat nos in oī tribulatiōe nostra: vt possimus ⁊ ipsi cō/

solari eos qui in omni pres/
sura sunt per exhortationez:
qua exhortamur ⁊ ipsi a deo.
Qm̄ sicut abūdāt passiones
xp̄i in nobis: ita ⁊ per xp̄um
abundat consolatio nr̄a. Si/
ue autem tribulamur ꝓ vr̄a
exhortatione ⁊ salute: siue cō
solamur ꝓ vestra consolatiōe
siue exhortamur pro vestra
exhortatione ⁊ salute: q̄ opat̄
tolerantiā earūdē passionuz
quas ⁊ nos patimur. Et spes
nr̄a firma est pro vobis: scien
tes: qm̄ sicut socij passionum
estis: sic eritis ⁊ consolationis
In xp̄o iesu dn̄o nr̄o. Epl̄a
ad timotheuz. ij. cap. ij.
Charissime: Memor e/
sto dn̄m nostrū iesuz xp̄m re/
surrexisse a mortuis ex semie
dauid: scd̄m euāgeliū meum
in quo laboro vsq; ad vincl̄a
quasi male operans: sz v̄bum
dei non est alligatū. Ideo oia
sustineo ꝓpter electos: vt ⁊ ip̄i
salutez consequant̄: que est in
xp̄o iesu in gloria celesti. Tu
autē assecutus es meā doctri
nam: institutionē: ꝓpositū: fi/
dem: longaminitatē: dilectio
nem: patientiā: persecutiōes:
passiones: qualia mihi facta
sunt antiochie: iconio: listris
quales persecutiōes sustinui
⁊ ex omnibus eripuit me do/
minus. Et oēs qui volunt pie
viuere in xp̄o iesu ꝑsecutio/
nes patiunt̄. Grad. Inueni da
uid seruū meū oleo sctō vnxi eū:
manus eni mea auxiliabit̄ ei: et
brachiū meum confortabit euz.
℣ Nihil ꝓficiet inimicus in eo:
⁊ filius iniquitatis non nocebit
ei. Grad. Iustus vt palma flo/
rebit: sicut cedrus libani multi/
plicabit̄ in domo domini. ℣ Ad
annūciandum mane misericor/
diam tuā: ⁊ veritatem tuam per
noctem. Alla. ℣ Tu es sacer/
dos in eternū s̄m ordinē melchi
sedech. Alla. ℣ Hic est sacer/
dos quē coronauit dn̄s. Alla.
℣ Iust⁹ vt palma florebit: sicut
cedrus multiplicabit̄. Scd̄m
mattheum. x. ca.
In illo tpe: Dixit iesus discipu
lis suis: Nolite arbitrari: qz
venerim pacē mittere i terrā
Nō veni pacē mittere: sz gla
diū. Veni enim separare ho
minē aduersus patrē suū: ⁊ fi
liam aduersus matrē suaz: ⁊
nurum aduersus socrū suam
⁊ inimici hois domestici ei⁹.
Qui amat patrē aut matrem
plus q̄z me: nō est me dign⁹.
Et qui amat filiū: aut filiā su/
per me: nō est me dignus. Et
qui nō accepit crucē suā: ⁊ se
q̄t̄ me: nō est me dignus. Qui
inuenit animā suā: perdet eā.

Et q pdiderit aiam suam p
pter me: iueniet eã. Qui reci
pit vos: me recipit: t q recipit
me: recipit eum qui me misit.
Qui recipit pphetaz in noie
pphete: mercedẽ pphete ac
cipiet. Et q recipit iustum in
nomine iusti: mercedez iusti
accipiet Et qcũq; dederit vni
ex minimis istis calicez aque
frigide tñ in nomie discipuli
amen dico vobis non perdet
mercedẽ suã. Scõm matheũ
In illo tempe: xvj. cap.
Dixit ihesus discipul' su
is. Si qs vult venire post me
abneget semetipsum: t tollat
crucẽ suaz: t sequat me. Qui
enĩ voluerit aiam suã saluaz
facere: pdet eã. Qui aũt pdi
derit aiaz suã ppter me: inue
niet eã. Quid enim pdest ho
mini: si vniuersũ mũdũ lucre
tur: aie vo sue detrimẽtũ pa
tiat? Aut quã dabit hõ cõmu
tationẽ p aia sua? Filius enĩ
hois venturus est in gloria pa
tris sui cũ angelis suis: t tũc
reddet vnicuiq; sm opa sua.
Amẽ dico vob: sũt qdã de hic
stãtibus q nõ gustabũt mortẽ
donec videãt filiũ hois veniẽ
tẽ in regno suo. Scõm ioan.
In illo tpe: Di. nẽ. xij. c.
xit ihesus discipulis suis:
Amen amen dico vobis: nisi
granũ frumẽti cadẽs in terrã
mortuũ fuerit: ipsuz solũ ma
net. Si ãt mortuũ fuerit: mul
tum fructuz affert. Qui amat
aiam suã perdet eã. Et q odit
aiam suã in hoc mũdo: i vitã
eternã custodit eã. Si qs mi
hi ministrat: me sequat: t vbi
sum ego: illic t minister me'
erit Si qs mihi ministrauerit
honorificabit eũ pater me': q
est in celis. Scõz matũ. x. ca.
In illo tpe: Dixit ihesus di
scipulis suis. Nihil oper
tũ qõ nõ reuelet: t occultũ qõ
nõ sciat. Qõ dico vob in tene
bris: dicite i lumine. Et qõ in
aure auditz: pdicate sup tecta
Et nolite timere eos qui occi
dũt corp': aiaz aũt nõ possũt
occidere. Sz poti' eũ timete
q põt et aiam t corpus pdere
in gehennã. Nõne duo passe
res asse veneũt? Et vn' ex his
nõ cadet sup terrã sine pie ve
stro. Uestri aũt t capilli capi
tis oẽs numerati sunt. Nolite
ergo timere multis passerib'
meliores estis vos. Omis ergo
q cõfitebit me coram hoibus: cõ
fitebor t ego eũ coram pie meo
qui est in celis. Scõm lucam
In illo tẽ/ xiij. capitulo
pore: Dixit ihesus turbis
Si qs venit ad me: t nõ odit
patrem suũ t matrem: t uxo/

rem: ⁊ filios: ⁊ fratres: ⁊ soro/
res: adhuc autē ⁊ animā suā:
non potest meus esse discipu
lus. Et q nō baiulat crucē suā
⁊ venit post me: nō pōt meus
esse discipulus. Quis eniz ex
vobis volēs turrim edificare
nōne prius sedēs cōputat sū/
ptus q necessarij sūt: si habet
ad pficiēdū: ne postq̄ posue/
rit fūdamētū ⁊ nō potuerit pfi
cere oēs q vidēt incipiant il/
ludere ei dicētes: q̄ hic hō ce
pit edificare: ⁊ nō potuit con/
sūmare? Aut qs rex iturus cō
mittere bellū aduersus aliuz
regem: nō sedens prius cogi/
tat si possit cū decem milibus
occurrere ei: q cū viginti mi/
libus venit ad se? Alioqn ad/
huc illo lōge agente legatio/
nē mittēs rogat ea que pacis
sūt. Sic ergo omnis ex vobis
q nō renūciauerit oib⁹ q̄ possi
det nō pōt me⁹ esse discipul⁹.
Offer. Ueritas mea ⁊ misericor
dia mea cū ipso: ⁊ in noīe meo ex
altabit cornu eius. Offer. Inue
ni dauid seruū meū: oleo sancto
vnxi euz man⁹ enim mea auxilia
bitur ei: ⁊ brachiū meū conforta/
bit eū. Coio. Dñe quinq̄ talēta
tradidisti mihi: ecce alia quīq̄ su
plucratus sum: euge serue fide
lis: q̄ ī pauca fuisti fidelis supra
multa te cōstituā: intra in gaudiū
dñi tui. Coio. Semel iurauī in
scō meo: semē ei⁹ in eternū ma/
nebit ⁊ sedes ei⁹ sicut sol in ꝯspe
ctu meo: ⁊ sicut luna pfecta ī eter
nū: ⁊ testis in celo fidelis. Cōio.
Posuisti dñe in capite eius coro
nam de lapide p̄cioso. In festo
vni⁹ marty. nō pōt. Introit⁹

IN virtute tua dñe le
tabit iust⁹ ⁊ sup salu
tare tuū exultabit ve
hemēter: desideriuz
aīe eius tribuisti ei. ps. Qm̄ p̄ue
nisti eū in bñdictōibus dulcedi/
nis: posuisti in capite ei⁹ coronā
de lapide precioso. ℣. Gloria.

Letabit Introitus.
l iustus in dño: ⁊ spe/
rabit in eo: et lauda/
bunt oēs recti corde
ps. Exaudi de⁹ oīonez meam cū
dep̄cor: a timore inimici eripe a/
nimam meā. ℣. Glia. Introit⁹.

IUstus nō cōturbabit
q̄ dñs firmat manuz
ei⁹: tota die miseret
⁊ cōmodat: ⁊ semē ei⁹
in bñdictiōe erit: in eternū cōser
uabit. ps. Noli emulari in mali/
gnātib⁹: neq̄ zelaueris facientes
iniq̄tatem. ℣ Gloria. Introitus

GLoria ⁊ honore coro
nasti eū dñe: ⁊ ꝯstitui
sti eū sup opa manuū
tuaꝝ. ps. Dñe dñs nr̄
q̄ admirabile est nomen tuū in

vniuersa terra. ℣ Glia. Oratio.
PResta q̃s op̃s de⁹: vt q
bti. N. martyris tui na
talitia colim⁹: intercessiõe ei⁹
in tui nois amore roboremur.
MUneribus Secreta
nr̃is q̃s domine preci
busq; susceptis: et celestibus
nos mũda mysteriis: ⁊ clemẽ
ter exaudi. Per. Postcõio.
DA q̃s dñe deus noster:
vt sicut tuorum cõme/
moratiõe sanctorũ temporali
gratulamur officio: ita perpe
tuo letemur affectu. P. Oro
PResta q̃s oipotẽs deus
vt intercedẽte beato. N
martyre tuo: ⁊ a cũctis aduer
sitatib⁹ liberemur in corpore
⁊ a prauis cogitatiõib⁹ mun/
demur in mẽte. Per. Secre.
ACcepta sit in cõspectu
tuo dñe nr̃a deuotio: et
eius nobis fiat supplicatione
salutaris: ꝑ cuius solẽnitate
Rdefertur. Per. Postcõ.
REfecti participatõe mũ
neris sacri q̃s dñe de⁹ noster:
vt cui⁹ exequimur cultũ: sen
tiam⁹ effectũ. Per. Epistole
vt supra in cõmuni vni⁹ mar
tyris pontificis. Grad. Beat⁹
vir qui timet dñm in mandatis
eius cupit nimis. ℣ Potens in
terra erit semen ei⁹ generatio re
ctoꝝ bñdicet. Gra. Glia ⁊ hono
re coronasti eum. ℣ Et ꝯstituisti
eũ sup opa manuũ tuarũ. Grad.
Justus non cõturbabit: quia do
min⁹ firmat manũ ei⁹. ℣ Tota
die miseret ⁊ cõmodat: ⁊ semen
eius in benedictione erit. Grad.
Posuisti domie super caput ei⁹
coronam de lapide precioso. ℣.
Desiderium anime eius tribui/
sti ei: ⁊ voluntate labiorum eius
nõ fraudasti eu3. Alla. ℣ Be/
atus vir q timet dominũ in man
datis ei⁹ cupit nimis. Alleluia
℣ Posuisti domine super caput
eius coronam de lapide precioso
Alleluia. ℣ Just⁹ non contur
babitur: quia dominus firmat
manum ei⁹. Alleluia. ℣ Qui
sequitur me non ambulat in te/
nebris: sed habebit lumen vite
eterne. Alla. ℣ Letabit iustus
in domino: ⁊ sperabit in eo: ⁊ lau
dabũtur om̃es recti corde. Al/
leluia. ℣ Glia ⁊ honore corona
sti eũ domine. Euangelia di/
cũtur vt supra in cõmuni vni
us martyris pontificis. Of/
fertor. In virtute tua dñe leta/
bitur iustus: ⁊ sup salutare tuum
exultabit vehemẽter: desiderium
anime ei⁹ tribuisti ei. Offertor.
Gloria ⁊ honore coronasti eum:
⁊ constituisti eum super opera
manuũ tuarũ domine. Offert.
Desiderium anime ei⁹ tribuisti
ei domine; et volũtate labiorum

ei⁹ non fraudasti eum: posuisti in capite ei⁹ coronam de lapide precioso. Offer. Posuisti domine in capite ei⁹ coronam de lapide precioso: vitaz petijt a te: ⁊ tribuisti ei alla. Coio Qui vult venire post me abneget semetipsuz ⁊ tollat crucez suaz: ⁊ sequat̃ me. Coio Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriã ⁊ magnũ decorẽ impones super eũ domine. Cõio Qui mihi ministrat me sequat̃ ⁊ vbi sũ ego: illic ⁊ minister me⁹ erit. Cõio. Posuisti dñe in capite ei⁹ coronã de lapide p̃cioso. Coio. Letabit̃ iustus in domino: ⁊ sperabit in eo: ⁊ laudabũtur om̃es recti corde alla alla.

In festo vni⁹ sancti a pascha vsqz ad pẽtheco. vbi ali⁹ specialis nõ assignat̃. Introitus

Protexisti me deus a cõuẽtu malignantiũ alla: a mltitudine operãtiũ iniqtatẽ alla alla. ℣. Exaudi de⁹ oĩonẽ meaz cũ dep̃cor a timore inimici eripe animam meam. ℣. Glia. Lectio libri sapie. v. c.

Stabũt iusti in magna cõstantia aduersus eos q se angustiauerũt: ⁊ q abstulerũt labores eorum. Uidẽtes turbabũt̃ timore horribili ⁊ mirabũt̃ in subitatiõe insperate salutis dicentes intra se: penitentiã agẽtes ⁊ pre angustia spiritus gemẽtes. Hi sunt quos aliquando habuim⁹ in derisum ⁊ in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorũ estimabam⁹ insaniam: ⁊ finem illorum sine honore. Ecce quomodo cõputati sunt inter filios dei: ⁊ inter scõs sors illorũ est. A lla. ℣. Confitebunt̃ celi mirabilia tua dñe: etenim veritatem tuam in ecclesia sanctoꝝ. A lla. ℣. Posuisti dñe super caput eius coronaz de lapide p̃cioso. A lla. ℣ Just⁹ vt palma florebit: ⁊ sicut cedrus multiplicabitur. A lla. ℣ Just⁹ germinabit sicut liliũ: ⁊ florebit in eternũ ante dominum. Euangelium. Ego suz vitis vera. folio. 198. Scdm ioannez. xv. capitulo.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Ego sũ vitis: ⁊ vos palmites. Qui manet in me: ⁊ ego in eo: hic fert fructũ multũ: qꝛ sine me nihil potestis facere. Si qs in me nõ mãserit: mittet̃ foras sicut palmes: et arescet ⁊ colligẽt eũ: ⁊ in ignẽ mittẽt ⁊ ardet Si mãseritꝫ in me: ⁊ v̄ba mea in vob̃ mãserint: qd̃cũqz volueritis petetis: ⁊ fiet vob̃. In hoc clarificatus est pr̃ me⁹: vt fructũ plurimũ afferatꝫ: ⁊ efficiamini mei discipuli. Sicut

dilexit me pater: & ego dilexi vos. Manete i dilectione mea Si pcepta mea seruaueritis: manebitis in dilectõe mea sicut ego pcepta pris mei huaui: & maneo in eius dilectõe. Hec locut⁹ sũ vob: vt gaudiũ meũ in vobis sit: & gaudiũ vestrũ impleat. Offer. Cõfitebũtur celi mirabilia tua dñe: & veritatẽ tuã in ecclesia scõꝝ alla alla. Cõio. Letabit iustus in dño: & sperabit i eo: et laudabunt oẽs recti corde alla all. In natali plurimoꝝ martyrꝝ: a paschavsqꝫ ad pentheco. vbi alius specialis non assignatur Introitus.

Sancti tui dñe bñdicẽt te: gliaz regni tui dicent alla. ℘. Exaltabo te deus me⁹ rex & bñdicã nomini tuo in seculum & in seculũ seculi. ℣ Gloria pri. Dño cõpetens. Lcõ libri sapientie Stabũt iusti in magna cõstantia. folio. 204. Alla. ℣. Sancti tui dñe florebũt sicut liliũ: & sicut odor balsami erũt ante. Alla. ℣ Stabũt iusti in magna ꝓstantia aduersus eos qui se angustiauerũt: & q abstulerũt labores eorum. Alleluia. ℣ Pretiosa in conspectu domini mors sanctoꝝ eius. Alleluia. ℣ Mirabilis de⁹ nõster in sanctis suis. Euangelium Ego sum vitis vera. folio. 298. Euangelium Ego sum vitis et vos palmites. folio. 204. Offer. Letamini in domino et exultate iusti: et gliamini omnes recti corde. alleluia. Cõio. Laudate iusti in dño alla: rectos decet collaudatio alleluia. In natalitijs plurimorũ martyrꝝ. Intro.

Tetret in ꝓspectu tuo dñe gemitus cõpeditoꝝ: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica sanguinem sanctoruz tuoruz qui effusus est. ℘. Deus venerũt gentes in hereditatem tuam: polluerũt templũ sanctũ tuum: posuerũt hierlim in pomoꝝ custodiaz. ℣ Gloria. Introitus

Sapiẽtiã sctoꝝ narrẽt populi: & laudes eoꝝ nũciet ecclesia: noiaũt eoꝝ viuẽt in scla seculi. ℘. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri. Introitus.

Salus autez iustoruz a dño: & ꝓtector eoꝝ est in tempore tribulationis. ℘. Noli emulari in malignãtibus: neqꝫ zelaueris faciẽtes iniqtatẽ. ℣ Gloria

Clamauerũt Intro. iusti & dñs exaudiuit eos: & ex oĩb⁹ tribulatiõib⁹ eoꝝ liberaꝫ

uit eos. ℣. Benedicã dñm in oi tpe: semp laus ei⁹ in oze meo. ℟

Ulte Introi. Blia. tribulatões iustoꝝ: ꝛ de his oibus liberauit eos dñs: dñs custodit oia ossa eoꝝ: vnum ex his nõ cõteret. ℣. Bñdicam dñm in omni tẽpoze: semp laus eius in oze meo. ℟. Gloria. Introitus.

Lce oculi dñi sup timẽtes eũ: sperãtes in misericordia ei⁹ alla: vt eripiat a morte animas eoꝝ: quoniã adiutor ꝛ ptector noster est alla alla. ℣. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. ℟. Gloria. Introit⁹.

Oquet dñs pacez in plebẽ suã: ꝛ sup scõs suos: ꝛ in eos q ꝙuertuntur ad ipsum. ℣. Bñdixisti dñe terrã tuã: auertisti captiuitatem iacob. ℟ Gloria.

Udicãt sancti gẽtes ꝛ dñant pplis: ꝛ regnabit dñs deus illoꝝ in ppetuu. ℣. Exultate iusti in dño: rectos decet laudatio. ℟ Blia. Introit⁹.

Laudate pueri dñm: laudate nomẽ dñi: q habitare facit sterilez i domo: matrẽ filioꝝ letãtẽ. ℣ Sit nomẽ dñi bñdictũ ex hoc nũc ꝛ vsqꝫ i sclm. ℟ Blia.

Jmete Introitus. dñs oẽs sancti ei⁹: qñ nihil deest timẽtibus eũ: diuites egerũt ꝛ esurierũt: inqrẽtes autẽ dñm nõ deficiẽt omni bono. ℣. Bñdicaꝫ dñm in omni tpe: semp laus ei⁹ in oze meo. ℟. Gloria. Introit⁹

Usti epulẽt ꝛ exultẽt i in ꝙspectu dei: ꝛ delectẽt i leticia. ℣. Exurgat de⁹ ꝛ dissipent inimici eius: ꝛ fugiãt q oderũt eũ a facie eius. ℟. Gloria. Oratio.

Deus q nos ꝙcedis scõrũ martyꝝ tuoꝝ. N. et N. natalitia colere. da nob in eterna beatitudine de eoꝝ societate gaudere. Per. Secre.

Unera tibi dñe nostre deuotionis offerimus: que et pro tuorum tibi grata sint honore iustoꝝ: ꝛ nobis salutaria te miserante reddantur. Per. Postcõio.

Resta nobis qs dñe intercedẽtibus sanctis tuis. N. ꝛ N. vt qd ore ꝙtingim⁹ pura mẽte capiam⁹. Per. Oratio.

Deus q nos annua scõꝝ martyꝝ tuoꝝ. N. ꝛ N. solẽnitate letificas: ꝙcede ꝙpitius: vt quoꝝ gaudem⁹ meritis: instruamur exẽplis. Per.

Oblatis qs dñe Secre. placare munerib⁹: ꝛ in

tercedẽtibus sanctis tuis. M. et. M. a cunctis nos defende periculis. P. Postcõ. Hec nos coio dñe purget a crimine: t intercedẽtib⁹ sanctis tuis. M. t. M. celestis remedij faciat esse consortes. Per. Si fuerint vtq; pontifices. Oratio. Beato/rũ martyrum tuoꝝ pariterq; pontificuz. M. t. M. nos qs dñe festa tueant: t eoꝝ cõmẽdet oio veneranda. p. Sec. Adesto dñe supplicationib⁹ nr̃is: quas in scõꝝ tuoꝝ cõmemoratione deferimus: vt q nr̃e iusticie fiduciã nõ habem⁹: eoꝝ q̃ tibi placuerũt meritꝭ adiuuemur. Per. Quesumus Postcõio. domine salutaribus repleti mysterijs: vt quoꝝ solẽnia celebramus: eozũ oratiõibus adiuuemur. Per. Lectio libri sapientie. xv. capo Lingua sapientiuz ornat scientiam: os fatuorum ebullit stulticiã. In oñi loco oculi dñi cõtẽplant bonos t malos. Lingua placabilis ligua vite: que aũt immoderata est: conteret spũm. Domus iusti plurima fortitudo: t in fructibus impij cõturbatio. Labia sapiẽtiũ disseminabũt sciẽtiã: cor stultoꝝ dissimile erit. Ulcetime impioꝝ abhominabiles domino: vota iustorũ placabilia. Qui sequitur iusticiam: diligetur a domio. Lectio libri sapientie. v. capo: Iusti autẽ in perpetuum viuent: t apud dominum est merces eoꝝ: et cogitatio eorũ apd altissimũ. Ideo accipiẽt regnũ decoris: t diadema speciei de manu dñi. Qm̃ dextera sua teget eos: t brachio sancto suo defendet illos. Accipient armaturam zeli illius: t armabit creaturã ad vltionẽ inimicoꝝ. Induent p thoracẽ iusticiã: accipiẽt p galea iudicium certũ. Sument scutũ inexpugnabile equitatẽ: ibũt directe pmissiones. Et ad certum locum deducet illos. dominus deus noster. Lectio libri sapientie. vi. capitulo Iustorum anime in manu dei sunt: t nõ tanget illos tormentũ mortis. Visi sunt oculis insipientũ mori: t estimata est afflictio exitus illorũ: et qd a nobis est iter exterminij: illi aũt sunt in pace. Et si coraꝫ hoib⁹ tormẽta passi sũt: spes illorũ imortalitate plena est. In paucis vexati: in multis bene disponẽtur: quoniã de⁹ tentauit eos: t inuenit eos dignos se. Tanq; aurũ in forna

ce ꝓbauit illos: ⁊ quasi holo/
causta hodie accepit illos: et
in tẽpore erit respectus illorũ
Fulgebũt iusti ⁊ tãq̃ scintille
i harũdineto discurrẽt. Iudi
cabũt natiões ⁊ dominabun/
tur populis ⁊ regnabit domi
nus illorũ in perpetuũ. Lctõ
libri sapientie. x. capitulo.

Expectatio iustorum leti/
cia: spes autez impiorũ
ꝑibit: fortitudo simplicis via
domini: ⁊ pauor his qui ope/
rantur maluz. Iustus in eter/
nũ nõ cõmouebit: impij autẽ
nõ habitabunt in terra: os iu
sti parturiet sapientiã: lingua
prauoruz peribit. Labia iusti
cõsiderant placita: os ipiorũ
peruersa. Simplicitas iusto/
rum diliget eos: et supplanta
tio peruersorum vastabit il/
los. Nõ proderunt diuitie in
dieultionis: iusticia autem li/
berabit a morte. Iusticia sim/
plicis diriget viaz eius: ⁊ i im
pietate sua corruet ipius. Iu
sticia rectorũ liberabit eos: et
insidijs suis capient iniq. Iu
stus de angustia liberatus est
tradet impius ꝑ eo Simula
tor ore decipit amicũ suũ: iu/
sti ãt liberabũt sciẽtia. In bo
nis iustoꝝ exaltabit ciuitas: ⁊
in perditiõe impioꝝ erit lau/
datio. In bñdictiõe iustoꝝ ex
altabit ciuitas. Lcõ libri sapi
entie. x. ca.

Reddet deꝰ
mercedẽ laborũ scõruz
suorũ: ⁊ deducet eos i via mi
rabili. Et fuit illis in velamẽ
to diei: ⁊ i luce stellarũ nocte.
Trãstulit illos ꝑ mare rubrũ:
⁊ trãsuexit illos per aquaz ni
miã. Inimicos autẽ illorũ de
mersit in mare: ⁊ ab altitudie
inferorũ eduxit illos. Ideo iu
sti tulerũt spolia ipiorũ. ⁊ de/
cantauerũt dñe nomẽ sanctũ
tuũ. Et victricẽ manũ tuã lau
dauerũt pariter dñe deus nr̃.
Lcõ libri sapientie. xliiij. cap.

Hi sũt viri misericordie
q̃rũ iusticie obliuiõem
nõ acceperũt. Cũ semie eorũ
ꝑmanẽt bona: hereditas sctã
nepotes eorũ. Et in testamẽtꝭ
stetit semen eorũ: ⁊ filij eorũ ꝓ
pter eos vsq; in eternũ manẽt
Generatio eorũ ⁊ gl̃ia eorum
nõ derelinquet. Corpora eo/
rum in pace sepulta sũt: ⁊ no/
mina eorũ viuẽt in secula. Sa
pientiã eorũ narrẽt oẽs ppl̃i ⁊
laudẽ eorũ ꝓnũciet oĩs eccl̃ia
scõruz. Lcõ libri sapie. ij. cap.

Qui timent dñm nõ erũt
increduli v̄bo illius: ⁊
q diligũt illũ ꝯseruabunt viã
illius. Qui timẽt dñm inqui
rent que bñ placita sunt illi: ⁊
q̃ diligũt illũ replebunt lege

ipsius. Qui timēt dñm prepa
rabūt corda sua: ⁊ in cōspectu
ipsi⁹ sanctificabūt aīas suas.
Qui timēt dñz: custodiēt mā-
data illi⁹: ⁊ patiētiā habebūt
vsqz ad circūspectionē illius
Lcō libri sapientie. xxxix. ca.
SApientiā antiquoꝝ exq
ret sapiēs: ⁊ in ꝓphetis
vacabit. Narrationē viroruz
noiatoꝝ ꝯseruabit: ⁊ in versu
tias parabolaꝝ simul introi-
bit. Occulta ꝓuerbioꝝ exqui
ret: ⁊ in abscōditꝫ parabolaꝝ
ꝯuersabit. In medio magna-
toꝝ ministrabit: ⁊ in cōspectu
p̄sidis apparebit: ⁊ in terram
alienarū gēntiū ꝑtrāsiet. Bo
na eniz ⁊ mala in oib⁹ tētabit
Epl̄a beati petri apl̄i. j. cap̄. j.
BEnedict⁹ deus ⁊ pater
dñi nr̄i iesu xp̄i: qui ꝟm
magnā misericordiā suaz re-
generauit nos in spem viuaz
per resurrectionez iesu xp̄i ex
mortuis in hereditatē incor-
ruptibilem ⁊ incōtaminatā: ⁊
īmarcessibilē ꝯseruatā in ce-
lis vob̄ q in virtute dei custo-
dimini ꝑ fidē in salutē para-
tam reuelari in tēpore nouissi
mo. In quo exultabitis modi
cum nūc si oportet ꝯtristari in
varijs tētationib⁹: vt ꝓbatio
vestre fidei multo p̄ciosior sit
auro qd̄ per ignē ꝓbat̄. Chri-
stoigit̄ passo in carne: et vos
eadem cogitatiōe armamini.
Quia qui passus est in carne
desijt a peccatis: vt iā non ho
minū desiderijs: sed volūtate
dei qd̄ reliquū est in carne vi-
uat tēporis. Epistola ad he-
breos. x. ca.
FRatres: Rememoramini pristi
nos dies in qbus illuminati
magnū certamen sustinuistis
passionum. In altero quidez
opprobrijs ⁊ tribulationibus
spectaculū facti. In altero au
tem socij taliter cōuersantiuz
effecti. Nam ⁊ vinctis cōpas-
si estis: ⁊ rapinā bonorum ve-
strorum cū gaudio suscepistis
cognoscētes vos hr̄e meliorē
⁊ manētē substātiam. Nolite
itaqz amittere ꝯfidētiā vr̄am:
q̄ magnā habet remuneratio
nē. Patiētia eniz vob̄ necessa
ria est: vt volūtatē dei faciētes
reportetis repromissionē Ad
huc eniz modicū aliquātulū
qui venturus est veniet ⁊ non
tardabit. Iustus autē ex fide
viuit. Epl̄a ad hebreos. xj. c.
FRēs: Sācti per fidē vi
cerūt regna: opati sunt
iusticiā: adepti sūt repromissi
ones. Obturauerunt ora leo
nū: extinxerūt impetū ignis:
effugauerūt aciē gladij: cōua
luerunt de infirmitate: fortes

facti sunt in bello: castra verterunt exteroꝝ: acceperũt mulieres de resurrectiõe mortuos suos. Alij aũt distenti sunt nõ suscipiẽtes redẽptionẽ: vt melioꝛẽ inuenirẽt resurrectionẽ. Alij vo ludibria ⁊ vbera expti insup ⁊ vincula ⁊ carceres lapidati sunt: secti sunt: tẽtati sunt: in occisiõe gladij mortui sunt. Circuierũt in melotis ⁊ in pellibus caprinis egentes angustiati afflicti: quibus dignus nõ erat mũdus. In solitudinibus errãtes: ⁊ in montibus: ⁊ in speluncis: ⁊ in cauernis terre. Et hi oẽs testimonio fidei pbati inuenti sũt. In xpõ ihesu dño nr̃o. Grad. Gloriosus deus in sanctis: mirabilis in maiestate faciens prodigia. ℣ Dextera tua domine glificata est in virtute: dextera manꝰ tue confregit inimicos. Grad. Confitebunt celi mirabilia tua dñe: ⁊ veritatẽ tuã in eccliã scõꝝ. ℣. Misericordias tuas dñe in eternum cantabo in generatiõe ⁊ pgenie Gra. Alia nr̃a sicut passer erepta est de laqueo venãtiũ. ℣. Laqueus ꝯritꝰ est: ⁊ nos liberati sumꝰ adiutoriũ nostrũ in nomie dñi q̃ fecit celũ ⁊ terrã. Grad. Clamauerũt iusti: ⁊ dominꝰ exaudiuit eos: ⁊ ex omnibꝰ tribulatiõibus ẽoꝝ liberauit eos. ℣. Juxta est dñs his q̃ tribulato sũt corde: et humiles spũ saluabunt. Grad. Ecce q̃ bonũ ⁊ q̃ iocũdũ habitare fratres in vnũ. ℣ Sicut vnguẽ tũ in capite qõ descẽdit in barbã barbã aaron. Grad. Justoꝝ aie in manu dei sũt: ⁊ nõ tãget illos tormẽtũ malicie. ℣ Visi sunt oculis insipientiũ mori illi aũt sũt in pace. Grad. Vindica domine sãguinem sanctoꝝ tuoꝝ q̃ effusus est. ℣. Posuerũt mortalia seruorum tuoꝝ escas volatilibꝰ celi: carnes sanctoꝝ tuoꝝ bestijs terre. Grad. Exultabunt sancti in glia letabuntur in cubilibus suis. ℣. Cantate dño canticũ nouũ laus eius in ecclesia sanctorum. Grad. Timete dñm omnes sancti eius: quoniam nihil deest timentibꝰ eũ. ℣. Jngrentes autẽ dñm non deficient omni bono. Grad. Preciosa in ꝓspectu dñi mors sanctoꝝ ei. ℣. Credidi ꝓpter qõ locutus sum: ego aũt humiliatꝰ sum nimis. A lleluia. ℣ Sancti tui dñe bñdicẽt te: gliam regni tui dicẽt. A lleluia. ℣ Laudate pueri dñm: laudate nomen dñi. A lla. ℣. Gaudete iusti in domio: rectos decet collaudatio A lla. ℣. Mirabilis dominus noster in sanctis suis. A lla. ℣. Exultabũt sancti in glia: letabuntur in cubilibus suis. A lla. ℣. Corpora sãctorũ in pace sepulta

sunt: ⁊ nomina eorū viuēt in ge/
neratiōe ⁊ generationē. Alla.
℣ Iusti epulēt ⁊ exulēt ī cōspe/
ctu dei: ⁊ delectēt ī letitia. Alle.
℣ Fulgebūt iusti: ⁊ tāq̄ scintille
in harūdineto discurrēt ī eternū
Alla. ℣ Te martyrū cādidat⁹
laudat exercitus dñe. Alla. ℣
Preciosa in cōspectu dñi mors
scōrū ei⁹. Alla. ℣ Letamini in
dño ⁊ exultate iusti: ⁊ gl̄iamini
oēs recti corde. Alla. ℣ Hec ē
vera fraternitas q̄ vicit mūdi cri
mina: xp̄m secuta ē inclyta tenēs
regna celestia. Alla. ℣ Iudica
būt sancti natiōes: ⁊ dñabuntur
ppl̄is: ⁊ regnabit illorū rex in e/
ternū. Alle. ℣ Iustorū aīe ī ma
nu dei sūt: ⁊ nō tāget illos tormē
tū malitie. Alla. ℣ Tradiderūt
corpa sua ꝓpter deū ad suppli/
cia: ideo coronāt: ⁊ accipiūt pal
maz. Alla. ℣ Laudate dñm in
sctis eius: laudate eum in firma
mēto virtutis eius. Scōz ma/
In illo tpe. theū. v. cap.
Uidēs iesus turbas ascē
dit in mōtē. Et cū sedisset: ac
cesserūt ad eū discipuli eius.
Et aperiēs os suum docebat
eos dicēs. Beati paupes spū
qm̄ ip̄orū est regnū celorum.
Beati mites: qm̄ ipsi possīde
būt terrā. Bti q lugēt: qm̄ ip̄i
ꝯsolabūt. Beati q esuriūt et
sitiūt iusticiā: qm̄ ipsi satura/
būt. Beati misericordes: qm̄
ipsi misericordiā cōsequētur
Beati mundo corde: qm̄ ipsi
deū videbūt. Beati pacifici:
qm̄ filij dei vocabūt. Beati q
ꝑsecutionē patiūt ꝓpter iusti
ciā: qm̄ ip̄orꝝ est regnū celorꝝ
Beati estis cū maledixerint
vob̄ hoīes: ⁊ ꝑsecuti vos fue
rint: ⁊ dixerit oē malū aduer
sus vos mētientes ꝓpter me.
Gaudete ⁊ exultate: qm̄ mer
ces vestra copiosa est in celis
Scōz mattheū. xxiiii. c.
In illo tpe. Sedēte iesu
sup montē oliueti: accesserūt
ad eū discipuli eius secreto di
centes. Dic nobis quādo hec
erūt: ⁊ quod signum aduen/
tus tui ⁊ cōsumationis secl̄i.
Et respondēs iesus dixit eis:
Uidete ne quis vos seducat.
Multi eniz veniēt in nomie
meo dicētes: ego sum xp̄us: ⁊
ml̄tos seducēt. Audituri eni
estis p̄lia ⁊ opiniones p̄lioꝝ.
Uidete ne turbemini: oportz
hec fieri: sed nondū est finis.
Consurget eni gens in gentē
⁊ regnū in regnū: ⁊ erūt pesti
lentie ⁊ fames ⁊ terremot⁹ ꝑ
loca. Hec aūt oīa initia sunt
doloꝝ. Tūc tradēt vos in tri/
bulationē: ⁊ occidēt vos: ⁊ eri
tis odio oībus hoībus ꝓpter
nomē meū: ⁊ tūc scādalizabū

tur multi: ⁊ inuicē tradent: ⁊ odio habebūt inuicē. Et multi pseudo ꝓphete surgent: et seducēt multos. Et qm̄ abūdabit iniqtas: refrigescet charitas multoꝝ. Qui autē perseuerauerit vsqꝫ in finē: hic saluus erit. Scām lucā. xū. c

In illo tpe: Dixit ihesus discipulis suis. Attēdite a fermēto phariseoꝝ: qđ est hypocrisis. Nihil opertū qđ nō reuelet: neqꝫ absconditū qđ non sciatur. Quoniā que in tenebris dixistis: in lumine dicent: ⁊ qđ in aure locuti estis in cubiculis: ꝓdicabit in tectis. Dico aūt vobis amicis meis ne terreamini ab his q occidunt corpus: ⁊ post hec non habent amplius quid faciāt. Ostendam autē vobis quez timeatis. Timete eū q postq̄ occiderit: habet potestatem mittere in gehēnā: ⁊ ita dico vobis: hunc timete. Nonne quinq passeres veniunt dipondio: ⁊ vnus ex illis nō ē in obliuione coraz deo. Sed ⁊ capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribꝰ pluris estis vos. Dico aūt vob. Omis quicūq cōfessus fuerit me corā hoibus: ⁊ filius hois ꝓfitebit eū corā angelis dei.

In Scām lucam. vj. ca. illo tpe: Descēdēs ihesus ō mōte: stetit in loco cāpestri turba discipuloꝝ eiꝰ: ⁊ multitudo copiosa plebis ab oi iudea ⁊ hierl̄z: ⁊ maritima ⁊ tyri ⁊ sidonis: q venerāt vt audirēt eū ⁊ sanarēt a lāguoribus suis. Et qui vexabant a spiritibus imūdis curabant. Et ois turba querebat eū tāgere: qz virtus de illo exibat ⁊ sanabat oēs. Et ipe eleuatꝫ oculis in discipulos suos dicebat. Beati paupes: qm̄ vestrū est regnū dei. Beati qui nunc esuritis: qm̄ saturabimini. Beati q nunc fletis: q: ridebitis. Beati eritis: cū vos oderint hoies: ⁊ cuz sepauerint vos: ⁊ exprobrauerint: ⁊ eiecerint nomen vestrū tāqꝫ malū ꝓpter filiū hois. Gaudete in illa die ⁊ exultate: ecce eni merces vestra multa ē in celis. Scām lucam. xj. cs.

In illo tpe: Dicebat ihesus turbis iudeoꝝ ⁊ ꝓncipibꝰ sacerdotū. Uhe vobis q edificatis monumēta ꝓphetarū. Patres vestri occiderūt illos. Profecto testificamini q consentitis opibꝰ patrū vestroꝝ: qm̄ qdez ipsi eos occiderūt: vos aūt edificatis eoꝝ sepulchra. Propterea ⁊ sapiē-

tiã dei dixit. Mittam ad illos pphetas ꝛ aplos: ꝛ ex illis occidẽt ꝛ psequent vt ingratur sanguis oiuz pphetaꝝ: q effusus est a cõstitutione mũdi: a gñatiõe ista: a sanguine abel vsqz ad sanguinẽ zacharie: q perijt iter altare ꝛ edẽ. Ita dico vobis: requirẽt ab hac generatiõe. Vhe vobis legisperitis: q tulistis clauẽ sciẽtie: ipsi non introistis: ꝛ eos q introibant phibuistis. Cũ hec ad illos diceret: ceperunt pharisei ꝛ legisperiti grauiter insistere ꝛ os eius oppzimere de multis: insidiantes ei: ꝛ querẽtes capere aliquid ex oze eius: vt accusarent eum. Scõm lucaz

Hec nos coio domine purget a crimine: ⁊ intercedẽte beata dei genitrice maria: celestꝫ remedij faciat esse cõsortes. Per eũ. A purificatõe vsqz ad pascha Introi.

Salue scã parẽs enixa puerpa regẽ: q celũ terrãqz regit i scla sclorꝫ. ps. Virgo dei genitrix quẽ tot⁹ nõ capit orb̃: in tua se clausit viscera fact⁹ homo. ℣ Gloria. Oro.

Concede nos famulos tuos quesumus domine deus perpetua mentis ⁊ corporis sanitate gaudere: ⁊ gloriosa beate marie semper virginis intercessione a presenti liberari tristicia ⁊ eterna perfrui leticia Per. Lectio libri sapientie. xxiiij. capitulo.

Ab initio et ante secula creata sum: ⁊ vsqz ad futurũ seculũ non desinam: ⁊ in habitatione sancta coram ipso ministraui. Et sic in syon firmata sum: ⁊ in ciuitate sanctifica

Zwr: Rut filia dñi fo: 164

ta similiter requieui. Et i hierusalē potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: et in partes dei mei hereditas illius: ℣ in plenitudine sctōꝝ detentio mea. Brā. Benedicta ℣ venerabilis es virgo maria que sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. ℣ Virgo dei genitrix quem totus non capit orbis: in tua se clausit viscera factus homo. Alleluia. ℣ Virga iesse floruit virgo deum ℣ homine genuit: pacem deus reddidit in se recōciliās ima summis. Post septuagesimam dicitur tractus. Gaude maria virgo cūctas hereses sola interemisti. ℣. Que gabrielis archangeli dictis credidisti. ℣ Dum virgo deum et hominē genuisti: ℣ post partū virgo inuiolata permansisti. ℣. Dei genitrix intercede pro nob.

℣ Scōm lucam. xi. capo. In illo tēpore: Loquēte iesu ad turbas: extollens vocem quedaz mulier de turba dixit illi: Beatus venter qui te portauit: ℣ vbera q̄ suxisti. At ille dixit: Quinimo. Beati qui audiunt verbum dei: et custodiunt illud. Offer. Felix nanqz es sacra virgo maria: ℣ omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitie xp̄s deus noster. Secr. Da nobis quesumus dñe p/ pitiatione: ℣ beate marie semper virginis intercessiōe: ad perpetuā atqz p̄sentē hec oblatio nobis proficiat p̄sperita tem ℣ pacem. p. Cōio. Beata viscera marie virginis: que portauerunt eterni patris filium.

Sumptis dñe. Postcōio salutis nr̄e subsidijs: da q̄s beate marie semp virgis patrocinijs nos vbiqz p̄tegi: in cui⁹ veneratiōe hec tue obtulimus maiestati. ℣. A pascha vsqz ad pēthecosten. Introitus. Salue sancta parens. fol. 220. Oio. Concede nos. Epla. Ab initio. Alleluia. ℣ Virga iesse. Alla. ℣. Aue maria. vt ℣. Scōm ioānē. xix. ca. In illo tpe: Stabant iuxta crucē iesu mater ei⁹ ℣ soror matris ei⁹ maria cleophe: ℣ maria magdalene. Cū vidisset ergo iesus matrem ℣ discipulū stātē quē diligebat: dixit matri sue: Mulier ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam. Offer. Beata es virgo maria que omniū portasti creatorē: genuisti qui te fecit ℣ in eternū permanes virgo alleluia. Secreta. Tua dñe ppitiatōe. Cōio. Beata viscera. Postcō. Sumptis dñe. oia vt supa.

A pētheco. vsq; ad aduentuz Introitus. Salue sancta parēs Oro. Cōcede nos famulos. Epla. Ab initio. Grad. Bn̄dicta ⁊ venerabilis. ℣. Uirgo. Alla. Post partū. Euāgeliū Loquēte iesu ad tur. Offert. Aue maria gr̄a. vel Felix nanq; Secre. Tua dn̄e. Cōio. Beata viscera. Postcō. Sumptis dn̄e. Missa in honorē angelorū. Oratio.

PErpetuū nobis dn̄e tue miserationis presta subsidiū: quib⁹ et angelica suffragia nō deesse prestitisti. p. Secreta.

HOstias tibi dn̄e laudis offerimus suppliciter dep̄cātes: vt easdē angelico ꝓ nob̄ interueniēte suffragio: ⁊ placatus accipias: ⁊ ad salutem nr̄am ꝓuenire ꝯcedas. Per.

REpleti dn̄e Postcōio. bn̄dictiōe celesti suppliciter imploram⁹: vt qd̄ fragili celebram⁹ officio: scōꝝ angeloꝝ atq; archangeloꝝ nobis ꝓdesse sentiam⁹ auxilio. per. Missa in honore aplorū petri ⁊ pauli. Oro.

DEus cuius dextera beatum petrū ambulantem in fluctibus ne mergeretur erexit: et coapostolū eius paulū tertio naufragantē de ꝓfundo pelagi liberauit: exaudi nos ꝓpitius ⁊ cōcede: vt amboꝝ meritis eternitatis gloriā conseq̄mur. Qui vi. Secreta

OFferimus tibi dn̄e preces ⁊ munera: q̄ vt tuo sint digna cōspectui: aplorꝝ tuorum petri ⁊ pauli p̄cibus adiuue. Postcō.

PRote mur. p. ge dn̄e ppl'm tuū: ⁊ apostoloꝝ tuoꝝ petri ⁊ pauli patrocinio ꝯfidentē: ꝑpetua defensione ꝯserua. p. Missa ad poscēda suffragia scōꝝ. Oro

COncede q̄s op̄s de⁹: vt intercessio nos sācte dei genitricis marie: sanctorūq; oīm aplorꝝ martyrū ⁊ ꝯfessorum atq; virginū: ⁊ oīm electoꝝ tuoruz vbiq; letificet: vt dum eoꝝ merita recolim⁹: patrocinia sentiam⁹. p. Secreta

OBlatis domīe placare muneribus: ⁊ intercedente oībus sanctis tuis: a cūctis nos defende periculis. p

SUmpsimus Postcōio dn̄e btē marie semp̄ virginis: ⁊ oīm sanctoꝝ tuorum memoriā recolētes sacra celestia: presta q̄s: vt qd̄ tēporaliter gerimus: eternis gaudijs cōsequamur. p. Alia missa vt supra: quā fecit dn̄s innocentius papa terti⁹. Oro

ACunctis nos q̄s domine mētis et corporis defende

periculis: ⁊ intercedēte beata ⁊ gloriosa virgine dei genitrice maria: cū beatis apl'is tuis petro ⁊ paulo: atq; beato. N. ⁊ oib⁹ sanct⁊: salutē nobis tribue benign⁹ ⁊ pacē: vt destructis aduersitatib⁹ ⁊ erroribus vniuersis eccl'ia tua secura tibi seruiat libertate. p. Secre.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt ꝑ huius sacramēti virtutē: a cūctis nos mentis et corporis hostibus tuearis: gratiā tribuēs in presenti: ⁊ gloriā in futuro Per.

Mundet ⁊ Postcōio.
muniat nos q̄s dñe diuini sacramēti mun⁹ oblatū: ⁊ itercedēte beata virgine dei genitrice maria: cū beat⁊ apostolis tuis petro ⁊ paulo atq; beato. N. ⁊ omnibus sanctis: a cūctis nos reddas: ⁊ peruersitatibus expiatos: ⁊ aduersitatib⁹ expeditos. Per eūdez.

Missa ꝯtra ꝑsecutores eccl'ie

Ecclesie tue q̄s dñe Oīo.
preces placat⁹ admitte: vt destructis aduersitatib⁹ et erroribus vniuersis: secura tibi seruiat libertate. p. Secre.

Protege nos domine tuis mysterijs seruientes: vt diuinis rebus inherentes: ⁊ corpore tibi famulemur et mente. Per do. Postcōio.

Quesum⁹ dñe de⁹ noster: vt quos diuina tribuis participatōe gaudere: humanis non sinas subiacere periculis. P. Missa ꝑ pace. Oīo

Deus a quo sācta desideria: recta cōsilia ⁊ iusta sunt opera: da seruis tuis illā quam mundus dare non potest pacem: vt ⁊ corda nostra mandatis tuis dedita: et hostium sublata formidine: tempora sint tua ꝓtectione tranquilla. Per. Secreta.

Deus qui credētes in te populos: nullis finis concuti terroribus: dignare preces et hostias dicate tibi plebis suscipere: vt pax tua pietate cōcessa: christianoꝝ fines ab hoste faciat esse securos. Per d.

Deus auctor Postcōio.
pacis ⁊ amator: quē posce viuere: cui seruire regnare est: protege ab omnib⁹ impugnationibus supplices tuos: vt qui in defensiōe tua cōfidimus: nulli⁹ hostilitatis arma timeamus. Per. Missa ꝑ papa Oratio.

Deus oium fideliū pastor ⁊ rector: famulū tuuz. N. quē pastorez ecclesie tue preesse voluisti ꝓpiti⁹ respice: da ei quesumus: verbo ⁊ exēplo qb⁹ preest ꝓficere: vt ad vitā vna cū grege

sibi credito perueniat sempi-
ternam. Per. Secreta
Blatis qs dñe placare
muneribꝰ: et famulũ tuuꝫ. N.
quem pastorẽ ecclesie tue esse
voluisti: assidua ꝓtectiõe gu-
berna. Per. Postcõio
Ec nos quesumus dñe
diuini sacramẽti perceptio ꝓ
tegat: et famulũ tuuꝫ. N. quẽ
pastorem ecclesie tue esse vo-
luisti vna cũ cõmisso sibi gre
ge saluet semp et muniat. P.
Missa p iter agẽtibus. Oio.
Apesto domine suppli-
cationibus nostris: et vi
am famulorum tuorum in sa
lutis tue ꝑsperitate dispone:
vt inter omnes vie et vite hu-
ius varietates: tuo semper ꝓ-
tegantur auxilio. Per dñm.
Propitiare sup- Secre.
plicatiõibus nostris do-
mine: et has oblationes: quas
tibi offerimus: pro famulis tu
is benignus assume: vt viam
illorum: et precedente gratia
tua dirigas: et subsequente co
mitare digneris: vt de actu at
qꝫ eorum incolumitate scõm
misericordie tue presidia gau
deam. Per dñm. Postcõio.
Tua domine famulos tu-
os sperãtes in te: que sũ-
ptim sacramenta custodiãt:
et contra omnes aduersos tu-
eantur incursus. Per dñm.
Missa pro infirmis. Oratio.
Omnipotẽs sempiterne
de: salus eterna creden
tium: exaudi nos ꝓ famulis
tuis infirmis: ꝓ quibus mise
ricordie tue implorã auxi-
lium: vt reddita sibi sanitate:
gratiaꝫ tibi in ecclesia tua re
ferant actiões. Per. Secreta
Deus sub cuius nutib
vite nostre momẽta de-
currunt: suscipe preces et ho-
stias famuloꝝ tuoꝝ: ꝓ quib
misericordiã tuã egrotãtibus
implorãmus: vt de quoꝝ pe-
riculo metuimus: de coꝝ sa-
lute letemur. Per. Postcõ.
Deus infirmitatẽ huma
ne singulare ꝓfidiũ: au
xiliũ tui super infirmos famu
los tuos ostende virtutem: vt
ope misericordie adiuti: eccle
sie tue sancte incolumes reꝑ-
sẽtari mereant. p. Missa p an
niuersario pontificis. Oratio.
Deus q licet sis magn
i magnis: mirabilia tñ
gloriosus oparis in minimis
concede mihi famulo tuo sa-
cris conuenienter seruire my
steriis: atqꝫ in omnib tua mi
sericordia ꝓtegat: quem con-
scientie reatus accusat. Per.
Hostias tibi dñe Secre.
laudis exoluẽtes suppli

citer imploram⁹: vt quod no
bis immeritis contulisti: in/
tercedente beato petro apo/
stolo tuo ꝓpitius exequaris.
Per. Postcōmunio.
Corporis sacri et p̄ciosi
sanguinis repleti muneribꝰ
q̄s dn̄e deus noster: vt gr̄e tue
munus quod nobis immeri/
tis cōtulisti: intercedente btō
petro apl̄o tuo ꝓpitius muni
endo custodias. Per. Missa
ꝑ seipso sacerdote. Oratio.
Suppliciter te deꝰ pater
op̄s qui es creator om/
nium rerum deprecor: vt duz
me famulū tuū corā omnipo
tentia maiestatis tue grauiter
deliquisse confiteor: manum
misericordie tue mihi porri/
gas: quatenꝰ dum hanc obla
tionem tue pietati pro pecca/
tis meis offero: qd̄ neqter cō/
misi: tu clemētissime dignerꝫ
absoluere. per. Secre.
Deus misericordie: deus
pietatis: deꝰ indulgentie: in/
dulge queso ⁊ miserere mei:
⁊ sacrificiuz quod humiliter
tue pietati offero: benigne di
gneris suscipere: vt peccata
que labētibꝰ vitijs ꝯtraxi: piꝰ
ac ꝓpitiꝰ ⁊ miseratꝰ indulge/
as: vt loco penitētie ac flumi/
ne lachrimarꝫ mihi ꝯcesso: ve
niam ꝯte merear accipe om/
niū delictorꝫ Per. Postcōio
Deus viuorum saluator
omniū: q nō vis mortē
peccatorꝫ: nec letarꝫ in perdi
tiōe moriētium: te suppliciter
deprecor: vt cōcedas mihi ve
niam delictorū: vt ⁊ admissa
defleam: ⁊ ea postmodum nō
admittā: vt cū mihi extrema
dies: finisqꝫ vite mee aduene/
rit: emūdatū delictis omnibꝰ
me angelus sanctitatis susci/
piat. ꝑ. Alia missa vt̄s. Oro.
Omnipotēs sempiterne
deꝰ: tue gratie pietatem
supplici deuotione deposco:
vt omniū malorꝫ meorꝫ vincu
la soluas: cūctisqꝫ meis malis
⁊ peccatis clemēter ignoscas:
⁊ qꝛ me indignū ⁊ peccatorez
ad ministeriū tuū vocare di/
gnatus es: sic me idoneū tibi
ministrū efficias: vt sacrificiū
de manibus meis placide ac
benigne suscipias: electorūqꝫ
sacerdotū me ꝑticipē facias ⁊
de p̄ceptꝫ tuis in nullo me ob/
errare permittas. ꝑ. Secre.
Deus q te precipis a pec
catoribꝰ exorari: tibiqꝫ
sacrificiū ꝯtriti cordis offerri
hoc sacrificiū quod indignꝰ
manibꝰ meis offero accepta
re dignare: ⁊ vt ip̄e tibi hostia
⁊ sacrificiū esse merear: mise/
ratus concede: quatenus per

ministerij huius exhibitionē omniū peccatoꝝ percipiā remissionē. p. Postcōio

Hui⁹ mihi dñe ꝑceptio sacramēti sit peccatoꝝ meoꝝ remissio: ⁊ tue pietatis optata ꝓpitiatio: vt per hec te opitulante efficiar sacris mysterijs dignus: que de tua pietate cōfisus frequentare presumo indignus. per. Alia missa vtē.

Omnipotens se m. Oio. piterne de⁹: qui me peccatorē sacris altaribus astare voluisti: ⁊ sancti nominis tui laudare potentiā: cōcede ꝓpitius: per huius sacramēti mysteriū: meoꝝ mihi veniā peccatoꝝ: vt tue maiestati digne merear famulari. p. Secreta

Da quesumus clementissime pater per huius sacramenti mysteriū: meorū mihi veniam peccatoꝝ: vt nō ad iudicium: sed ad indulgentiā huius presbyteratus ordo mihi ꝓficiat sempiternam. per.

Aures Postcōmūio: tue pietatis mitissime deus inclina precibus meis: ⁊ gratia sancti spirit⁹ illuminet cor meū: vt tuis mysterijs digne ministrare valeam: teq; eterna charitate diligere merear. Per. in vnitate eiusdez. Missa ꝑ cōgregatiōe. Oio.

Defende q̄s dñe btā maria semp virgine intercedente: istaz ab omni aduersitate familiam: ⁊ toto corde tibi prostratam: ab hostium propitius tuere clementer insidijs. Per dñm. Secreta.

Suscipe quesumus clemēter omnipotēs deus oblationem nostre deuotōis: ⁊ per virtutem hui⁹ sacramēti famulos tuos a cunctis ꝓtege aduersitatib⁹. Per dñz.

Sumptis re/ Postcōio. demptionis nostre muneribꝰ: presta quesumus misericors deus: eoꝝ nobis celebratione tue protectionis cōtra omnes aduersitates subsidiū. P. Alia missa vtē. Oio.

Deus q nos a seculi vanitate cōuersos ad brauium superne vocationis accendis: pectoribus nr̄is purificandis illabere: ⁊ gratiā nobis qua in te ꝓseueremus infunde: vt ꝓtectōis tue muniti presidijs: qd̄ te donante ꝓmisimus impleamus: ⁊ nostre ꝓfessiōis executores effecti: ad ea que perseuerātib⁹ in te ꝓmittere dignat⁹ es pertingamus. Per do. Secreta.

Tibi dñe deus noster deuotionis hostiam imolantes humiliter petimus: vt nos sa

crificiũ tuũ mortificatiõe vite carnalis accipias ac moribus qbus ꝓfessioni nostre ꝯgruamus instituas: ⁊ quos sancte compunctiõis ardore ab hominũ ceteroꝝ ꝓposito separasti: etiã a ꝯuersatiõe carnali ⁊ ab imũdicia terrenoꝝ actuũ infusa nobis celitus sanctitate discernas. p. Postcõ.

Deus qui renũciantib⁹ seculo mãsiões paras in celo: dilata fratꝝ nostroꝝ corda celestib⁹ bonis: vt fraterna tueantur cõpage charitatꝫ vnanimes: precepta custodiãt sobrij simplices ⁊ quieti gratis sibi dataꝫ sue professiõis: gratiam fuisse cognoscant ꝯcordet illoꝝ vita cũ nomine professio sentiatur in ope. Per.

Missa ꝑ ꝯcordia fratꝝ. Oro

Deus largitor pacis ⁊ amator charitatis: da famulis tuis verã cũ tua voluntate ꝯcordiã: vt ab oibus que nos pulsant tentatiõib⁹ liberemur. Per d. Secre.

His sacrificijs dñe q̃s cõcede placat⁹: vt qui proprijs oram⁹ absolui delictꝫ: nõ grauemur externis. p. Postcõio.

Spiritũ nob̃ domie tue charitatis infunde: vt quos vno pane satiasti: tua facias pietate cõcordes. Per.

in vnitate. Missa pro tentatione carnis. Oratio.

Ure igne sancti spirit⁹ renes nr̃os: ⁊ cor nostrũ dñe: vt tibi casto corpe seruiam⁹: ⁊ mũdo corde placeam⁹. Per.

Din vnitate. Secreta.

Irũpe dñe vincula peccatoꝝ nr̃oꝝ: vt sacrificare tibi hostiã laudis absoluta libertate possim⁹: retribue q̃ añ tribuisti: ⁊ salua nos ꝑ idulgẽtiã quos saluare dignat⁹ es per gratiam. P. Postcõ.

Domine adiutor ⁊ protector noster adiuua nos: ⁊ refloreat caro nostra vigore pudicitie ⁊ sanctimonie nouitate: ereptamqꝫ de manu tartari: in resurrectionis gaudium iubeas presentari. Per dñm.

Missa pro peccatis. Oratio.

Exaudi quesum⁹ domine supplicum preces: ⁊ confitentiuꝫ tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgẽtiã tribuas benign⁹ ⁊ pacẽ. p.

Hostias tibi dñe placatiõis offerimus: vt ⁊ delicta nr̃a miserat⁹ absoluas: ⁊ nutantia corda tu dirigas. Per dñꝫ. Postcõio.

Presta nobis eterne saluator: vt ꝑcipiẽtes hoc munere veniam peccatorum deinceps peccata vitem⁹. P.

Missa pro tribulatiõe peccatorũ. Oratio.

Ineffabilem misericordiam tuã nobis domine clementer ostẽde: vt simul nos ⁊ a peccatis oibus exuas: ⁊ a penis quas ꝑ his meremur eripias. P.

Purificet nos Secreta. quesumus domine muneris presentis oblatio: ⁊ dignos sacra participatione ꝑficiat Per do. Postcõio.

Resta quesum⁹ domine: vt terrenis affectib⁹ expiati: ad superni plenitudinem sacramenti: cuius libauim⁹ sancta tendamus. Per dñm.

Missa ꝑ remissiõe peccatoꝝ

Deus qui nullũ Oratio respuis: sed q̃uis peccantib⁹: per penitentiam pia miseratione placaris: respice propiti⁹ ad preces humilitatis nostre: ⁊ illumia corda nostra: vt tua valeam⁹ implere

Pprecepta. P. Secreta.

Resens sacrificiuz dñe qd̃ tibi pro delictꝭ nr̃is offerimus sit tibi mun⁹ acceptuz: ⁊ tam viuẽtib⁹ q̃z defunctꝭ proficiat ad salutẽ. p. Postcõio.

Exaudi p̃ces familie tue op̃s de⁹: ⁊ presta: vt scã hec que a te sũpsim⁹ incorrupta in nob̃ te donãte seruenꝭ Per. Alia missa pro congregatiõe Oratio.

Omp̃s sempiterne de⁹ q̃ facis mirabilia magna sol⁹ p̃tẽde sup̃ famulos tuos: ⁊ sup̃ congregatiões illis cõmissas spiritum gratie salutaris: ⁊ vt in veritate tibi placeãt: ꝑpetuũ eis rorem tue bñdictionis infunde. Per. in vnitate eiusdẽ

Hostias dñe famuloꝝ tuoꝝ placat⁹ intende: ⁊ quas in honorẽ nois tui deuota mente pro eis celebram⁹: proficere sibi sentiant

Qad salutẽ. p. Postcõio.

Uos celesti recreas munere: perpetuo dñe comitare p̃sidio: ⁊ quos fouere nõ desinis: dignos fieri sempiterna redemptione cõcede. ꝑ dñm.

Missa pro oi gradu ecclesie.

Omnipotẽs sempiterne deus: cuius spũ totum corp⁹ ecclesie sanctificatur ⁊ regit: exaudi nos pro vniuersis ordinib⁹ supplicãtes: vt gr̃e tue munere ab omnib⁹ tibi gradib⁹ fideliter seruiat. Per. in vni. eius. Secre.

Da famulis tuis dñe indulgentiã pctõꝝ: cõsolationẽ vite: gubernationẽ ꝑpetuã: vt tibi seruiẽtes: ad tuã iugiter misericordiã ꝑuenire

Lmereant. p. Postcõio.

Libera q̃s dñe a pecatis

et hostibus tibi famulos sup/
plicantes: vt in sctā conuersa
tione viuētes: nullis afficiantur aduersis. p. Missa ad re/
pellendū malas cogitatiōes.

Omnipotēs ⁊ mi Oīo.
tissime deus respice ꝓ/
pitius p̄ces nr̄as: ⁊ libera cor
da nostra de malarū tēptatio
nibus cogitationū: vt scti spi
ritus dignū fieri habitaculuz
mereamur. Per. in vni. eius.

Has tibi dn̄e offe Secr.
rimus oblatiōes ꝓ sa/
lute nostra: quatenus animas
nr̄as ab immūdis cogitatiōi/
bus purges: illesasqz custodi
as: ⁊ sancti spūs gr̄a illumia/
re digneris. Per. in vni. eius.

Deus qui illu/ Postcō.
minas oēm hominē ve
nientē in hunc mūdū: illumi
na qm̄s corda nr̄a gratie tue
splendore: vt digni maiestati
tue ministrare: teqz eterna cha/
ritate diligere valeamus. per.
Missa ꝓ petitiōe lachrymaꝝ

Omnipotēs ⁊ mi. Oīo
tissime deus: qui sitiēti
populo fontez viuentis aque
de petra ꝓduxisti: educ d̄ cor/
dis nostri duricia cōpunctio
nis lachrymas: vt peccata no
stra plangere valeam⁹: remis
sionez peccatoꝝ te miserante
mereamur accipe. p. Secre.

Hanc oblationez q̄s dn̄e
deus: quā tue maiestati
pro peccatis nostris offerim⁹
respice ꝓpiti⁹: ⁊ ꝓduc de ocu
lis nr̄is lachrymaꝝ flumina:
quib⁹ debita flāmarū incēdia
valeāt extingui. p. Postcōio

Gratiaz spūs sancti dn̄e
deus cordibus nr̄is cle
menter infunde: que nos ge/
mitibus lachrymarū efficiat
maculas nostroꝝ diluere pec
catoꝝ: atqz optate nob̄ te lar/
giente indulgētie prestet effe
ctum. Per. in vnitate eiusdē.
Missa ꝓ amico pctōre. Oīo.

Deus qui iustificas im/
pium ⁊ nō vis mortez
pctōꝝ: maiestatē tuā supplici
ter dep̄camur: vt famulū tuū
de tua misericordia cōfidētē:
celesti ꝓtegas benigno auxi/
lio: ⁊ assidua ꝓtectōe ꝯserua:
vt tibi iugiter famulet̄: ⁊ nul
lis tēptatiōib⁹ a te separet̄. p.

Huius dn̄e q̄s Secreta
virtute mysterij: ⁊ a ꝓ/
prijs nos mūda delictis: ⁊ fa/
mulū tuū ab omnibus absol/
Pue peccatis. p. Postcō.
Purificēt nos q̄s dn̄e sa/
cramēta q̄ sumpsim⁹: ⁊ famu
lum tuū a b omni culpa libe/
rū esse cōcede: vt qui cōscien/
tie reatu cōstringitur: celestis
remedij plenitudie glorie t̄. p

Missa ꝑ amico viuẽte. Oro.

OMnipotẽs sempiterne deus: miserere famulo tuo. N. ⁊ dirige eũ scdm tuaꝫ clemẽtiã in viã salutis eterne: vt te donãte tibi placita cupiat: ⁊ tota vtute ꝑficiat. ꝑ. Sec

PRoficiat qm̃s dñe hec oblatio: quã tue supplices offerim⁹ maiestati: ad salutẽ famuli tui. N. vt tua ꝓuidentia ei⁹ vita inter aduersa ⁊ prospera vbiqꝫ dirigat. P.

SUmentes dñe ꝑpetue sacramẽta salutis: tuam deprecamur clemẽtiã: vt per ea famulũ tuũ. N. ab oi aduersitate ꝓtegas. P. Postcõ.

Missa ꝑ salute viuoꝝ. Oro.

PRetende dñe fidelibus ꝫ tuis dexterã celestis auxilij: vt te toto corde ꝑquirant et que digne postulãt cõsequi ꝑmereant. per. Secreta

PRopitiare dñe supplicatiõibus nostris: ⁊ has oblationes fideliũ tuorũ: quas tibi pro incolumitate eorũ offerimus: benignus assume: ⁊ vt nullius sit irritũ votũ: nulli⁹ vacua postulatio: presta qm̃s vt qd̃ fideliter petimus: efficaciter cõsequamur. ꝑ. Postcõ.

DA famulis ⁊ famulab⁹ tuis q̃s dñe in tua fide et sinceritate cõstantiaꝫ: vt in charitate diuina firmati: nullis tẽptatiõibus ab eius integritate euellantur. ꝑ. Missa pro deuotis amicis. Oratio.

DEus qui charitatis dona per gratiã sãcti spiritus tuorũ cordibus fideliuꝫ infudisti: da famulis ⁊ famulabus tuis: pro quibus tuam deprecamur clementiã: salutem mẽtis ⁊ corporis: vt te tota virtute diligant: ⁊ que tibi placita sunt tota dilectiõe ꝑficiant. Per. in vnitate eiusdẽ.

MIserere que/ sumus dñe famulis ⁊ famulabus tuis: pro quibus hoc sacrificiũ laudis tue offerim⁹ maiestati: vt per hec sancta superne benedictiõis gratiam obtineant: ⁊ gloriã eterne beatitudinis acquirant. ꝑ Secreta

DIuina libã tes mysteria qm̃s dñe: vt hec salutaria sacramẽta illis ꝓficiant ad prosperitatem et pacem: pro quorũ quarũqꝫ dilectione: hec tue obtulim⁹ maiestati. ꝑ. Postcom.

Missa ad pluuiam petendam. Oratio

DEus in quo viuimus: mouemur ⁊ sumus: pluuiaꝫ nobis tribue cõgruentẽ: vt ꝑsentibus subsidijs sufficiẽter adiuti: sempiterna fiduciali⁹ appetamus. per. Secreta.

OBlatis quesumus dñe placare muneribus: et opportunū nobis tribue pluuie sufficiētis auxilium. per.

DA nobis qm̄s Postcō. dñe pluuiā salutarem: et aridam terre faciē fluentis celestib⁹ dignāter infunde. p

Missa ad serenitatē postulādam. Oratio.

ADte domine nos clamātes exaudi: ⁊ aeris serenitatē nobis tribue supplicātibus: vt q iuste pro peccatis nostris affligimur: misericordia tua preueniente clementiā sentiam⁹. p

PReueniat nos Secre. quesumus domine gratia tua semper ⁊ subsequatur et has oblatiōes quas ꝓ peccatis nostris nomini tuo consecrandas deferim⁹: benign⁹ assume: vt per intercessionez sanctoꝝ tuoꝝ: cunctis nobis ꝓficiant ad salutē. p. Postcō.

QUesumus omnipotēs deus clementiā tuā: vt inundantiā coherceas hymbrium: ⁊ hylaritatē vult⁹ tui nobis impartiri digneris. p.

Missa cōtra tēptatiōes. Oro

ADomo tua quesumus dñe spiritales nequitie repellant: ⁊ aerearū discedat malignitas tempestatuz. Per dominū no. Secreta.

OFferimus tibi dñe laudes ⁊ muuera pro concessis beneficijs gratias referentes: ⁊ pro cōcedendis semper suppliciter deprecātes. p

OMnipotēs Postcom. sēpiterne de⁹: qui nos ⁊ castigando sanas: ⁊ ignoscendo conseruas: presta supplicibus tuis: vt ⁊ tranquillitatibus huius optate consolationis letemur: ⁊ dono tue pietatis semꝑ vtamur. per. Missa generalis sancti augustini ꝑ viuis ⁊ defunctis. Oratio.

OMnipotēs sempiterne deus qui viuorū dominaris simul ⁊ mortuoꝝ: omniumqꝫ misereris: quos tuos fide ⁊ opere futuros esse prenoscis: te supplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus: quosqꝫ vel p̄sens seculuz adhuc in carne retinet: vel futurū iā exutos corpore suscepit: intercedētibus omnib⁹ sanctis tuis: pietatis tue clementia omniū delictoꝝ suoꝝ veniam cōsequātur. Per dominū. Secreta.

DEus cui soli cognitus est numerus electoruz in superna felicitate locādus: tribue qm̄s: vt intercedentibus om̄ibus sanctis tuis vniuersorū: quos in oratione cō-

mendatos suscepimus: ⁊ nomina omniũ fideliũ beate p̄destinatiõis liber ascripta retineat. Per dñm. Postcõio.

PUrificent nos qm̄s omnipotens ⁊ misericors deus sacramenta que sumpsimus: ⁊ intercedẽtibus omnibus sanctis tuis presta: vt hoc tuum sacramẽtũ nõ sit nobis reatus ad penaz: sed intercessio salutaris ad veniã: sit ablutio scelerũ: sit fortitudo fragiliũ: sit contra omnia mũdi pericula firmamentum: sit viuorum atq; mortuoꝝ fideliuz remissio omniũ delictoruz. p.

Alia missa ꝑ viuis ⁊ defunctis. Oratio.

PIetate tua quesumus dñe nostrorũ solue vincula peccatorum: ⁊ intercedente btã maria cũ omnibus sanctis tuis: nos famulos tuos atq; loca nostra in omni sanctitate custodi: omnesq; consanguinitate: affinitate ac familiaritate nobis coniunctos: a vitijs purga: virtutib⁹ illustra: pacem ⁊ salutẽ nobis tribue: hostes visibiles ⁊ inuisibiles remoue: carnalia desideria repelle: aerem salubrẽ indulge: amicis ⁊ inimicis nostris charitatẽ largire: ⁊ omnibus fidelibus viuis ⁊ defunctis in terra viuentiũ vitã ⁊ requiẽ eternam concede. per. Secreta.

DEus qui singulari corporis tui hostia totius mũdi soluisti delicta: hac oblatiõe placatus: maculas scelerum nostrorum absterge: et omniũ christianoꝝ viuorũ et mortuorum peccata dimitte: nobisq; premia eterna concede. Qui viuis ⁊. Postcõmu.

SUmpta qm̄s dñe sacramẽta celestia oĩa crimina nostra detergant: omnẽq; prauitatem ⁊ infirmitatẽ seu hosticam rabiem: atq; subitaneam mortẽ meritis btẽ marie semper virginis: ⁊ omniũ sanctoꝝ a nobis procul repellant: ⁊ om̄ibus fidelib⁹ viuis ⁊ defunctis prosint ad veniã: ꝑ quoꝝ tibi sũt oblata salute. p. Missa ꝯtra paganos. oĩo.

OMnipotẽs sempiterne deus: in cui⁹ manu sũt oĩm potestates: ⁊ oĩm iura regnorũ: respice in auxiliũ christianoꝝ: vt gẽtes paganorum que in sua feritate confidunt: dextere tue potentia conterã

Stur. Per dñz. Secreta

SAcrificiũ dñe quod immolamus intende: vt propugnatores tuos ab omni exuas paganoꝝ nequitia: ⁊ in tue ꝓtectiõis securitate ꝯstituas. p.

PRotector Postcõio. noster aspice deus: t p/pugnatores tuos a paganor defende periculis: vt ab omi bus perturbatiõibus semoti: liberis tibi mentib⁹ seruiãt. p

Missa p quacũq; tribulatõe

DEus qui nõ mor Oratio. tem sed penitentiã desi deras peccatorũ: populũ tuũ qmũs ad te conuerte ppitius: vt dũ tibi deuotus existit: tra/cũdie tue flagella ab eo amo/

SUb. Secreta. ueas. p. ueniat nobis qmũs dñe sacrificij pentis operatio: q nos t ab erroribus vniuersis potenter absoluat: t toti⁹ eri/piat perditiõis incursum. p.

TUere nos q/ Postcom sumus dñe tua sãcta su/mentes: t ab omni ppitius in iquitate defende. p.

Alia missa vnde supra. Oratio.

NE despicias ops deus populũ tuũ in afflictiõe cla/mantẽ: sed propter gloriã no minis tui tribulatis succurre

S placatus. per. Secreta

UScipe dñe ppitius ho stias: quibus t te placari vo/luisti: t nobis salutẽ potenti pietati restitui. p. Postcom.

TRibulationẽ nostrã qs dñe ppitius respice: et rã tr indignatiõis: quã iu/ste meremur auerte. p.

Missa pro Imperatore. Oratio.

DEus regnorũ omniũ t christiani maxime pte cto: imperij: da seruo tuo im/peratori nr̃o triũphũ virtutẽ tue scienter excolere: vt q tua cõstitutione est princeps: tuo semper munere sit potens. p.

SUscipe dñe p Secreta. ces t hostias eccl̃ie tue p salute famuli tui supplicã/tis: t in ptectiõe fideliũ po/pulorum antiqua brachij tui operare miracula: vt superatis pacis inimicis: secura tibi seruiat christiana libertas. p.

DEus qui ad Postcõ. predicandũ eterni re/gis euangeliũ romanũ impe riũ preparasti: prestẽ de famu/lo tuo Imperatori nr̃o arma celestia: vt pax eccl̃esiarũ: nul la turbet tẽpestate bellor. p.

Missa pro rege. Oratio.

QUesumus ops deus vt famulus tuus rex no/ster: qui tua miseratiõe susce/pit regni gubernacula: virtu tum etiã omniũ percipiat in/crementa: quibus decẽter or natus: t vitior monstra deui tare: t ad te qui via veritas t vita es: gratiosus valeat pue

MUnera quesumus do

mine oblata sanctifica: vt ei nobis vnigeniti tui corpus ⁊ sanguis fiant: ⁊ regi nr̄o ad obtinendā anime corporisq; salutē: ⁊ ad peragendū iniunctum officiū te largiēte vsq; q̄q; ꝓficiāt. ꝑ eundē. Postcō.

HEc dn̄e oblatio salutaris: famulū tuū ab omnibus tueatur aduersis: quatenus ecclesiastice pacis obtineat tranquillitatē: ⁊ post ipsius temporis decursum: ad eternā ꝑueniat hereditatē. ꝑ.

Missa contra persecutores ⁊ male agentes. Oratio.

HOstiū nostrorū quesumus dn̄e elide superbiā: ⁊ eorum contumaciā dextere tue virtute prosterne. ꝑ. Secreta

HUius dn̄e virtute mysterij: ⁊ a ꝓprijs mundemur occultis: ⁊ ab inimicorum liberemur insidijs. ꝑ do.

PRotector noster aspice deꝰ: ⁊ ab inimicorum nos defende periculis: vt omni perturbatione semota: liberis tibi mentibus seruiamus. Per. Postcō.

Missa pro nimijs pressuris. Oratio

DEus qui contritorum non despicis gemitū: ⁊ merentium non spernis affectum adesto precibus nostris quas tibi pro tribulatione nostra effundimus: easq; clemēter exaudi: vt quicquid contra nos diabolice: atq; humane moliūtur aduersitates: ad nihilum redigatur: ⁊ consilio tue pietatis allidatur: quatenus nullis aduersitatibus lesi: sed de omni tribulatione ⁊ angustia erepti: in ecclesia tua tibi gratias referimꝰ. ꝑ d.

DEus qui tribulatos corde sanas: ⁊ mestificatos actu letificas: ad hanc propitius hostiam dignanter attende: quam tibi ꝓ nostra offerimus liberatione: tu ⁊ hanc benignus accipe: ⁊ nostra sana discrimina: tribulationum attende miseriaꝫ: ⁊ angustiarum nostrarum sub moue pressuram: vt exuti omnibus que patimur malis: in tuis semper mereamur exultare iusticijs. Per dominuꝫ. Secreta.

DImitte domine peccata nostra: ⁊ tribue nobis misericordiam tuam quam precamur: vt humilitatem nostram attendas: vincula soluas: delicta deleas: tribulationem inspicias: aduersitatem repellas: effectūq; petitionis nostre largiens: supplices tuos clementer exaudias. Per dominuꝫ. Postcom.

Missa in tempore bell. Oro

OMnipotens ⁊ miseri-
cors deus: a bellorum
nos quesumus turbine fac ge
tos: q; nobis bona cuncta pre
stabis: si pacez dederis: ⁊ mẽ-
tis ⁊ corporis. per. Secreta.

SAcrificiũ domie qđ im
molamus placatus in-
tende: vt ab omni nos exuat
bellorum nequitia: ⁊ in tue
protectionis securitate consti
tuat. Per do. Postcõ.

SAcrosãcti corporis ⁊ sã
guinis dñi nri ihesu xpi refe-
ctione vegetati: supplices te
rogamꝰ ops deus: vt hoc re-
medio singulari: ab omniuz
peccatorꝫ nos cõtagione pu-
rifices: ⁊ a periculorꝫ munias
incursione cũctorꝫ. per eũdẽ.

Missa p quacũq; necessitate

DEus refugium Oratio
nostruz ⁊ virtus: adesto
pijs ecclesie tne precibus au-
ctor ipse pietatis ⁊ presta: vt
quod fideliter petimus: effi-
caciter ꝓsequamur. Secre.

DA misericors deus: vt
hec salutarꝫ oblatio: ⁊ a
propꝫijs nos reatibus indesi-
nenter expediat: ⁊ ab oibus
tueatur aduersis. p. Postcõ.

SUmpsimus sacri dona
mysterij humiliter dep
cantes: vt que in tui cõmemo
ratõe nos facere precepisti:
in nostre proficiant infirmita
tis auxilium. Qui vi. Missa
ad postulandam sapientiaz.

DEus qui per Oratio.
coeternam tibi sapien-
tiam hominem cum non eet
condidisti: perditumq; mise-
ricorditer reformasti: presta
quesumus: vt eadem pecto-
ra nostra inspirante: te tota
mente amemus: ⁊ ad te toto
corde curamur. Per dñm.

SAnctificetur Secreta.
quesumus domine de-
us: huius nostre oblationis
munus: tua cooperante sapi-
tia: vt tibi placere possit ad
laudem: ⁊ nobis proficere ad
salutem. Per do. Postcom.

IMfunde quesumus do-
mine deus: per hec sa-
craméta que sumpsimus: tue
cordibus nostris lumen sapi-
entie: vt te veraciter agnosca
mus: ⁊ fideliter diligamus.
Per. Missa ad postulandaz
spem: fidem: ⁊ charitatem.

OMnipotens sem Oro.
piterne deus: qui iusticia
m tue legis in cordibus cre
dentium digito tuo scribis:
da nobis fidei: spei: ⁊ charita
tis augmentum: ⁊ vt mere a-
mur assequi quod promittis:
fac nos amare quod precipis
Per dominum. Secreta.

Mitte quesumus domine spiritum sanctum: qui & hec munera presentia tuum nobis efficiat sacramentum: & ad hoc percipiendum corda nostra purificet. Per. in vnita. eiusdem. Postcom

Spiritus nobis domine tue charitatis infunde: vt quos tuo pane celesti satiasti: tua facias pietate concordes. Per. in vnitate eiusdez. Oratio ad postulandā humilitatem. Oratio.

Deus qui superbis resistis: et gratiam prestas humilibus: auge in nobis vere humilitatis virtutē: cuius in se formaz fidelibus vnigenitus tuus exhibuit: vt nunq̄z indignationem tuaz prouocemus elati: sed potiꝰ semper pietatis tue capiamus dona subiecti. per heundem do. Secreta.

Hec oblatio domine deꝰ nobis remissionem omnium peccatoꝝ & vere humilitatis obtineat gram: simulq̄z a cordibus nostris concupiscētiā carnis & oculoꝝ: atq̄z ambitionem seculi auferas: quatenus coram te sobrie iuste pieq̄z viuentes: premia cōsequamur heterna. p do. Postcom

Huius domine sacramēti perceptio: pctōrum nostrorum maculas tergat: & nos p humilitatis exhibitionez ad celestia regna perducat. per. Oratio ad postulādā charitatem. Oratio.

Deus qui diligentibus te facis cūcta p desse: da cordibus nostris inuiolabilē tue charitatis affectuz: vt desideria de tua ispiratiōe cōcepta: nulla possint tentatione mutari. p. Secre

Deus qui nos ad imaginem tuam sacramentis renouas & preceptis: perfice gressus nr̄os in semitis tuis: vt charitatis donuz qō feciſti a nobis separari: p hec que offerimꝰ sacrificia facias apprehendi. per do. Postcom.

Sancti spiritus gr̄a quesumꝰ domine corda nostra illuminet: & perfecte charitatis dulcedine abundāter reficiat. per. in vnitate eiusdē Oratio ad postulādā patientiam. Oratio.

Deus qui vnigeniti tui patientia antiqui hostis cōtriuisti superbiā: da nobis quesumus: que idē pie pro nobis pertulit digne recolere: sicq̄z exēplo eiꝰ nobis aduersantia equanimiter tolerare. p eundē. Secre

Munera nostre oblationis quesumꝰ domine placatꝰ suscipe: que vt nobis

patientie donum condonare digneris: maiestati tue deuota offerimus actione. per do.

SAcrosancta Postcom. domine su mētes mysteria: amissaq nobis quesumus reconcilient gratiaq: atq munus patientie in illoris omnibus semper et vbiq protegēdo impartiant. per. Missa p stabilitate loci. Oratio.

OOmnipotēs sempiterne deus: edificator et custos hierusalez civitatis superne: edifica et custodi locuz istum cū habitatoribꝰ suis: vt sit in eo domicilium stabilitatis et pacis. per dñm. Secreta.

HAs sacrificijs quesumꝰ domine placatus intende: vt q a propꝫijs oramus absolui delictis non grauemur externis: sed ab oibus liberemur aduersis. per. Postcō.

SUsci pe domine preces nostras: et muro custodie tue hunc locū cum habitantibꝰ in eo circūda: vt omni aduersitate repulsa: sit semper i eo domicilium incolumitatis et pacis. per do. Missa pro cōfitente peccata sua. Oratio.

OOmnipotēs sempiterne deus: confitenti tibi famulo tuo. N. pro tua pietate relaxa peccata: vt nō plus ei noceat conscientie reatus ad penam: q̄z indulgentia tue pitiationis prosit ad veniā. p.

PResta q̄s omni Secre. potēs et misericors deꝰ vt hec salutaris oblatio famulum tuū. N. et a propꝫijs reatibus indesinenter expediat: et ab omnibus tueatur aduersis. per dñm. Postcom

OOmnipotēs et misericors deus: qui omnem animā penitentem et confitentē tibi magis vis emēdare q̄z perdere: respice super hunc famulum tuum. N. et per hec sancta sacramenta que sumpsimus auerte ab eo iram indignationis tue: et dimitte ei oia peccata sua. p. Missa pro inimicis

DEus pacis chari Oio tatisq amatoꝛ et custos da omnibus inimicis nostris pacem charitatēq verā: cunctoruq eis remissionem tribue peccatoꝛ: nosq ab eoruz insidijs potenter eripe. p do.

OBlatis q̄s dñe Secre. placare mūeribꝰ: et nos ab inimicis nostris clemēter eripe: eisq indulgentiam tribue delictoꝛ. per. Postcom.

HEc nos cōmunio domine exuat a delictis: et ab iuimicoꝛ defendat insidijs. p Missa pro faciētibus nobis

De elemosyna. Oratio.
Deus qui post baptismi sacramentum secundam ablutionem peccatorum elemosynis indidisti: respice propitius super famulos tuos: pro quorum operibus tibi gratie referuntur fac eos premio beatos: vt recipiant pro paruis magna: pro terrenis celestia: pro temporalibus sempiterna. p. Secre.
Deus qui tuorum corda fidelium: per elemosynas dixisti posse mundari: da famulis tuis: qui pauperibus bona sua dederunt: per huius sacramenti mysterium: vt per ciptentes hoc munere veniam peccatorum: in tuorum censeatur sorte iustorum. Per. Postco.
Purificent nos quesumus domine sacramenta que sumpsimus: et famulos tuos propitius intende: qui diuina mandata recolentes: opem indigentibus subministrant: et presta: vt sicut eorum deuotio nobis est necessaria: ita sit tibi semper accepta. Per. Missa pro amico incarcerato. Oro.
Deus qui beatum petrum a vinculis absolutum illesum abire fecisti: famuli tui in captione positi vincula absolue: et eum ipsius meritis illesum abire concede. Per d.
Super has que. Secre.
sumus domine hostias benedictio copiosa descendat que captiui nostri vincula soluat: et de eius liberatione nos cito letificet. Per. Postcom
Preces nostras quesumus domine clementer exaudi: et per hec sacramenta que sumpsimus: famulum tuum a vinculis sue captiuitatis absolue. Per dnm. Missa pro nauigantibus. Oratio.
Deus qui transtulisti patres nostros per mare rubrum: et transuexisti per aquam nimiam laudem tui nominis decantates: te suppliciter deprecamur: vt in naui famulos tuos repulsis aduersitatibus portu sep obptabili: cursuque tranquillo tuearis. Per. Secre.
Suscipe domine quesumus preces famulorum tuorum cum oblationibus hostiarum: et tua mysteria celebrantes: ab omnibus defende periculis. Per do. Postcd.
Sanctificati diuino mysterio maiestatem tuam domine suppliciter deprecamur et petimus: vt quos donis facis celestibus interesse: per lignum sancte crucis: et a peccatis absirahas: et a periculis cunctis miseratus eripias. p.

Missa pro sterilitate terre.

TE nobis que/ Oratio.
sumus domine pie sup
plicationis effectum: et pesti/
lentiam famemq; propitiat⁹
auerte: vt mortaliuz corda co
gnoscant: et te indignante ta/
lia flagella prodire: et te mise/
rante cessare. Per dominuz.

TEus qui hu/ Secreta.
mani generis vtranq;
substantiam presentium mu/
nerum: et alimento vegetas et
renouas sacramento: tribue
quesumus vt eorum et corpo/
ribus nostri subsidium non
desit et mentibus. Per dñm.

GUberna Postcommu.
quesumus domine tem
poralibus alimentis: quos di
gnaris eternis informare my
sterijs. Per. Missa pro peste
animalium. Oro.

TEus qui laboribus hominū
etiam de mutis animalib⁹ so/
latia subrogasti: suppliciter
te rogamus vt inter quos non
aliter humana conditio: no/
stris facias vsibus non perire
Per dominuz. Secre.

SAcrificijs domine pla/
catus oblatis opem tuam no
stris temporibus clementer
impende. Per dominuz no.

BEnedictionē Postcom
tuam domine populus
fidelis accipiat: qua corpore
saluetur: et mente: et congru/
am tibi semper exhibeat ser/
uitutem: et propitiationis tue
beneficia semper inueniat.
Per. Missa pro mortalitate
hominū. Oratio.

TEus qui non mortem: sed pe
nitentiam desideras peccato/
rum: populum tuum quesu/
mus ad te conuerte propitius:
vt duz tibi deuotus existit: ira
tue die ab eo flagella amo/
ueas. Per do. Secreta

SUbueniat nobis quesu/
mus domine sacrificij presen
tis operatio: que nos ab erro
ribus vniuersis potenter ab/
soluat: et a totius eripiat per/
ditionis incursu. p. Postcō.

GAudi nos deus saluta/
ris noster: et intercedente
beata maria semper virgi/
ne populum tuum ab iracun
die tue terroribus liberum: et
misericordie tue fac largita/
te securum. Per. Missa pro
infirmo qui proximus e mo/

OMnipotēs ti. Oratio.
sempiterne deus: cōser/
uator animaruz: qui quos di
ligis corripis: et quos reci/
pis pie ad emendationem cō
erces: te domine deprecamur
vt medelam tuaz conferre di
gneris in animā famuli tui q

in corpore patitur membrorz debilitatem: vim laboris stimulos infirmitatum: da ei domine gratiam z misericordiā tuam: vt in hora exitus illius de corpore absqz peccati macula creatori proprio: per manus sanctorum angelorū eiꝰ anima representari mereaf. p

Adesto domine Secre. supplicationibus nostris: z suscipe hostiam quaz tibi offerimus p famulo tuo iacente in grabbato: salutem non solum corporis. sz z animе sue petenti: presta ei omnipotens deus indulgentiaz omnium iniquitatum suarū: per imensam clementiā tnā: z per intercessionem omniū sanctorum tuorum: vt per hoc quod sustinet flagellum a sanctis angelis tuis suscipiatur: z peruenire mereatur ad glorie tue regnum. p. Postcom.

Gratias agimus tibi domine de multiplicibus largitatibus tuis: ex quibus animas in te sperantium sanare consueuisti: z confisi de tua pietate precamur: vt miserеri digneris famulo tuo: ne preualeat aduersus eum aduersarius in hora exitus illiꝰ de corpore: sed transitum habere mereatur ad vitam perpetuam. Per dominū. Missa in agenda p mortuis. In.

Requiem eternam dona eis domine z lux perpetua luceat eis. p̄ Te decet hymnus deꝰ in syon: z tibi reddetur votum in hierusalem: exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet. ℣ Gloria patri. non dicitur: sed finito absolute repetitur. Requiez. In die depositionis defuncti. Oro.

Deus cui proprium est misereri semp et parcere: te supplices exoramus p anima famuli tui. N. quā hodie de hoc seculo migrare iussisti: vt non tradas eaz in manibus inimici: neqz obliuiscaris in finem: sed iubeas eam a sanctis angelis suscipi: z ad patriam paradisi perduci: vt qꝛ te sperauit z credidit: nō penas eternas sustineat: sed gaudia sempiterna possideat. Per. Epistola ad Corin. .cap. xv

Fratres: Ecce mysterium vobis dico. Omnes quidem resurgemꝰ: sed non omnes immutabimur. In momento: in ictu oculi: in nouissima tuba. Canet enim tuba z mortui resurgent incorrupti: z nos immutabimur. Oportet enim corruptibile

hoc induere incorruptionez: ⁊ mortale hoc induere imortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit mortalitatem tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta ē mors in victoria. Ubi ē mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum est. Uirtus vero peccati lex. Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam. Per iesum christum dominuz nostrum. Epistola ad thessalonicenses. j. cap. iiij.

FRatres: Nolumus vos ignorare de dormientibus: vt non contristemini: sicut ⁊ ceteri: qui spem non habent. Si em̄ credimus q̄ iesus mortuus est: ⁊ resurrexit: ita ⁊ deus eos qui dormierunt per iesuz adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini: quia nos qui viuimus qui residui sumus in aduentu domini non preueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse domin⁹ in iussu: ⁊ in voce archangeli: ⁊ in tuba dei descendet de celo: ⁊ mortui q̄ in christo sunt resurgent primi. Deinde nos qui viuimus qui relinquimur simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam christo in aera: ⁊ sic sēper cum domino erimus. Itaq̄ consolamini inuicē in verbis istis. Lectio libri machadeorum secūdi cap. xij.

IN diebus illis: Uir fortissimus iudas collatione facta: duodecim milia dragmas argenti misit hierosolymam offerri eas ibi ꝓ peccatꝫ mortuorum: iuste ⁊ religiose de resurrectione cogitans. Nisi enim eos qui crediderant resurrecturos speraret: superfluum videretur ⁊ vanuz orare pro mortuis. Sed q̄ considerabat: q̄ hi qui cum pietate dormitionem acceperāt: optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo ⁊ salubris est cogitatio pro defunctis exorare: vt a peccatis soluantur. Lcō libri apocalypsis beati ioānis apli. xiiij. c.

IN diebus illis. Audiui vocē de celo dicentē mihi: Scribe. Beati mortui qui in domino moriuntur. Amodo iam dicit spūs: vt requiescāt a laboribus suis. Opera enim illorum sequūtur illos. Grad. Requiem eternaz dona eis domine: ⁊ lux perpetua luceat eis ℣. In memoria eterna erit iustus: ab auditione mala nō ti-

mebit. Tractus Absolue domine animas omnium fideliuz defunctorũ ab omni vinculo delictorum. ℣. Et gratia tua illis succurrente mereantur euadere iudicium vltionis. ℣. Et lucis eterne beatitudine pfrui. Sequẽtia

Dies ire dies illa: Soluet seclũ in fauilla: Teste dauid cum sibilla. Quantus tremor est futurus: Quando iudex est venturus: Cuncta stricte discussurus. Tuba mirum spargget sonum: Per sepulchra regionũ: Coget omnes ante thronum. Mors stupebit ⁊ natura: Cũ resurget creatura: Judicanti responsura. Liber scriptus proferetur: In quo totum continetur: Unde mundus iudicetur. Iudex ergo cũ sedebit: Quicquid latet apparebit: Nil inultum remanebit. Quid sum miser tunc dicturus: Quem patronum rogaturus: Dũ vix iustus sit securus. Rex tremende maiestatis: Qui saluandos saluas gratis: Salua me fons pietatis. Recordare iesu pie: Quod sum causa tue vie: Ne me perdas illa die. Querens me sedisti lassus Redemisti crucem passus: Tantus labor nõ sit cassus. Iudex iuste vltionis: Donũ fac remissionis: Ante diem rationis. Ingemisco tanq̃ reus: Culpa rubet vultus meus: Supplicanti parce deus. Qui mariam absoluisti: Et latronem exaudisti: Mihi quoq̃ spem dedisti. Preces mee non sunt digne: Sed tu bone fac benigne: Ne perhẽni cremar igne. Inter oues locũ prestа: Et ab hedis me sequestra: Statuens in parte dextra. Confutatis maledictis: Flãmis acribus addictis: Voca me cum benedictis. Oro supplex et acclinis: Cor contritum quasi cinis. Gere curam mei finis. Lachrymosa dies illa: Qua resurget ex fauilla: Judicandus homo reus. Huic ergo parce deus: Pie iesu domine: Dona eis requiem. Amen. Sedm ioãnez. xj. capi.

In illo tẽpe: Dixit martha ad iesuz: Domine si fuisses hic: frater meus nõ fuisset mortuus. Sed ⁊ nũc scio Quia quecũq̃ poposceris a deo: dabit tibi deus. Dicit ei iesus. Resurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio: q̃ resurget in resurrectione in nouissimo die. Dicit ei Jesus. Ego sum resurrectio ⁊ vita. Qui credit in me: etiã si mortuus fuerit viuet. Et omnis q viuit ⁊ credit in me: non morietur in eternuz. Credis hoc? Ait illi. Utiq̃ domine: Ego credidi: quia tu es christus fi-

lius dei viui: qui in hūc mun
dum veniſti. Scōm ioan/
nem. ſexto capitulo.

In illo tempore: Dixit ie
ſus diſcipulis ſuis ⁊ turbis iu
deorum. Omne quod dat mi
hi pater ad me veniet: et eum
qui venit ad me non eiciam
foras. Quia deſcendi de celo
non vt faciam voluntatē meā
ſed volūtatem eius qui miſit
me. Hec eſt autē voluntas ei⁹
qui miſit me patris: vt omne
quod dedit mihi: nō perdam
ex eo: ſed reſuſcitē illud in no/
uiſſimo die. Hec eſt autē vo/
luntas patris mei q miſit me
vt omnis qui videt filium et
credit in eum: habeat vitam
eternam. Et ego reſuſcitabo
eum in nouiſſimo die. Scōm
ioannem quinto capitulo.

In illo tempore: Dixit ie
ſus diſcipulis ſuis ⁊ tur
bis iudeorū. Amen amē dico
vobis: quia venit hora ⁊ nūc
eſt quādo mortui audient vo/
cē filij dei: ⁊ qui audierint vi/
uent. Sicut enim pater habz
vitam in ſemetipſo: ſic dedit ⁊
filio vitā habere in ſemetipſo
Et poteſtatē dedit ei iudiciū
facere: q̄ filius hois eſt. Mo/
lite mirari hoc: q̄ venit hora
in qua omnes q̄ in monumē/
tis ſunt audient vocē filij dei.
Et pcedent qui bona fecerūt
in reſurrectionē vite. Qui vo
mala egerūt in reſurrectōem
iudicij. Scōm ioānē. vj. cap.

In illo tempore: Dixit ie
ſus diſcipulis ſuis ⁊ tur/
bis iudeorū. Ego ſum panis
viuus: qui de celo deſcendi.
Si quis māducauerit ex hoc
pane viuet in eternum. Et pa
nis quez ego dabo: caro mea
eſt p mundi vita. Litigabant
ergo iudei ad inuicem dicen/
tes: Quomodo poteſt hic no
bis carnē ſuam dare ad man/
ducādū? Dixit ergo eis ieſus
Amen amen dico vobis: niſi
manducaueritis carnem filij
hominis: ⁊ biberitis eius san
guinem: nō habebitis vitam
in vobis. Qui māducat meaz
carnez: ⁊ bibit meū ſanguinē
habet vitā eternā. Et ego re/
ſuſcitabo eū in nouiſſimo die

Offer. Domine ieſu chriſte rex
glorie: libera animas omnium
fidelium defunctorum de penis
inferni: et de profundo lacu: li/
bera eas de ore leonis: ne abſor/
beat eas tartarus: ne cadāt in ob
ſcurum: ſed ſignifer ſanctus mi/
chael repreſentet eas in lucem
ſanctam. Quam olim abrae pro/
miſiſti: ⁊ ſemini ei⁹. ℣. Hoſtias
⁊ preces tibi domine laudis offe
rimus: tu ſuſcipe pro animabus

illis: quarū hodie memoriā facimus: fac eas dñe de morte transire ad vitā. Quā olim. **Secreta** PRopitiare quesum⁹ domine anime famuli tui. N. pro qua tibi hostiam laudis immolamus: maiestatē tuā suppliciter deprecantes: vt per hec pie placatiōis officia peruenire mereatur ad requiem sempiternā. Per. **Cōio.** Lux eterna luceat eis domine. Cum sanctis tuis in eternum: quia pius es. ℣. Requiem eternam dona eis dñe: & lux ꝑpetua luceat eis. Cum sanctis tuis. **Postcōio.** PResta quesumus omnipotens deus: vt anima famuli tui. N. que hodie de hoc seculo migrauit: his sacrificijs purgata: & a peccatis expedita: indulgentiam pariter & vitam capiat sempiternam. Per do **Missa in die tertio septimo vel trigesimo depositionis defuncti. Oratio.** QUesumus domine: vt anime famuli tui: cui⁹ depositionis diem tertium septimum vel trigesimū cōmemoramus: sanctorū atq; electorū tuorum largiri digneris consortium: & rorē misericordie tue ꝑhēnē infūdas. Per. **Secreta** MUnera quesumus domine: que tibi pro anima famuli tui offerimus placatus intende: vt remedijs purgata celestibus: in tua pietate requiescat. Per. **Postcōio.** SUscipe dñe preces nostras pro anima famuli tui: vt si que ei macule de terrenis contagijs adheserunt: remissionis tue misericordia deleantur. Per d. **Missa vt supra. Oio.** ADesto quesumus domine anime famuli tui cui in die depositionis sue tertio septimo vel trigesimo officium cōmemoratōis impendimus vt si qua ei secularis macula inhesit: aut vitium mundiale infecit: dono tue pietatis indulgeas & abstergas. Per d. **Secreta.** ADesto dñe supplicatiōib⁹ nostris & hanc oblatiōem: quam tibi offerimus ob diem depositionis tertium septimum vel trigesimum pro anima famuli tui. N. placidus ac benignus OassumeMer. **Postcō.** OMnipotēs sempiterne de⁹: collocare dignare spm̄ et animā famuli tui. N. cui⁹ die tertiū septimū vel trigesimus depositionis cōmemoramus in sinib⁹ abrae ysaac & iacob: vt cum dies agnitiōis tue aduenerit: inter sāctos & electos

tuos eũ resuscitari precipias. Per do. Missa pro defuncto episcopo. Oro.

DAno, bis domine: vt animaz famuli tui episcopi: quam de seculi eduxisti laborioso certamie: sanctoꝝ tuoꝝ cetui tribuas esse consortem. Per do.

ANnue nobis domie: vt anime famuli tui episcopi hec prosit oblatio: quã imolando totius mũdi tribuisti relaxari delicta. p. Secreta

HIs sacrificijs quesumus omnipotẽs deus: vt purgata anima ⁊ spiritꝰ famuli tui episcopi ad indulgentiam ⁊ refrigeriũ sempiternum peruenire mereat. Per do. Postcõ.

Missa pro defunctis episcopis seu sacerdotibꝰ

DEus qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos põtificali seu sacerdotali fecisti dignitate vigere: presta quesumus: vt eoruz quoqz perpetuo aggregẽtur cõsortio. Per d. Oratio. Secreta.

SUscipe domine quesumus pro animabus famuloꝝ tuoꝝ pontificũ seu sacerdotum: quas offerimꝰ hostias: vt quibus in hoc seculo põtificale seu sacerdotale donasti meritũ: in celesti regno sanctoꝝ tuoꝝ iubeas coniũgi consortio. Per dñm. Postcõ.

PRosit quesumus domine animabus famuloꝝ tuorum pontificum seu sacerdotũ misericordie tue implorata clemẽtia: vt eius in quo sperauerũt ⁊ crediderũt: eternum capiant te miserante cõsortium. Per do. Missa pro sacerdotibus defunctis. Oro

PResta quesumus domine: vt anime famuloruz tuorum sacerdotum: quos in hoc seculo cõmorãtes: sacris muneribus decorasti: in celesti sede gloriosa semper exultent. Per dñz. Secreta.

SUscipe quesumus dñe pro animabus famuloꝝ tuoꝝ sacerdotum: quas offerimus hostias: vt quibus sacerdotale donasti meritum: dones et premium. Per dñz. Postcõ.

PResta quesumus omnipotens deus: vt animas famuloꝝ tuoꝝ sacerdotuz: in congregatione iustoꝝ eterne beatitudinis iubeas esse consortes. Per. Missa pro vno defuncto. Oro.

INclina domine aurem tuam ad preces nostras: quibus misericordiam tuaz supplices deprecamur: vt animaz famuli tui: quã de hoc seculo migrare iusisti: in pacis ac lucis re-

gione constituas: ⁊ sanctoruꝫ tuorum iubeas esse consortē.

A Per do. no. Secreta.

Annue nobis quesum⁹ domine: vt anime famuli tui hec prosit oblatio: quam imolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. per. Postcō.

Absolue quesumus domine animā famuli tui ab omni vinculo delictorum vt in resurrectionis gloria inter sanctos et electos tuos resuscitatus respiret. Per dñꝫ.

Missa ꝑ vna defuncta. Oro.

Quesumus domine pro tua pietate miserere aīe famule tue: ⁊ a contagijs mortalitatis exutam: in eterne saluationis partem restitue. P.

His sacrificijs Secreta.

domine quesumus anima famule tue a peccatis omnibus exuatur: sine quibus a culpa nemo liber extitit: vt per hec pie placatōis officia: perpetuam misericordiā consequatur. Per do. Postcom.

Inueniat quesumus domine anima famule tue lucis eterne consortiū: cuius perpetue misericordie consecuta est sacramentuꝫ. Per d.

Missa pro defuncti fratrib⁹ ⁊ benefactoribus. Oro

Deus venie largitor: et humane salutis amator: quesumus clementiam tuam: vt nostre congregatiōis fratres ꝓpinquos ⁊ benefactores nostros: q ex hoc seculo transierunt: beata maria semper virgine intercedente cum omnibus sanctis tuis: ad perpetue beatitudinis consortiū peruenire cōcedas. Per. Secreta.

Deus cui⁹ misericordie non est numerus: suscipe propiti⁹ preces humilitatis nostre: ⁊ animabus fratrū ꝓpinquoꝝ ⁊ benefactoꝝ nostrorum: quibus tui nominis dedisti confessionē: per hec sacramenta salutis nostre cunctoꝝ remissionem tribue peccatorum. Per do. Postcōio.

Presta quesum⁹ omnipotēs ⁊ misericors de⁹: vt anime fratrū propinquoꝝ ⁊ benefactoꝝ nostroꝝ: ꝑ quibus hoc sacrificiū laudis tue obtulimus maiestati: per huius virtutem sacramēti: a peccatis omnibus expiate lucis perpetue te miserāte recipiāt beatitudinem. Per. Missa ꝑ his q in cimiterio requescūt

Deus cui⁹ miseratiōe anime fideliuꝫ requiescunt: famulis ⁊ famulabus tuis omnib⁹ hic ⁊ vbiq; in christo quiescentib⁹: da Oratio.

propitius veniā peccatoꝝ vt a cunctis reatibus absoluti: tecū sine fine letentur. Per.

Secreta.

PRo aiabus famuloꝝ famularūq; tuaruz: ⁊ omniuz catholicoꝝ hic ⁊ vbiq; in christo dormientium: hostiā domine suscipe benignus oblatam: vt hoc sacrificio singulari: vinculis horrende mortis exute: vitaz mereantur eternaz. Per do.

Postcōio

DEus fideliū lumē animarū: adesto supplicatiōibus nostris: ⁊ da famulis ⁊ famulab⁹ tuis: quorū corpora hic ⁊ vbiq; in xp̄o requiescunt refrigerij sedem quietis beatitudinē: luminis claritatem. Per do.

Missa in anniuersario. Oratio.

DEus indulgentiaꝝ domine: da animabus famuloꝝ famularumq; tuarum: quorum anniuersariuz depositionis diem cōmemoramus: refrigerij sedem quietis beatitudinē: luminis claritatē. Per.

Secreta.

PRopitiare domine supplicationibus nostris: ꝑ aiabus famulorū famularūq; tuarū: quorū hodie annua dies agitur: pro quibus tibi offerimus sacrificium laudis: vt eas sanctorū tuoꝝ consortio sociare digneris. Per dn̄m nostruz.

Postcōio.

PResta quesum⁹ domine: vt anime famuloꝝ famularumq; tuarum: quorum anniuersariuz depositionis diem cōmemoramus: his purgate sacrificijs indulgentiā pariter ⁊ requiē capiant sempiternā. Per do.

Missa pro pr̄e ⁊ matre. Oīo.

DEus qui nos patrem ⁊ matrem honorare precepisti: miserere clemēter animabus patris ⁊ matris mee: eorūq; peccata dimitte: meq; eos ī eterne claritatis gaudio fac videre. Per.

Secreta.

SUscipe sacrificium domine: quod tibi pro animabus patris et matris mee offero: eisq; gaudium sempiternum in regione viuorum concede: meq; cuz illis felicitati sanctorū coniunge. Per.

Postcōio.

CElestis participatio domine sacramēti: animabus patris ⁊ matris mee requiem ⁊ lucez obtineat perpetuam: meq; cum illis gratia tua coronet eterna Per.

Missa ꝑ omnibus defunctis Oīo.

OMnipotēs sempiterne deus cui nunq̄ sine spe misericordie supplicat̄: propitiare animabus famulorum famula-

rumq; tuarum: vt qui de hac vita in tui nominis confessione decesserunt: scōr tuor numero facias agregari. Per.

Propitiare Secreta. quesumus domine animabus famulorum famularumq; tuarum: pro quibus tibi hostias placationis offerimus: et quia in hac luce in fide manserūt catholica: in futura vita eis retributio cōdonet eterna. Per d Postcōio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt animas famulorū famularūq; tuarū ab angelis lucis susceptas: in preparata habitacula deduci facias beatorum. Per dōm.

Missa generalis pro fidelibus defunctis. Oratio.

Fidelium deus omniū cōditor et redemptor animabus famulorum famularūq; tuarū remissionē cunctorum tribue peccatorū: vt indulgētiam quaz semper optauerūt pijs supplicationibus consequatur. Qui viuis. Secreta.

Hostias quesumus domine: quas tibi pro animabus famulorum famularumq; tuarū offerimus propitiatus intende: vt quib⁹ fidei christiane meritum cōtulisti: dones et premium. Per.

Animabus Postcōio. quesumus domine famulorū famularūq; tuarz oratio pficiat supplicantium: vt eas et a peccatis oibus exuas: et tue redemptiōis facias esse participes. Quiviuis. Missa plurales pro defunctis. Oratio.

Propitiare quesum⁹ domine animab⁹ famulorz famularūq; tuarū misericordia sempiterna: vt mortalitatis nexib⁹ expeditas: lux eas eterna possideat. P. Secre.

Hostias tibi domine humili deprecatione deferimus: vt anime famulorū famularūq; tuarū: per hec pie placationis officia: tuam misericordiā ꝓsequantur. Per.

Deus vita vivorum Postcō. uentiū: spes morientiuz salus omniū in te sperantiuz presta propitius: vt anime famulorū famularūq; tuarum: a nostre mortalitatis tenebris absolute beata maria semper vzgine intercedēte: in ppetua cū sanctis tuis luce letent. P.

Alia missa vt supra. Oratio.

Deus cui ppriū est misereri semp et parcere: ppitiare animabus famulorz famularūq; tuarum: et omnia eorz peccata dimitte: vt mortalitatis vinculis absolute: tu

sire mereantur ad vitã. Per.
Annue nobis Secreta
domine: vt animabus
famulorꝫ famularũqꝫ tuaruꝫ
hec prosit oblatio: quam imo
lando totiꝰ mũdi tribuisti re/
laxare delicta. Per. Postcõ.
Deus cui soli competit
medicinaꝫ p̃stare post
mortẽ: presta quesumꝰ: vt ani
me famulorꝫ famularũqꝫ tua
rum a terrenis exute ꝯtagijs:
in tue redemptionis partem
numerẽtur. Per. Alia missa
Animabꝰ vt̃s. Oratio.
quesumus domine fa/
mulorꝫ famularũqꝫ tuarꝫ mi
sericordiam cõcede perpetuã
vt eis proficiat in eternuꝫ qd̃
i te sperauerũt ⁊ crediderũt.
Per dñm no. Secreta
Is domine quesumus
placatus intẽde muneribus:
⁊ quod ad laudem tui nomi/
nis supplicãtes offerimꝰ: ad
indulgentiã proficiat defun/
ctorꝫ. Per d. Postcõio.
Supplices domine p ani
mabus famulorꝫ famularũqꝫ
tuarũ preces effundimus ob/
secrantes: vt quicquid cõuer
satõne contraxerũt humana:
⁊ clementer indulgeas: et in
tuorum sede letantiuꝫ consti/
tuas redemptorum. Per do.
Missa p defunctis. Oratio.

Deus q ad celeste regnũ
nõ nisi renatis p aquaꝫ
⁊ spiritũ sanctum pandis in/
troituꝫ: multiplica super ani/
maꝫ famuli tui. N. misericor
diam tuam: ⁊ cui donasti cele
stem ⁊ incontaminatum tran
situm post baptismi sacramẽ/
tũ: da ei eternorꝫ plenitudinẽ
gaudiorũ. Per. in vni. eius.
Propitiare do Secreta
mine anime famuli tui.
N. pro qua tibi offerimus sa/
crificiuꝫ laudis: vt eaꝫ sancto
rum tuoruꝫ consortio sociare
digneris. Per. Postcõmũio
Propitiare domine ani
me famli tui. N. vt queꝫ
in fine istius vite regeneratio
nis fonte mũdasti: ad celestis
regni beatitudinẽ facias per
uenire. Per. Missa p dende
rantibus penitentiã. Si quis
penitentiam petens dũ sacer
dos venerit officio lingue fu
erit priuatus: constitutum est
vt si idonea testimonia hoc di
xerint: ⁊ ipse p motꝰ aliquos
satisfaciat: sacerdos impleat
oĩa circa penitẽtẽ: vt mos est.
Omnipotẽs ⁊ mi/ Oĩo.
sericors deus: in cuiꝰ hu
mana cõditio ptãte consistit:
aĩaꝫ famuli tui. N. q̃s ab oĩ/
bus solue peccatis: vt penitẽ
tie fructũ: queꝫ volũtas eius

optauit: preuētus morte non perdat. per dominū Secreta

SAtisfaciat tibi domine q̄s ꝑ aia famuli tui. N. pñs oblatio: vt pariter veniā quā q̄siuit inueniat: ⁊ qd̄ officio ligue iplere nō potuit: desiderate penitētie cōpēsatiōe percipiat. per. Postcō.

DEus a quo inspirat̄ humano cordi oē qd̄ bonū ē: tribue ꝑ hec scā q̄ sūpsimus: vt sicut aie famuli tui. N. penitētiā velle donasti: sic indulgētiā tribuas miserat⁹ optata. ꝑ Missa ꝑ cui⁹ aia dubitat̄ oro.

OMp̄s ⁊ misericors de⁹: iclina q̄s venerabil's aures tuas ad exiguas p̄ces nr̄as q̄s āte ꝯspectū maiestatis tue ꝑ aia famuli tui. N. humil'r fundim⁹: vt qꝛ de q̄litate vite ei⁹ diffidim⁹: de abūdātia pietatis tue ꝯsolemur: ⁊ si plenā veniā aia ipsi⁹ obtinē nō pōt: saltē vel inter ipsa tormēta: q̄ forsitan patit̄: refrigeriū de abundantia miserationū tuarum sentiat. per. Secreta.

SUscipe clemētissime pater pro pia commemoratione famuli tui. N. hostiā placationis ⁊ laudis: vt sacrificij presentis oblatio: ad refrigeriū aie ei⁹ te miserāte ꝑueniat. Per do. no. Postcō.

SUmpsim⁹ dñe corpis ⁊ sāguinis tui deuota mysteria: obsecrātes maiestatis tue clemētiā: vt ⁊ viuētib⁹ sint tutela: ⁊ defuncto famulo tuo obtineāt veniā. ꝑ. In festo visitatiōis gloriose v̄gis marie ad missā. Introit⁹.

TRāsite ad me oēs q ꝯcupiscitis me. ⁊ a generatōibus meis implemini. ps. In me gr̄a oīs vite ⁊ veritatis: in me oīs spes vite ⁊ v̄tutꝫ. ℣. Glia pa. Glia i excel.

DEus cuius De dña oro vnigenit⁹ vtero adhuc v̄gis clausus ioānē baptistaꝫ maria salutāte spū scō pri⁹ q̄ꝫ nasceret̄ ipleuit: da eccl'ie tue vt quos spiritali regñatōe cōcepit purificatos tibi filios pariat adoptiōis. ꝑ eū. Leō libri sapie.

EGo q̄si therebin/ th⁹ extēdi ramos meos ⁊ rami mei honoris ⁊ gr̄e: ego q̄si vitis fructificaui suauitatē odoris: et flores mei fruct⁹ honoris ⁊ honestatꝫ. Ego mr̄ pulchre dilectōis: ⁊ timorꝫ: ⁊ magnitudis: ⁊ scē spei. In me gr̄a oīs vite ⁊ v̄itatis. In me oīs spes vite ⁊ v̄tutis. Trāsite ad me oēs q ꝯcupiscitis me: ⁊ a gñatiōib⁹ meis implemini. Spūs eniꝫ me⁹ sup mel dulcis: ⁊ hereditas mea sup mel

ꝛ fauū. Memoria mea in ge/
neratiōe sclōꝝ. Gra. Ego effu
di flumia: ego quasi trames aq̄
imēse: ego quasi fluuius dorix:
sicut aqueductus exiui de para/
diso. ℣ Rigabo hortū planta/
tionuꝫ: ꝛ inebriabo partus mei
fructꝰ. Alla. ℣ Ut facta est vox
salutatōis tue in auribꝰ meis ex
ultauit ifans in gaudio in vtero
meo. Lcō sci euāgelij ſꝫ luc.

In illo tempore: Exur/
gens maria: abijt in mō
tana cum festinatione in ciui
tatem iuda. et intranit in do.
folio. 4. Offer Unde hoc mi/
hi vt veniat mr̄ dñi mei ad me?
btā que credidisti: qm̄ pficient̄ i
te que dicta sunt tibi a dño: ꝛ ait
maria: magnificat anima mea
dñm: ꝛ exultauit spiritus meus
in deo salutari meo. Secreta.

Suscipe q̄s domine fide
lis ppl̄i vota: vt q te ab
vtero iuiolate v̄ginis p̄curso
rē i vtero sctificasse ꝯgaudet:
ipsi quoqꝫ a te in vtero mr̄is
eccl̄ie sanctificari mereatur.
Qui vi. ꝛ re. Cōio. Mās̄it aūt
maria cū illa quasi mēsibꝰ tribꝰ
ꝛ reuersa ē i domū suā Postcō.

Sacra libantes mysteria
te domie suppliciter de
precamur: vt ecclesia tua visi
tationis mysteria recolēs: vi/
sitantis ꝛ visitate meritis sub
leuata: ab instantibus malis
ꝛ periculis eleuatur. Per.
In sancti guilelmi cōfessoris
ordinis heremitarum sancti
augustini: q olim fuit dux aq.

Iustꝰ vt libāi. Iutro
palma florebit: sicut
cedrꝰ libani multipli
bit̄ plātatꝰ: in domo
dñi: i atrijs domꝰ dei nr̄i. ℣ Bo
nū ē cōfiteri dño ꝛ psallere no/
mi tuo altissime. ℣ Glia. Oro.

Deus qui beatum guil
elmū inter confessores
tuos connumerasti: ꝛ multis
miraculis decoratum virtute
constātie cōtra fluctus seculi
corroborasti: tribue q̄sumus
nobis famulis tuis: ꝛ eiꝰ apd̄
te intercessionibus gloriari:
ꝛ ab omni hostiū impugna/
tiōe defendi. Per. Epistola
pauli apostoli ad ephesios.
Fratres. Benedictꝰ deꝰ: ꝛ pr̄
domini nr̄i iesu xp̄i. fol. 198.
Grad. Dñe preuenisti eū. fol.
113. Alla. ℣ O christi miles
atqꝫ discipule beatissime guilel/
me: meritis venerāde: q scl̄i blā/
dimenta deuincendo: celeste re/
gnum meruisti: in quo nūc glo/
riose coronatꝰ exultas: nostros
reatus: pia prece relaxa: vt tuis
adiuti patrocinijs: ad gaudia e/
terne vite peruenire mereamur.
Et si venerit post septuagesi/

mam dr̄. Tractus. Beatus vir qui. fol. 163. Euāgeliū. Homo quidam nobilis. fol. 212. Offer. In virtute tua. fol. 212.

SAncti guilelmi Secre. cōfessoris tui quesumus domine annua solēnitas: pietati tue nos reddat acceptos vt per hec pie placationis officia. ⁊ illuz beata retributio comitetur: ⁊ nobis gratie tue dona conciliet. Per. Cōio. Amen dico vobis: qd̄ vos qui reliquistis. fol. 213. Postcom

AUxilientur nobis domine sumpta mysteria ⁊ intercedente beato guilelmo confessore tuo sempiterna protectiōe ꝯfirment. Per dominum nostrū iesuz xp̄m. In scd̄a translatione scti augustini oīa dicūt̄ sicut in festo eius p̄ncipali preter or̄ones.

DEus qui trāstuli Or̄o. sti patres nostros p mare rubruz: ⁊ sanctissimi tui doctoris augustini corpus supra marinos vertices transferri voluisti: ⁊ in loco tibi placito collocari: concede quesumus nos de morte ad vitam transire: cuius hodie translationem celebramus. Per do.

SAcrandum tibi Secre domine munus offerimus: quo beati doctoris augustini solennia recolentes: purificationez quoqz nostris mentibus imploramus. Per

BEati patris Postcom. nostri augustini confessoris tui atqz pōtificis dn̄e p̄cibus confidentes: qm̄s clemētiam tuā: vt per ea que sūpsimꝰ eterne vite remedia capiamus: cuius venerandā translationem celebramus. Per. In sancti ioseph confessoris p̄ris putatiui iesu xp̄i. Intro.



Gaudeamus omnes ī dn̄o diē festū celebrātes: sub honore bt̄i ioseph: de cuiꝰ solēnitate gaudēt āgeli: ⁊ collaudāt filiū dei. ℣ Exultate iusti in dn̄o: rectos decet collaudatio. ℣ Gl̄a

COncede q̄s op̄s Or̄o. deus: vt intercessiōe bt̄i ioseph confessoris tui: qui pater dn̄i nr̄i iesu christi ī terra vocari dignus inuentus ē: ⁊ vir gl̄iose semperqz virginis marie nō coīqnatione carnis sed tm̄ maritus noīe appellatus est: ab oībus aduersitatibus liberemur. Per. Epl̄a. Beatus hō qui iuenit sapientiā. folio. 201. Grad. Os iusti. fol. 213. Tractus. Beatus vir qui timet. fol. 163. Euangelium. Cuz esset desponsata mater iesu. fol. 7. Offe. Angel'

dñi apparuit in somnis ioseph dicés: surge & accipe puerū & matrē eius: & fuge in egyptū: & esto ibi vsq; dū dicam tibi. **Secreta** MUnera tibi dñe dicata sanctifica: & intercedē te beato ioseph cōfessore tuo: p̄ quē nos placatus intende Per. **Cōio.** Qui cōsurgēs accepit puerū & matrē eius nocte: & secessit in egyptū: & erat ibi vsq; ad obitū herodis: vt adimpleret qđ dictum est a dño: p̄ pphetam dicentem: Ex egypto vocaui filium meū. **Post cōmunio** PResta q̄s op̄s de⁹: vt id qđ de sc̄o altari tuo accepim⁹ p̄cibus beati ioseph cōfessoris tui sanctificet aias nostras: per qđ tuti esse possim⁹ Per dñm. **In translatione sancte Monice vidue matris sancti augustini. Introitus.** ME expectauerūt peccatores vt pderēt me testimonia tua dñe intellexi: omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuū nimis. ℣. Beati immaculati in via: qui ambulāt in lege domini. ℣. Gloria. **Oro.** OOmnipotens sempiterne deus: q̄ precibus famule tue monice exorat⁹: ei⁹ dilectissimū filium augustinū doctorē magnū sacro baptismatis fonte purificasti: da q̄s vt cuius trāslationē venerā/mur in terris: eius meritis & p̄cibus premiemur in celis. Per. **Lectio libri sapiētie.c.** AUdi fili mi disciplinā patris tui: & ne dimittas legem matris tue: vt addatur gratia capiti tuo: & torques collo tuo. Naz & ego filius fui patris mei tenellus & vnigenitus coram mē mea & docebat atq; dicebat: suscipiat vba mea cor tuū: custodi precepta mea: & viues. Posside sapientiā. Posside prudētiaz. Ne obliuiscaris neq; declines a verbis oris mei: ne dimittas eā: & custodiet te. Dilige eā: & p̄seruabit te. Principiū sapiētie possidē sapiētiā: & in oi possessione tua acgre prudentiā. Arripe illā: & exaltabit te: glorificaberis ab ea: cum eam fueris amplexatus Dabit capiti tuo augmenta gratiaruz: & corona inclyta p̄teget te. Audi fili mi: & suscipe verba mea: vt multiplicētur tibi anni vite. Viam sapiētie monstrabo tibi: & educam te per semitas eqtatis: quas cū ingressus fueris: non artabūtur gressus tui: & currens nō habebis offendiculuz. Tene disciplinaz: ne dimittas eam.

4.t.5.

Custodi illam: quia illa est vita tua. Cõserua fili mi pcepta patris tui: z ne dimittas legẽ matris tue: liga eas in corde tuo iugiter: z circũda gutturi tuo. Cum ambulaueris gradiantur tecum: cum dormieris custodiãt te: z euigilãs loquere cuz eis. Grad. Concupiuit rex. Folio. 215. Tractus Audi filia. Folio. 164. Si vo post pascha celebratur duo alia dicũtur de festo eius. Sequentia sancti euangelij ẽm

IN illo tempore. Iucam Ibat iesus in ciuitatem que vocat naim: z ibant cum illo discipuli eius: z turba copiosa. Cum aũt appropinquaret porte ciuitatis: ecce defunctus efferebat: filius vnicus matris sue. Et hec vidua erat z turba ciuitatis multa cũ illa. Quam cum vidisset iesus misericordia motus sup eam dixit illi: Noli flere. Et accessit: z tetigit loculũ. Hij autez qui portabant steterũt. Et ait Adolescens tibi dico: surge. Et resedit qui erat mortuus: z cepit loqui. Et dedit illum matri sue. Accepit autem omnes timor: z magnificabant deum dicentes. Quia pphe/ta magnus surrexit in nobis z quia deus visitauit plebem suaz. Offer. Diffusa est. Fo

BEnedictio lio 238. Sec. ne tua copiosa quesumꝰ dñe: hec munera sanctifica: q̃ in translatione beate monice tibi offerimus: vt per ea: vinculis peccatorum nostrorz absolutis: vita nostra inter aduersa z pspera: vbiqz dirigat Per. Cõio. Feci iudicium. Folio. 238. Postcommunio.

QUesumus omnipotens deus: vt qui nos salutaribus dignatꝰ es erudire mysterijs: beate monice cuius veneranda celebramus trãslationẽ: intercessio gloriosa reficiat celestibꝰ alimentis. Per. In sancte monice mis sancti augustini. Intro.

GAudeamus omnes in domino: diem festum celebrantes: sub hoc/nore beate monice: de cuius solẽnitate: gaudẽt angeli: z collaudant filium dei alleluya. ps. Eructauit cor meũ verbum bonũ dico ego opera mea regi. ℣ Gl'ia.

DEus merentium Oro. consolator: z in te spẽtium salus: qui beate monice lachrymas in cõuersione filij sui augustini misericorditer suscepisti: da nobis vtriusqz interuentu peccata nostra deplorare: z gratie tue indulgẽ

tiaz inuenire. Per dominuz nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecũ viuit ꝛc.

Lectio libri sapientie. ca. 26.

Mulieris bone: btũs vir Numerꝰ eñ annoꝝ illoꝝ duplex. Mulier fortis oblectat viꝝ suũ: ꝛ annos vite illius in pace implebit. Pars bona mulier bona: in pte bona timenti deum: dabitur viro pro factis bonis. Diuitis autẽ ꝛ pauperis cor bonum: in omni tẽpore vultus illorũ hylaris. Gratia mulieris sedule: delectabit virum suuz: ꝛ ossa illius ipinguabit. Disciplina illius: datum dei est. Mulier sensata ꝛ tacita: non est immutatio erudite anime Gratia super gratiaz: mulier sãcta ꝛ pudorata. Omnis autem ponderatio: nõ est digna continentis anime. Sicut sol oriens mundo in altissimis dei: sic mulieris bone species in ornamentuz domus eius. Lucerna splendens sup candelabrũ sãctũ: ꝛ species faciei sup etatem stabilem. Columne auree sup bases argẽteas: ꝛ pedes firmi super plantas stabilis mulieris. Fundamẽta eterna sup petram solidaz: ꝛ mãdata dei in corde mulieris sancte. Alla ℣ Cuz essent apud hostia tyberia: augustinus ꝛ monica mater eius deuotissima: colloquebantur soli valde dulciter de vita eterna sanctoruz erigentes ardẽtiore affectu ĩ idipsum. Alleluia. ℣ Plorans plorabat die ac nocte: ꝛ lachryme eius erant in maxillis eius: pro filio suo augustino all'. ℣ Uade secura mulier: impossibile est enim filios tantarum lachrymarum pereat.

Sequentia sancti euangelij ꝟm lucã.

In illo tempore. Ibat iesus in ciuitatem que vocatur naim: ꝛ ibant cum illo discipuli eius: ꝛ turba copiosa. Cum autez appropinquaret porte ciuitatis: ecce defunctus efferebatur: filius vnicus matris sue. Et hec vidua erat: ꝛ turba ciuitatis mlta cũ illa. Quam cum vidisset iesus: misericordia motus super eam: dixit illi. Noli flere. Et accessit ꝛ tetigit loculum. Hij autem qui portabant steterunt. Et ait: Adolescẽs tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus: ꝛ cepit loqui. Et dedit illum matri sue. Accepit autem omnes timor: ꝛ magnificabant deũ dicentes. Quia propheta magnus surrexit ĩ nobis: ꝛ quia deus visitauit plebem suam. Offerto. Vif

fusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum: ⁊ in seculū seculi: alleluia.

Benedictione Secreta. tua copiosa quesumus domine: hec munera sanctifica: que in solennitate btē monice tibi offerimus: vt per ea vinculis peccatorum nostrorum absolutis: vita nostra inter aduersa ⁊ prospera vbiq; dirigatur. Per. Cōio. Feci iudicium ⁊ iusticiam domine: non calumnietur mihi superbi: ad omnia mādata tua dirigebar omnem viam iniquitatis odio habui alleluia. Postcommu.

O Omnipotēs sem piterne deus: qui precib⁹ famule tue monice exoratus: eius dilectissimum filium augustinum doctorem magnum sacro baptismatis fonte purificasti: da quesumus vt cuius solēnia veneramur in terris: eius meritis ⁊ precibus premiemur in celis. Per do. In conuersione beati augustini omnia dicuntur sicut in festo eius: p̄ter or̄ones ⁊ duo. Alla.

Deus qui hodier Oro: nam diez beati augustini confessoris tui atq; pontificis mirabili conuersione decorasti: presta quesumus: vt sicut ecclesiam tuam propulsis erroribus suis: sacris eloquiis protegit ⁊ defendit. ita corda nr̄a precibus eius ab icursibus malignoꝝ spirituz: tua gratia irrigādo defendat. p. Epistolā require in festo ei⁹. Alleluia. ℣ Augustine flos p̄sulum: qui clausa reserasti: qui sacre nobis poculum doctrine propinasti: ⁊ hereses damnasti: nos visita: nos suscita: qui vitaz predicāsti. Alleluia. ℣ O sanctitatis speculum: diuine legis emulus augustine: per seculum hunc rege gregem christi: vt te sequatur sedulus ad gaudia p̄hēnia pater quo iā preisti. Euāgelium. Require in confessoribus. Secreta.

Sancti augustini cōfessoris tui atq; pontificis quesumus domine: annua conuersionis ei⁹ solēnitas: pietati tue nos reddat acceptos: vt per hec pie placationis officia: ⁊ illum beata retributio comitetur: ⁊ nobis gratie tue dona conciliet. Per dominum nostrum iusum christum filium tuum qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti deus. Prefatio. Require in loco profationum. Eterne deus: qr vas electionis tue. Postcō

Deus fidelium remunerator animaꝝ: p̄sta q̄s:

vt beati augustini confesso-
ris tui atq; pontificis: cuius
gloriosaꝫ conuersionem cele
bramus: precibꝰ eius indul-
gentiaꝫ consequamur. Per.
In sanctorũ martyrum sisinij
alexãdri atq; martyrij. Oro.
PResta quesumus omni
potẽs deus: vt qui glo-
riosos martyres tuos sisiniuꝫ
alexãdrum atq; martyrium
fortes in sua confessione co-
gnouimus: pios apud te in
nr̃a intercessione sentiamꝰ. p.
BEnedictio tua. Secre.
dñe larga descẽdat: que
⁊ munera nr̃a dep̃cantibus
scis tuis tibi reddat accepta ⁊
nobis sacramentũ redempti-
onis efficiat. Per. Postcõ.
CElestibus refecti sacra-
mẽtis ⁊ gaudijs: suppli-
ces te dñe dep̃camur: vt quo-
ruꝫ gloriamur triũphis: ꝓte
gamur auxilijs. p. In sancti
vbaldi ep̃i: ⁊ ꝯfessoris. Oro.
DEus qui lamẽtationes
pioꝝ in gaudiũ vertis:
quiq; fideli ⁊ prudenti seruo
multa polliceris: cõcede: vt
per itercessionẽ beati vbaldi
cõfessoris tui atq; pontificis:
summa celi habitacula pene
tremus: ⁊ cum sanctis ange-
lis tuis sine itermissione gau-
deamus Per. do. Secreta.

SAncti vbaldi cõfessoris
tui atq; põtificis q̃s do-
mine annua solẽnitas pietati
tue nos reddat acceptos: vt
per hec pie placationis offi-
cia: ⁊ illum beata retributio
comitet̃: ⁊ nobis gr̃e tue do-
na cõciliet. Per. Postcoio.
DEus fidelium remune-
rator animaruꝫ: presta:
vt beati vbaldi cõfessoris tui
atq; pontificis: cuius vene-
randam celebramus festiuita
tem: precibus eius indulgen-
tiam consequamur. Per do.
In sancte margarite virginis
⁊ martyris. Oratio.
DEus qui nos btẽ mar-
garite v̄ginis martyrisq; tue:
hodie ãnua solẽnitate letifi-
cas: ꝯcede ꝓpitius: vt eius ad
iuuemur meritis: cuiꝰ castita
tis irradiamur exẽplis. per.
HOdiernũ sacri Secre.
ficiũ dñe: letantes obseq
mur: quo beate margarite ce
lestem victoriam recensen-
tes: ⁊ tua magnalia predican
tes: ⁊ nos acquisisse gaudea-
mus suffragia gloriosa. Per.
ADiuuent nos Postcõ.
quesumꝰ dñe ⁊ hec my-
steria sancta que sumpsimus
⁊ beate margarite intercessio
veneranda. Per dominum.
In sancte anne matris glorio

se virginis marie. Introitus.

Gaudeam⁹ oēs i dño diez festū celebrātes: sub honore btē āne: de cui⁹ solēnitate gaudēt angeli: ⁊ collaudāt filiū dei. ℣. Eructauit cor meū verbū bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri ⁊ filio. Oratio.

Deus qui beate anne tā tam gratiam donare dignatus es: q̄ mariam matrē vnigeniti filij tui: in suo vtero meruit portare: da nobis per intercessionem matris ⁊ filie tue propitiationis abundantiam: vt quā memoriaz pio amore amplectimur: earum precibus ad celestez hierusalez: puenire mereamur. Per eū. Epla. Mulierem fortem qs. Follio. 176. Gra. Propter veritatē: ⁊ mansuetudinem: ⁊ iustitiam: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia: ⁊ vide ⁊ inclina aurez tuam: quia cupiuit rex speciē tuā Alia. ℣. Dilexit dñs sanctam annam: ⁊ quesiuit eam sponsam assumere: ⁊ rex celoz amator sanct⁹ est forme illi⁹. Euangeliū. Simile est regnum celorum thesauro. Follio. 215. Offer. Filie regum in honore tuo: astitit regina a dextris tuis: in vestitu deaurato circūdata varietate. Credo dicitur. Secreta.

Presentibus sacrificijs: quesumus dñe intende propitius: vt per intercessionem beate anne: que mater est matris filij tui dñi nostri iesu christi: deuotioni nostre pficiāt ⁊ saluti. Per eū. Cō. Diffusa ē gratia i labijs tuis: p̄ pterea bñdixit te de⁹ i eternum. Postcō. Celestibus sacramentis vegetati: qsdñe deus nr̄ vt intercessione btē āne: quam matrē eē mr̄is filij tui cōfitemur: ad eternā salutē puenire mereamur. p eum. In festo sancte marie ō niue: Introit⁹. Salue sancta parēs. Follio. 220. In pfatione dicetur. Eterne deus: ⁊ te in solēnitate btē marie semp v̄ginis ⁊ dicit. Credo. In sancti leonardi confessoris. Oratio.

Mestati tue quesum⁹ domine sanctissimi cōfessoris tui leonardi: nos pia iugiter commendet oratio: vt quē quotidiano veneramur officio: ipsius suffragio subleuemur optatu. Per dominū.

Muneribus Secreta. sacris precibusq̄ beati leonardi: nobis domine succurre placatus: ⁊ presta: vt quod fideliter petimus: efficaciter cōsequamur. Per.

Purificet semp Postcō.
ꝛ muniat tui nos dñe sa
cramenti susceptio: ꝛ interces
sione sanctissimi confessoris
tui leonardi: perpetuis per
eum mereamur gaudijs ad/
misceri. Per. In scti prosdo
cimi epi: ꝛ ꝯfessoris ciuitatis
Deus qui padue Oro.
nos deuota beati ꝓsdo
cimi confessoris tui atq; pon
tificis instantia ad agnitionē
tui sancti nominis vocare di
gnatus es: cōcede propitius:
vt cuius solēnia colimus etiā
patrocinia sentiamus. Per.
Sancti confes/ Secreta.
soris tui prosdocimi no/
bis domine non desit oratio:
ꝛ que munera nostra conci/
liet: ꝛ tuam nobis indulgen/
tiam semper obtineat. Per.
Beati prosdo/ Postcom
cimi confessoris tui atq;
pontificis domine precibus
confidentes: quesumus cle/
mentiam tuam: vt per ea que
sumpsimus: eterna remedia
capiamus. Per dominum.
In scti simpliciani epi ꝛ ꝯfes
soris qui instruxit sctm̄ augu
stinū in fide: Introi. Statuit
ei dñs testamentum pacis. folio
Deus qui ho Oro. 209
diernam diem honora
bilem nobis in beati simpli/
ciani confessoris tui atq; pō/
tificis solennitate tribuisti: p̄/
sta q̄s: vt cuius annua celebri
tate exultamus obsequijs: ei⁹
suffragijs: tue pietatis gratia
consequamur auxilia: ꝛ ad e/
ternam vitam feliciter per/
uenire cōcedas. Per. Epla.
Plures facti sūt sacerdotes.
folio. 210 Grad. Ecce sacerdos
magn⁹. fol. 211. Alla. ℣ Mi/
sit ergo dominus: in mentē eius
visumq; est bonum in cōspectu
eius pergere ad simplicianum:
qui ei bonus apparebat seruus
dei: ꝛ lucebat in eo gratia diui/
na. Alla. ℣ Rosa vernans cha
ritatis: liliuz castitatis: stella sim
plicianus: vas syncere puritatis
riuos dulcis pietatis pater: ꝛ a/
micus. Euangelium. Homo
quidam peregre proficiscēs
vocauit seruos. folio. 211. Of
ferto. Inue ni dauid. fol. 212.
Sacrificia do/ Secreta.
mine que in honore sā/
cti simpliciani confessoris tui
atq; pontificis: tue offerimus
maiestati: nobis sint ad salu/
tez efficacia: ꝛ tue placita pie
tati. Per. Cōio Fidelis ser/
uus ꝛ prudens. fol. 213. P⁹cō
Familiam tuaz de⁹ sua/
uitas eterna contingat:
ꝛ vegetet: que in ꝯfessore tuo
atq; pōtifice simpliciano xp̄i

tui bono iugiter odore pasca
tur. Per eundem dominum
nostrum. In sācti nicolai de
tollētino ꝯfessoris ordis here
mitaꝝ scti augustini Introi.

Dedit dñs cōfessionez
sctō suo: ⁊ excelso in
verbo glie: de omni
corde suo laudauit
dñm: ⁊ dilexit eū: qui fecit illuz.
ps Bonū ē cōfiteri dño: ⁊ psal/
lere noī tuo altissime. ℣ Glia.

Concede quesu Oratio.
mus omnipotens deus:
vt ecclesia tua que in fine se/
culorum ineffabili prouiden
tia: beati nicolai confessoris
tui: virtutum ⁊ miraculoruz
magnitudine corruscat: ipsi⁹
meritis ⁊ itercessiōe elimina
tis erroribus: perpetua pace
ac vnitate letetur. Per. Lcō

Dilectus libri sapientie
deo ⁊ hominibus: cui⁹
memoria in benedictione ē.
Similē illū fecit in glia scōꝝ
⁊ magnificauit euz in timore
inimicoꝝ ⁊ in v̄bis suis mon
stra placauit. Glificauit euz
in ꝯspectu regū: ⁊ vnxit illuz
coraz ppl'o suo: ⁊ ostendit illi
gliam suā. In fide ⁊ lenitate
ipsius sanctum fecit illū: ⁊ ele
git eum ex omni carne. Audi
uit enim vocē ipsius: ⁊ indu/
xit illum in nube. Et dedit il
li cor ad precepta: ⁊ legem vi
te ⁊ discipline. Grad. In le/
ge dñi fuit voluntas eius: die ac
nocte. ℣ Predicans preceptum
dñi: cōstitutus est in mōte sācto
ei⁹. Alla ℣ Hic nicolaus augu
stini patris vestigia seruās: mi/
raculis clarus possidet celestia
regna. Sequentia diui nico/
lai tollentinati.

Tibi xp̄e
redēptori: nostro vero sal/
uatori: sit laus ⁊ gloria. Tibi no
stro pio duci: ⁊ totius mūdi lu/
ci: plaudat omnis spiritus. Te
christe celum p̄dicet: terraqz lau
des replicet: in nicolai canticis.
Laz a fine seculorū: vite ducē:
⁊ lumen morū: nicolaū ꝓuidisti
Nicolaus verus frater: vere nr̄
bonus pater: hodie resplēduit.
Pauper vere pauper christi: ve
rus seruus iesu christi: ⁊ confes/
sor optimus. Castus florens tā
q̄z lilium: lux ⁊ specimen fideli/
uz: cunctārū lumē mentiū. Sa
lus: lux ⁊ refugiū: ⁊ morborū si/
mul oīum: curator eximi⁹ Ce/
ci vident: claudi pergunt: in ꝓfū
duz mala mergunt: pij per hunc
celibem. Audiunt surdi: muti
fantur: mortui surgunt ⁊ letant̄:
hoc diuino munere. Oēs gen/
tes accurrite: ⁊ deuota mente
querite: ex hoc fonte remediuz.
Ite pij sim ul querite: ⁊ querē/
do iardescite: nicolai laudibus.

Ille noster est patronus: pius pater pastor bonus ⁊ pietatis: formula. Ille nr̄ est protector: gl̄iosus: ⁊ effertor: per cuncta pericula. Nicolae pastor bone: dulcis pater ⁊ patrone: in christo viuentiuz. Tu nos rege: nos guberna: ducens tecum ad eterna: paradisi gaudia: amē. Sequētia scti euangelij ꝟm mat.

In illo tpe: Dixit simon petrus ad iesum: Ecce nos reliquimus oia: ⁊ secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis: Amen dico vobis: ꝙ vos: qui secuti estis me: in regeneratione cū sederit filius hoīs in sede maiestatis sue: sedebitꝫ ⁊ vos sup sedes duodeciz: iudicantes duodeciz tribus israel Et oīs qui reliquerit domuz: vel fratres: aut sorores: aut patrē: aut matrem: aut vxorē aut filios: aut agros: propter nomen meuz: cētupluz accipiet: ⁊ vitaz eternaz possidebit. Offer. Letent̄ oēs qui sperāt. in te dn̄e: quoniam tu benedixisti iusto: scuto bone voluntatis tue coronasti eū. Secre.

Vt grata tibi sint: que ꝓ scti nicolai veneratiōe offerimus munera op̄s deus: q̄s: vt pietatis: ⁊ religionis sue: nos facias amatores. Per.

Cō. In fide: ⁊ lenitate ipsius magnificauit dn̄s sanctū suum: ⁊ nomen eius reqrit̄ a generatione in generationez. Postcō.

Populum tuuz dn̄e que sumpsimus sacramenta custodiant: ⁊ qui scti nicolai cōfessoris tui iugit̄ implorāt auxiliuz: petitionū suaꝝ salutarē ꝯsequant̄ effectuz. Per.

¶ Bn̄dictio pāis scti nicolai de tollētino ordinis heremitarū sācti augustini. Cōpleta missa maiori fit. ⁊ in aliqbus vero locis post vespas prout supioribꝰ monasterij: vel prelatꝫ illiꝰ ecclie videbit̄ expedire: pulsata cāpanella ter: congregatꝫ fr̄ibus: sic icedāt processionalr̄ ad panē bn̄dicenduz. Qn̄ ꝓcedit̄ ad panez bn̄dicendū: in primis cerofora rij: deinde subdiaconus cum cruce: ⁊ sacerdos cū pluuiali ⁊ diaconus idutꝰ: sacerdotes v̄o cū coctis: seu suppellitijs eoꝝ: seu fr̄es cū cappis nigrꝫ bini: ⁊ bini incedant ꝓcessionaliter: ⁊ cantent hunc hymnum sequentem in tono Ut queāt laxis.

Te canunt oēs nicolae gentes: te pij patres simulatqꝫ matres: voce te colunt pueri canora: votaqꝫ soluūt. Efferūt ceci: resonātqꝫ muti: quos tua cūctos: ope libe-

rasti: mira decātāt tua facta clau
di: laude penni. Eruti p te ma
ris ⁊ periculis: quosq; tu mor-
bis varijs grauatos: mille sana-
sti tua magna cūcti dona fatent.
Quosq; vexatos bonus expia
sti: demonū dira feritate: quosq;
cōsequi rursum: veteris dedisti:
lumīa vite. Magne celestis ha
bitator aule: magne cui tantū tri
buit supn⁹: posse quē tātū domi
nator alti: auxit olympi. Laus
patri sūmo genitoq; semp: qq;
procedit deus: ex vtroq; spirit⁹
sanctus deus vnus idem: laus si
bi semper. Amen. Cum autez
peruenerint ad locū: tunc sub
diaconus incipiet cātare epi
stolam. Lectio libri regum.

In diebus illis. Factus
est sermo dñi ad heliam
tesbitē dicēs. Folio. 32. Dicta
epistola cātores vero icipiāt.
℟. Comedetis carnes: ⁊ satura
bimini panibus. Iste est panis
quē dedit vobis dominus ad ve
scendū. ℣. Nō moyses dedit vo-
bis panem de celo: sed pr̄ meus
dat vobis panem de celo veruz.
Iste. Interim diaconus accu
pit benedictionē: ⁊ ꝯpleto ℟
cantat euangelium ſm ioānē
Abijt iesus trās mare galilee
Folio. 45. Completo vero cā
tores cantant. ℟. Respexit he
lias ad caput suū subcinericium
panē: qui surgens comedit: ⁊ bi
bit. Et ambulauit in fortitudine
cibi illius: vsq; ad montem dei.
℣. Siquis māducauerit ex hoc
pane: viuet ineternum. Et. ⁊ dr̄
Dñs vobiscum. Oremus

Domine iesu christe: q
benedixisti quinq; pa-
nes in deserto: multiplica sup
fideles tuos misericordiā tue
pietatis: quēadmoduz fecisti
cum patribus nostris: in tua
misericordia sperantibus: ⁊
bene ✠ dicere ⁊ sancti ✠ fica
re digneris hanc creaturam
panis: quam ad subditorū fi-
delium tribuisti: quatenus a
quocunq; sumptus fuerit be-
ne ✠ dictionis tue opulentia
repleatur: ⁊ gratiarū actione
pte in visceribus ipsoꝝ sancti
ficet. Per christū. Oremus

Domine sancte pr̄ om-
nipotens sempiterne d̄
us qui per potentiā tuam pa
nem istū: in forma visibili tri
buisti: ⁊ magnitudinis largi-
tatis tue humanis vsib⁹ ema
nare de segete iussisti: te sup-
pliciter exoramus: vt hūc pa
nem: quem negligētia nostra
polluit: sancti spiritus gr̄a ad
mundiciam reuocet: ⁊ sancti
✠ ficet: mundet: ac purificet
vt turpitudo callidi hostꝫ ab
scedat: ac familie tue deiceps

cum benedictione comestibi
lis tribuatur: ⁊ comedentiuz
mundentur corda: ⁊ corpora
ipsorum: per tuam gratiam
sanctificentur. Per christuz.

PRecamur do Oremꝰ.
mine deus tue pietatis
clementiam: vt panem istuz
celesti bñ ✠ dictiõe ✠ sancti
fices: ⁊ ita ex hoc fugare di/
gneris omnem diabolice tẽ/
ptationis incursuz: vt quicũ/
qꝫ ex hoc comederit: totiꝰ vir
tutis: ⁊ sanitatis dulcedine ꝑ
fruatur: ⁊ tibi sanctificatori:
ac saluatori omniuz: gratias
cum gaudio ⁊ letitia agere
mereamur. Per. xp̃m dñm.

TEigitur do/ Oremus.
mine suppliciter depre/
camur: vt bene ✠ dicere ⁊ sã
cti ✠ ficare dignerꝫ hãc crea
turam panis: ⁊ quicunqꝫ ex
eo gustauerit: per dilectionẽ
beati nicolai consequatur vi/
tam eternam: ⁊ extingue ab
omnibus digne sumentibus:
si quid veneni: siqd mortifere
operationis fuerit: clemẽter
eos defende. Per christum.

DEus ⁊ pater Oremus
domini nostri iesu chri
sti cuiꝰ verbo celi firmati sũt:
cui omnia subdita sunt: cui
omnis creatura ꝺseruit: ⁊ po
testas subiecta est: ⁊ metuit: ⁊
expauescit: nos te ad auxiliũ
prouocamus: cuius audito
nomine serpens conquiescit:
draco fugit: silet vipera: ⁊ oia
venenata: ⁊ adhuc fortia ani
malia reptantia noxia terrẽ/
tur: ⁊ omnes aduerse salutis
humane radices arescunt: te
ergo domine supplicicer depꝛ
camur: vt bene ✠ dicere: ⁊ sã
cti ✠ ficare dignerꝫ hãc crea
turam panis: vt quisquis ex
hoc comederit: per interces/
sionez beati nicolai vitã eter
nam consequatur. Per xp̃m

POpulũ tuũ dñe Orẽꝰ
q̃ sumpsimꝰ sacramẽta
custodiant: vt qui sanctinico
lai confessoris tui iugiter im/
plorant auxilium: salutarem
petitionum suaꝝ consequan
tur effectum. Per christum.

Completis omnibus asper/
guntur: ⁊ incensantur. Po/
stea fit distributio: Fratres v̊o
bini ⁊ bini humiliter acce/
dant ad sacerdotem ⁊ cũ de/
uotiõe suscipiant panem. Lai
ci v̊o postea: ⁊ illum ponant
in aliquo pãno lineo mũdo:
⁊ cum reuerentia ⁊ deuotiõe
teneant: ⁊ quando quis infir/
matur: ponant parum in ali/
quo vase cum paruz de aqua
⁊ dicant quinqꝫ pater noster:
⁊ aue maria ⁊ faciãt aliquod

votum prout videbitur eis: ⁊ de illo per totum annū ministrē omnibus infirmis cuiuscunq; infirmitatis nō tm̄ semel sed pluries: vsq; duz liberantur. Interiz q̄ fit distributio in populo: presbri seu fratres cantant hymnum sācti nicolai. Laudibus sūmis celebrem⁹ omnes in tono vt queant laxis. prout habes in breuiario. postea antiphonaz eius. Nicolaus ver⁹ christi pauper: virgo a deo electus: obediētiam iugiter seruans: heremitarū ordinem: signis ⁊ virtutibus ō coruscat. Completa distributione sacerdos cantat alta voce. ℟ Panez celi dedit eis alla alla. ℣ Panē angelorum manducauit homo all. Glia. ℣ Educas panem de celo alla. ℟ Et vinum letificet cor hominis. Dominus vobiscuz. Oro. Oncede q̄s ops de⁹: vt ecclesia tua que in fine seculorū ineffabili prouidentia: bti nicolai confessoris tui virtutum ⁊ miraculorum magnitudine coruscat: ipsius meritis: ⁊ intercessione eliminatis erroribus ppetua pace ac vnitate letetur. Per. Cū maxia reuerentia tenebis hunc panem in domo: pro occurrentibus necessitatibus: tam ab oibus infirmitatibus q̄z etiam ab incendio ignis: ⁊ a fluctibus maris: appropriatuz est ⁊ indies infinita miracula coruscat. Et ab eugenio papa quarto laudata fuit huiusmodi benedictio: propter miraculū virginis marie: que apparuit ei in infirmitate sua: p ut habes in legēda. ⁊ sic multi infirmi a diuersis languoribus per totum mundum liberantur. In prima translatione diui augustini doctor⁊ eximij: ab ypona ad sardiniam quedie vndecima mensis octobris occurrit dicitur. In

VI. oct.

medio ecclesie aperuit os ei⁹ ⁊ impleuit eum dominus spiritu sapiētie ⁊ intellectus: stolam glorie iduit eum. p̄ Bonum est confiteri domino: ⁊ psallere nomini tuo altissime. ℣ Gloria. Oro. Deus omnium imparti cor bonorum: qui hunc diem beati augustini confessoris tui atq; pontificis venerāda translatione iocūdas: quesumus: eius precib⁹ gloriosis: nos de terrenis trāsferri ad consortia beatorz. Per. Epla. Ecō libri sapiētie. c. 50. Ece sacerdos magn⁹ q̄ i vita sua suffulsit domū

ꝛ in diebus suis corroborauit templum. Templi etiam altitudo ab ipso fundata est: duplex edificatio: ꝛ excelsi parietes templi. In diebus ipsius emanauerunt putei aquarum: ꝛ quasi mare adimpleti sunt supra modum. Qui curauit gentem suam: ꝛ liberauit illam a perditione. Qui preualuit amplificare ciuitatem: qui adeptus est gloriā in conuersatione gentis: ꝛ ingressum domus: ꝛ atrij amplificauit. Quasi stella matutina in medio nebule: ꝛ quasi luna plena: in diebus suis lucet. Quasi sol refulgēs: sic iste refulsit in templo dei. Quasi arcus refulgens inter nebulas glorie: ꝛ quasi flos rosarū in diebus vernis. Quasi lilia que sunt in transitu aque: ꝛ quasi thus redolens: in diebus estatis. Quasi ignis effulgens: ꝛ thus ardens in igne. Quasi vas auri solidū: ornatum omni lapide precioso. Quasi oliua putulans: ꝛ q̄si cypressus in altitudine se extollens. In accipiendo ipsuz stolam glorie: ꝛ vestiri euz in consumatiōe v̄tutis. In ascēsu altaris sancti: gloriā dedit sanctitatis amictū. In accipiendo autem partes de manu sacerdotuz: ꝛ ipse stans iuxta aram: circa illum corona fratruz. Quasi plātatio cedri in mōte libano: sic circa illū steterunt quasi rami palme. Et oēs filij aaron in gloria sua.

Grad. Os iusti meditabitur sapientiam: ꝛ lingua eius loquet iudiciū. ℣ Lex dei eius in corde ipsius: ꝛ non supplantabunt gressus eius. Alla ℣ Augustine lux doctorum: firmamentuz ecclesie: malleus hereticoꝝ: sūmum vas scientie: pro tuis fidelibus: roga deum q̄s. Euangeliū. Vos estꝫ sal terre. fol. 211 ꝛ dr̄ Credo. Offer. Iustus vt palma. folio. 212. Prefatio. Eterne deus: Quia vas electiōis tue ꝛ lux doctoꝝ. Require in loco p̄fationū. Sec.

Sancti augustini solennia nos dn̄e q̄s vbiq; letificent: vt dū eius translationem ꝛ merita recolimus: patrocinia sentiamus. Per dn̄z Cōio. Fidelis seruus. fol. 213.

Quesumus Postcom. op̄s deꝰ: vt q celestia alimēta pcepimus: intercedente btō augustino ꝯfessore tuo atq; pōtifice: cuiꝰ trāslationē colimus: per hec contra oia aduersa muniamur. Per dn̄m. In sanctarum vndecim milium virginum: fit offm̄ earū

de vgibus in matutis: vespe/ris z nō de marty. Introitus.

GAudeamus omnes in dño: venerantes i cordis iubilo: virginum magnalia. ps. Eructauit cor meum verbū bonū: dico ego opera mea regi. ℣. DEus glo/ria virginuz: z amator earuz: qui beate vrsule in palma martyrij contulisti vndecim milium virginū comitatum: cōcede nobis: earū multiplici interuentu petitionuz efficaciam: fidei cōstantiaz: z operis puritatē. Per. Epistola. De virginibus preceptuz dñi nō habeo. fol. 214. Bra. Post conuersas ad celi solium: vndenarum cateruas milium: turba deuota plebs fidelium: se pulture prestet obsequium. ℣. Christe mirabilis omnipotētia: qua sexus fragilis viget constantia: deuote laudet ecclesia: p sanctarum vndecim miliū mira victoria. Alla. ℣. Gaudeamus z letemur de celebri memoria: virginum vndecim milium: quas habet regis curia. Euangeliū. Simile est regnum celorum decem virginibus. folio. 216. Credo. non dicitur nisi in ecclesia ppria vel in altari ppo Offert. Virgines egregie: virgines: prudentes: summi regis gloria: in dextera consistentes: in valle miserie: nos audite flētes ad vestre thronos glorie: precces offerentes. Secreta. MUnera nostra quesumus dñe placatus intende: q pro sanctarum virginum vndecim milium tuarum: tibi cōmemoratione deferimus: vt sicut illis gloriam contulisti: ita per hec sācta mysteria nobis indulgentiam largiaris. Per. Cōio. Splendor lucis eternalis: ihesu dator glorie: prece chori virginalis: congaudetis hodie: nos defendat infernalis: a fletu mestitie. Postcō. PResta quesumus omnipotens deus: vt intercedentibus sanctis vndeci milibus virginibus tui: que ore contingimus: pura mente capiamus. Per. In festo presētationis virginis marie quod festū institutū est a sixto papa quarto. Introitue. GAudeamus omnes i domino diem festuz celebrantes: sub honore marie virginis: de cuius p/sentatione gaudēt angeli: z collaudant filiuz dei. ps Eructauit cor meum verbum bonum dico ego opa mea regi. ℣ DEus qui bea/ Oratio.

tam virginem mariaꝫ tibi in
templo presentari: ⁊ spū sctō
erudiri sanxisti: da q̄s nobis:
sic sancti spūs instrui discipli
nis: vt dignū tibi munus de/
uoti pectoris offeram⁹. per.
Epl̄a. In omnibus requieꝫ.
fol. 183. Grad. Benedicta ⁊ ve
nerabilis es virgo maria: que si
ne tactu pudoris inuenta es ma/
ter saluatoris. ℣ Virgo dei ge/
nitrix quē totus nō capit orbis:
in tua se clausit viscera factus ho
mo. Alla. ℣ Felix virgo quasi
dum edita matris aluo repletur
gratia: ⁊ in templo dei reposita
illustratur summa peritia. Euā
gelium. Liber gn̄ationis ie/
su xp̄i. fol. 187. Credo dicit.
Offer. Felix nāq̄ es sacra vir/
go maria: ⁊ omni laude dignissi
ma: q: ex te ortus est sol iustitie
xp̄s deus noster alla. Secreta.
HEc munera q̄s dn̄e btē
marie semper virginis
intercessione sanctifica: quā i
templo tuo munus tibi gra/
tissimum offerri parentū ma
nibus voluisti. Per. Prefa/
tio dr̄ de virgine maria. Cōio
Beata viscera marie v̄ginis que
portauerunt eterni patris filium
SAcramen Postcō. alla.
Sta que sumpsimus dn̄e
beate marie semp virginis i/
tercessione nos saluent: que
deuotione sui cordis pijssimi
acceptabile tibi sacrificiū iu/
giter imolauit. Per. In festo
pn̄tationis beate marie pote/
rit ēt dici missa natiuitatis eius
dē mutando nomen natiuita
tis in nomen presentationis.
In sancte barbare virginis:
⁊ martyris. Introitus. omnia
dicuntur de virginibus p̄ter
DEus q̄ orationes. Oro
beate barbare virginis
martyrij palmā pie recolenti
bus peccatoꝝ veniā promisi/
sti: ꝯcede nobis famulis tuis
pie petitionis effectū: vt q̄ eaꝫ
hodie venerando colimus: a
cūctis reatibus absoluti: me/
ritis eius ⁊ precibus: a gehē/
ne incēdijs: fulgure: ⁊ tēpe/
state liberemur. Per dn̄m.
HOstias tibi dn̄e Secre.
btē barbare v̄gis ⁊ mar
tyris tue dicatas meritis be/
nignus assume: ⁊ ad ꝑpetuū
nobis tribue ꝓuenire subsidi
um. Per dominū. Postcom
DIuini muneris largita
te saciati: q̄s dn̄e de⁹ nr̄:
vt intercedente btā barbara
martyre tua: in ei⁹ semp ꝑtici
patiōe viuamus. Per dn̄m:
Ad postulādū gr̄am spūs sā
cti. Oratio.
DEus cui
omne cor patet: ⁊ om/
nis voluntas loquit̄: ⁊ quem

nulluz latet secretũ: purifica per infusionem sancti spirit⁹ cogitationes cozdis nostri: vt te pfecte diligere: z digne laudare mereamur. Per. in vnitate eiusdem. **Secreta.**

Hec oblatio dñe: qs cozdis nostri maculas emundet vt sancti spũs digna efficiat habitatio. Per. i vnita. eius.

Postcom.

Aoncede qs ops deus: sanctum nos spũm votis pmereri sedulis: quatenus eius gratia: z ab oibus liberemur temptationibus: z peccatozum nostrozuz indulgentiam mereamur accipere. Per. in vnitate eiusdẽ.

Missa ad tempestates repel.

Adomo tua lẽdas. **Oio.**

qs dñe spũales nequitie repellantur: z aerearũ discedat malignitas tẽpestatuz. p.

Secreta

Offerimus tibi dñe laudes z munera: p cõcessis bñficijs gratias referẽtes: z pozcedẽdis semp suppliciter deprecãtes. Per.

Postcom

Omnipotens sempiterne deus: q nos z castigando sanas: z ignoscendo conseruas: presta supplicibus tuis: vt z tranquillitatibus huius optate consolationis letemur: z dono tue pietatis semper vtamur. per.

Missa pro pluribus defũctis

Omnipotens sem **Oio.**

piterne deus: cui nũqz fine spe misericozdie suppliccatur: propitiare animab⁹ famulozum famularũqz tuarũ: vt qui de hac vita in tui nominis confessione deceserunt: sanctozum tuozuz numero facias aggregari. Per. **Secre.**

Propitiare quesum⁹ domine animabus famulozum famularumqz tuaruz: pro quibus tibi hostias placationis offerimus: z qz in hac luce in fide permanserunt catholica: in futura vita eis retributio condonetur eterna.

Per dñm. **Postcõmu.**

Resta qs ops deus: vt animas famulozum famularũqz tuarum: ab angelis lucẽ susceptas: in preparata habitacula deduci facias beatozũ. Per dominuz nostruz iesuz.

Missa pro defuncto nup ba.

Deus qui **ptizato. Oio.**

ad celestẽ regnum: nonnisi renatis per aquam z spm̃ sanctũ pãdis introitũ: multiplica sup alaz famuli tui. M. misericozdiã tuã: z cui donasti celestẽ: z incõtamiatũ trãsitũ post baptismi sacr̃m: da ei eternoz plenitudinẽ gaudiorũ. Per. in vnita. eiusdẽ. **Sec.**

PRopitiare domine ani
me famuli tui. N. pro q̃
tibi offerimus sacrificiuz lau
dis: vt eam sanctorum tuorũ
consortio sociare digneris. p.
PRopitiare Postcõmu.
domie anime famli tui
N. vt quem in finem istius vi
te regenerationis fonte mun
dasti: ad celestis regni beati
tudinem facias peruenire. p.
In solẽnitate iconie domini
saluatoris. Introi.
SAnctus deus: sãctus
fortis: sanctus ⁊ im
mortalis: qui tollis
peccata mundi miſere nobis ps
Nos autem gloriari oportet in
cruce domini nostri iesu christi.
MAie ✠ Gloria. Oratio
statem tuam clemens
⁊ omnipotens deus: fusis pre
cibus exoramus: vt sicut pas
sionem imaginis domini sal
uatoris cuncta deuotione ho
dierna die fideliter recolim⁹
ita a cunctis erepti demonuz
aduersitatibus: semp tibi pla
cere valeamus. Per eũ. Lcõ
epistole beati pauli apostoli
FRatres. O ad roma. xj
altitudo diuitiarum sa
pientie ⁊ scientie dei q̃z incõ
prehensibilia sunt iudicia ei⁹
⁊ inuestigabiles vie ei⁹. Quis
enim cognouit sensum domi
ni: aut quis consiliarius eius
fuit: aut prior dedit illi: ⁊ re
tribuetur ei? Quoniaz ex ip̃o
⁊ per ipsum: ⁊ in ipso sũt om
nia. Ip̃i gloria in secula secu
lorum. Amen. Grad. Salua
tor mundi salua nos omnes: p
virtutem sancte crucis miserere
nobis. ✠ Qui saluasti petrum i
mari miserere nobis. Alla. ✠
Dicite in gentibus: q̃ domin⁹
regnauit a ligno. Alla. ✠ Dul
ce lignum: dulces clauos: dulcia
ferens pondera: que sola fuisti
digna: sustinere regem celorum
⁊ dñm. Euangeliũ ſm ioãnẽ.
IN illo tempore: Dixit ie
sus turbis iudeorũ. Nũc
iudicium est mundi: nunc p̃n
ceps mundi huius eycietur
foras. Et ego si exaltatus fue
ro a terra: omnia traham ad
meipsum. Hoc autez dicebat
significans qua morte eẽt mo
riturus. Respondit ei turba.
Nos audiuimus ex lege: q̃
christus manet in eternum.
Et quomodo tu dicis: opor
tet exaltari filiuz hois? Quis
est iste filius hominis? Dixit
ergo eis iesus. Adhuc modi
cum lumen in vobis est. Am
bulate dum lucem habetis:
vt non tenebre vos compre
hendant: dum lucem habetis:
credite in lucem: vt filij lucis

sitis. Et dicitur. Credo. Offerto. Protege domine plebem tuam per signum sancte crucis ab omnibus insidijs inimicoruz omnium: vt tibi grataz exhibeamus seruitutem: ⁊ acceptabile tibi fiat sacrificium nostruz. alla.

TE domine supplicitet deprecamur: vt plebs tua christiane dedita fidei celebrando: gloriose imaginis filij tui passionem eterne vite consequi premia mereatur. Per eũ. Secre. Prefatio de cruce. Eterne deus. Qui salutem humani generis. Cõ. Redemptor mundi signo crucis ab omni nos aduersitate custodi: qui saluasti petrum in mari miserere nobis alla. Postcom

TUa nobis pijssime deus adsit clementia deprecãtibus: vt sicut venerãde imaginis filij tui saluatoris mundi venerabile hodierna die celebram⁹ triumphuz: ita q̃z ab oĩ infestatione iniquorum spũum erepti: icessanter adhereamus laudib⁹ tuis. ꝑ eũ.

Missa quinq; plagaꝝ fãctissimi corpis iesu xp̃i. Introit⁹

HUmiliauit semetip̃m dñs iesus xp̃s vsq; ad mortẽ: mortẽ ãt crucis propter quod ⁊ de⁹ exaltauit illum: ⁊ donauit illi nomen quod est super omne nomẽ ps̃ Misericordias domini ieternum cantabo: in generatione ⁊ progenie. ℣ Gloria. Oratio.

DOmine iesu xp̃e qui de celis ad terram de sinu patris descendisti: ⁊ in ligno crucis quinq; plagas sustinuisti: ⁊ sanguinem tuũ in remissionem peccatorum nostrorũ fudisti: te humiliter deprecamur: vt in die iudicij ad dexteram tuã audire mereamur venite benedicti. Qui viuis ⁊ regnas in vnitate eiusdem spũs sancti deus. per omnia.

Lectio zacharie ꝓphete. ca. 12. ⁊. 13.

HEc dicit dominus de⁹: effundam sup domũ dauid: ⁊ super omnes habitantes hierusalem: spm̃ gratie ⁊ miserationis: ⁊ aspicient in eum quẽ confixerũt: ⁊ plangent euz planctu: quasi super vnigenitum: ⁊ dolebunt super eum: vt doleri solet in morte primogeniti. In illa die erit planctus magn⁹ in hierusalem ⁊ dicet: Que sunt plage iste: in medio manuum tuaruz? Et dicet hijs. Plagatus sum in domo eorum qui diligebant me. Framea suscitare super pastorem meum: ⁊ super virum coherentem mihi: dicit dominus

exercituum: Percutiā pasto
rez: ⁊ dispergentur oues. Ait
dominus ops. Grad. Impro/
perui expectauit cor meum ⁊ mi
seriam: ⁊ sustinui qui simul me/
cū contristaretur: ⁊ non fuit con
solantem me: quesiui ⁊ non inue
ni. ℣ Et dederūt in escam meam
fel: ⁊ in siti mea potauerunt me
aceto. Alla. ℣ Aue rex noster
tu solus nostros miseratus erro
res: patri obediens ductus es ad
crucem: mansuetus vt ouis occi
sus es: tibi glia osāna: tibi trium
phus ⁊ victoria: tibi summe lau/
dis: honoris corona: alla. Se/
quentia.

Cenam cum di/
scipulis xpe celebrasti. Et
mortem aplis palam nūciasti. Et
auctorem sceleris iudam demō/
strasti. Et egressus ꝓtinus hortu
lum intrasti. Tunc ꝓcidens do
minus se humiliter prostrauit.
Et transferri calicem a se postu/
lauit. Sed pris arbitrio illud re
laxauit. Et ecce mox sāguinis su/
dor emanauit. Iudas post hos
osculū ori dedit xpi. Inquit dns
amice ad quid venisti. Nunquid
tradis osculo quez iam vendidi/
sti? Assistētes ꝓtinus irruerūt mi
nistri. Nox in somnis itaqz tota
ducebat. Nulla prorsus requies
iesu parabatur. Magistrorū im/
pia plebs iniuriat. Alapis ⁊ co/
laphis innocens mactatur. Dū
iesum eripere pilatus conat. Iu
deorum furia magis inflāmatur.
Et tumultꝰ populi ingens exci/
tat. Et plebis vox intonat vt cru
cifigatur. Traditur militibus:
⁊ vinculis alligatur. Undiqz ver
beribus corpus cruentatur. Ca/
put regis glorie spinis coronat.
Postquā flexis genibus quisqz
irritatur. Ecce caro tenera pij
saluatoris: Ad columnam neq/
ter coartat loris. Sic flagellis
ceditur impij tortoris. Qz ema/
nāt riuuli vndiqz cruoris. Post
per vrbis medium iesus proce/
debat. Et crucis patibulum hu/
meris ferebat: Ad fores ⁊ ad ho
stia populus fluebat: Eiusqz cō/
fusio omnibus patebat. Ad pu
doris tumulum iesu denudaris.
Et vētis ac frigori nudus spolia
ris. Innocēs cū impijs in cruce
dānaris. Et q̄si dux sceleris me/
dio locar. Tēsis ligno brachijs
manus cōclauantur. Christi ca/
ro trucibus clauis perforantur.
Nerui vene simili modo dilaniā
tur. Pedū plāte ēt ferro concla/
uant. Rundūt riuos sanguinis
fontes saluatoris. Propans huc
aīa currat peccatoris. Ut hauri/
at qppiam sacrati liquoris. Qui
frequētius liniat vulnera dolo/
ris. Loquēs iesus postea sitio
dicebat: Fel acetum protinus iu
deus miscebat: Ac infusam spon

giam ori porrigebat: Quod degustans paululum sumere nolebat. O iesu mirifice qd ē quod agebas. Tu de sitī conquerens de cruce silebas. Nunquid hunc dolorem magis sentiebas. Credo quod hoīs salutem exprimebas. Q vocem promens vltimaz patrē inuocasti. Spiritūqz manibus eius cōmendasti. Cum clamore valido tandem expirasti. Sic salutē hominū omnipotēs opus consūmasti. Quo ego superbio tu humiliaris. Ego cīpas perpetro tu pena grauaris. Ego pomū mordeo tu felle potaris. Mollia desidero tu dire tractaris. O emum nulla valet mens vel lingua fari: Quantuz virgo creditur intus cruciari. Duz cernit iam mortuū latus vulnerari. Atqz nati viscera lancea rimari. Q corpus quod est mortuum iā nil sentiebat. Sed militis lancea matrem cruciabat. Quam fixam in filij latere videbat, Unde aqua sanguine mixta affluebat. Ad hunc ergo propera fontem salvatoris. Ut fluētis quippiā haurias dulcoris. Atqz vite lauacrū ⁊ precium cruoris. Hinc tua curatio proflua languoris. Amen.

Lcō euāgelij fm ioannē. c. 19

In illo tempore. Sciens iesus qō iaz omnia consumata sunt: vt psumaret scriptura dixit: Sitio. Uas ergo positū erat aceto plenū. Illi aūt spongiam aceto plenam ysopo circūponentes: obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset iesus acetum: dixit. Cō sūmatū ē: ⁊ inclinato capite. emisit spiritum. Judei ergo quoniam parasceue erat: vt nō remanerēt in cruce corpora sabbato: erat eniz magnus dies ille sabbati: rogauerunt pilatū vt frangerentur eoruz crura ⁊ tollerentur. Uenerūt ergo milites: ⁊ primi quidez fregerunt crura: ⁊ alterius q crucifixus est cum eo. Ad iesum autem cum venissēt ⁊ vidissent eum iam mortuuz nō fregerunt eius crura: sed vn⁹ militum lancea latus eius aperuit: ⁊ continuo exiuit sanguis ⁊ aqua. Et qui vidit testimonium perhibuit. Et scimus quia verum est testimoniū eius. Oēcto. Insurrexerūt i me viri absq; misericordia quesierunt me interficere: ⁊ non pepercerunt in faciē meam spuere: ⁊ lanceis suis vulnerauerunt me: ⁊ concussa sūt oia ossa mea.

Oblatum tibi Secreta.

Domine sacrificiū intercedente vnigeniti filij tui passione: viuificet nos semper ⁊ muniat. Qui tecum. Dicitur

prefatio de cruce. Qui salutē humani generis. Cōio. Fo-derūt manus meas ⁊ pedes meos: ⁊ dinumerauerūt omnia os-

DOmine Postcō. sa mea. Iesu christe fili dei viui: qui hora sexta pro redemptione mundi crucis patibulum ascendisti: ⁊ sanguinem tuum pretiosum in remissionē peccatorū nostrorum fudisti: te humiliter depcamur vt post obitum nostrum: paradisi ianuas nos gaudenter introire cōcedas. Qui viuis. Missa archangeli raphaelis. Introi.

EGo sum azarias ananie magni filius: ego sum raphael archangelus: vnus ex septē qui astamus ante conspectum domini: pax vobis: nolite timere: dominus exaudiuit preces vestras: ⁊ misit me ad vos: vt curē vos alla. ℣ Benedicite domini omnes electi ei⁹: agite diē letitie. ⁊ confitemini illi. ℟ Bus

DEus qui beatum Ora. raphaelem archangelum: thobie famulo tuo properante previum direxisti: ⁊ inter huius vite ac vie varietates atq; discrimina donasti custodē: da quesumus: vt eiusdem protegamur auxilio: q̄tenus ⁊ vite presentis vitem⁹ pericula: ⁊ ad gaudia valeamus peruenire celestia. Per.

Lectio libri thobie. xii.

EXit angelus raphael ad thobiam. Eteniz sacramē tum regis abscondere bonū est. Opera autem dei revelare: ⁊ confiteri honorificum ē. Bona est oratio cum ieiunio ⁊ elemosyna: magz q̄z thesauros auri recondere. Quonīa elemosyna a morte liberat: ⁊ ipsa est que purgat peccata: ⁊ facit inuenire vitaz eternā. Qui autem faciunt peccatuz ⁊ iniquitates: hostes sunt anime sue. Manifesto ergo vobis veritatem: ⁊ non abscondam a vobis sermonem occultum. Quando orabas cuz lachrymis: ⁊ sepeliebas mortuos: ⁊ derelinquebas prandium: ⁊ abscondebas mortuos per diez in domo tua: ⁊ nocte sepeliebas eos: ego obtuli orationem tuam domio. Et quia acceptus eras deo: necesse fuit vt temptatio probaret te. Et nunc misit me dominus vt curem te: ⁊ saram vxorem filij tui a demonio liberem. Ego sum raphael angelus: vnus ex septem qui astamus ante dominum. Cuz hec audissent turbati sunt: ⁊ trementes ceciderunt super

terram in faciez suaz. Dixit/
qz eis angelus: pax vobis no
lite timere. Etenim cum essez
vobiscum: per voluntatē dei
eram. Ipsum benedicite ⁊ cā
tate illi. Uidebar quidem vo
biscum manducare: ⁊ bibere
Sed ego cibo ⁊ potu inuisibi
li: qui ab hominibus videri
non potest vtor: Tempus er/
go est: vt reuertar ad euz qui
me misit. Uos autem benedi/
cite dominum: ⁊ narrate om/
nia mirabilia eius. Gra. An/
gelus raphael apprehendit ⁊ li/
gauit demonem. ℣ Magnꝰ do
minus noster: ⁊ magna virtus
eius. Alla. ℣ Missus est ange
lus a deo ad thobiam: ⁊ saluta/
uit eum: ⁊ dixit ei: gaudium: sit
tibi semper. Alla. ℣ Angele
medicinalis: mecum sis perpe/
tualis: ⁊ sicut fuisti cum thobia:
ita sis mecū semp in via. Alla.
℣ Angelum nobis: medicuz sa/
lutis: mitte de celis: raphael vt
omnes sanet egrotos: pariterqz
nostros dirigat actus. Alla. ℣
Angelus domini descendit d̄ ce
lo: ⁊ accedens reuoluit lapidez:
⁊ sedebat sup eū. Euāgeliū ſz
ioānē.

In illo tpe: Erat
dies festus iudeorū ⁊ a/
scēdit iesus hierosolymā. Est
aūt hierosolymis ꝓbatica pi
scina q̄ cognomiat hebraice
bethsaida: qnqz porticꝰ hñs.
In his iacebat mltitudo ma
gna lāguētiū: cecoꝝ: claudo
rū: aridoꝝ: expectantiuz aq̄
motū. Angelus āt dñi ſm tp̄s
descēdebat i piscinā: ⁊ moue
bat aq̄. Et q ꝑor descēdisset i
piscinā post motionē aque sa
nus fiebat: a quacunqz detine
batur infirmitate. Offer. In
honore sancti raphaelis psallat
militans ecclesia: qui virtute dei
patris: ligauit demonem: ⁊ tho
bie visum reddidit: quo priua/
tus fuerat alleluia. Secreta.

Mitte deus archangelū
tuum raphaelem cum
medicamine opificem: qui sa
nitatez mentis reportet ⁊ cor
poris: misericordieqz celestis
donum infundat: ⁊ que in no
bis sunt aduersa deponat: vt
qui nostra iniqtate tabescimꝰ
de tua quaz nō meremur pie
tate letari ꝯcedas. Per. Cō.
Iubilus sum ne laudis resonet
in ore omnium: ad laudem bea/
ti raphaelis archangeli: vt ipse
cuius memoria agitur in terris:
ad deum pro nobis intercedat in
celis: alla. Post cōmu.

Dirigere dignare domi/
ne deus in adiutorium nostrū
raphaelem archangelum: ⁊
quem tue maiestati semper as
sistere credimus: tibi nostras

exiguas preces benedicēdas assignet. Per dñm. In sancti rochi confessoris Introitus.

Congratulamī oēs i dño diem bti rochi cōmemoratēs: in cuius cōmemoratiōe letat ecclesia plebs exultat: et ange/li dulces dant melodias dicētes glia tibi dñe qui talē virum cōfessorē elegisti. ℣ Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. ℣ Gloria. Oratio.

Deus qui es gloriosus i gloria sanctorum: qui cunctis ad eorum patrocinia confluentibus: sue petitionis salutarem prestas effectum: concede plebi tue: vt intercedente beato rocho confessore tuo: que in eius celebritate se deuota exhibet: a languore et epidimie peste quā in suo corpore pro tui nominis gloria passus ē. sit liberata: et tuo nomini semper sit deuota. Per dominum nostrum. Lcō epistole beati pauli apostoli ad timotheū secunde. cap. 2. 2. 3.

Carissime. memor esto dominum nostrum ieſū christum resurrexisse a mortuis ex semine dauid: sm euāgelium meum in quo laboro vsq; ad vincula: quasi male operans: sed verbū dei nō est alligatum. Ideo omnia sustineo ppter electos: vt et ipsi salutē consequant: que est i xpo iesu in gloria celesti. Tu autē assecutus es meā doctrinam: institutionē: propositū: fidem longanimitatē: dilectionem: patientiā: persecutiones: passiones: qualia mihi facta sunt antiochie: iconio: listris: quales persecutiones sustinui: et ex omnibus eripuit me dñs. Et omnes qui volunt pie viuere in christo iesu persecutiones patiuntur. Graduale.

Tibi sancto rocho honor sit et gloria: et deprecantes apud celeste numen: tuis precib⁹ a morbo epidimie saluos redde. ℣ Hec q̄sumus beate confessor christi: vt apud deum preces nostre non sint vane: et nobis aeris temperiem concede: vt in fine tecum in celis congratulemur. Alia. ℣. O beate confessor roche: o quā magna apud deum sunt merita tua: quib⁹ credimus nos a morbo epidimie posse liberari: et aeris temperiem concedi. Scōm

In illo tpe matheū. c. 24

Dixit iesus discipulis suis: Vigilate: qr nescitis q̄ hora dñs vr venturus sit. Illud aūt scitote: qm̄ si sciret pfamilias qua hora fur veniret: vigilaret vtiq; et non sineret p/

fodi domum suam. Ideoq; & vos estote parati: quia nescitis qua hora filius hominis venturus sit. Quis putas est fidelis seruus & prudens: quē constituit dominus super familiam suam: vt det illis cibū in tempore. Beatus ille seruus quem cum venerit dominus eius: inuenerit sic facientem. Amen dico vobis: quoniam super omnia bona sua constituet eum. **Offerto.** Rochum christi confessorem exoratum facimus: & preces ad patrē nostrum dirigimus: vt sua intercessione a languoribus: & epidimie peste saluemur: & aeris temperie potiamur. **Secre.** Arce nobis domine: & flagella ire tue q̄ peccata nostra merentur: precibus & meritis beatissimi confessoris tui rochi a nobis misericorditer auerte. Per dominum nr̄m. **Prefatio.** Qui imminentem nīnuitis interitum: sola misericordia reuocasti: quibus propitiator cuz existeres: orationis penitentiam prestitisti: etiam huic populo tuo: ante conspectum glorie tue prostrato: & oranti tribne sanitatem: & quem desiderat presta liberationis effectuz: vt quos vnigeniti tui precioso sanguine redemisti: non patiaris mina mortalitatis interire. **Cō.** O quam magnificum est nomē tuum beate roche: qui tuis intercessionibus multitudinez laguentium nosti sanare: & nomē tuum glorioſum cōmemorantibus: omnibus te propitium exhibere: veni & salua nos a morbo ac epidimie peste: & aeris temperiem concede. **Postcōmu.** Presta quesumus omnipotens deus: vt qui celestia alimenta percepimus: intercedente beato rocho confessore tuo: per hec contra omnia aduersa mundi muniamur: ac ab omni morbo & peste: ac subitanea morte liberemur. Per dñm. **Cōmemoratio que fit post in principio.** Quiescatura tua domine & esto placabilis super nequitiaz populi tui: sicut iurasti per temetipsum. Sanctus deus. Sanctus fortis. Sanctus & immortalis miserere nobis. Per dominū. **Oratio** Omnipotēs & misericors deus: respice propitius super populum maiestati tue subiectum: & ne nos furor seuiens inueniet: dextera tue ppitiationis custodiat. Per christum dominuz nostrum. **Benedictio peregrinorum.** Et primo benedictio pere.

IN nomine domini nostri iesu xpi accipe hanc sportam ⁊ habitum peregrinationis tue: vt bene castigatus ⁊ sanatus: atq; emundatus: peruenire merearis ad sanctorum limina quo pergere cupis vt pacto itinere ad nos incolumis: ⁊ alacriter reuerti merearis. Per. Benedictio baculi

ACcipe hūc baculū ad sustentationem itineris vie peregrinationis tue: vt vincere valeas omnes inimicos: ⁊ securus puenire possis ad limina tua sanctorum: vt peracto obedientie cursu: ad nos reuertaris cum gaudio. Per. Benedictio vestium.

OMnipotens deus bonarum virtutum dator: ⁊ omnium benedictionum largus infusor tibi subnixius ꝯprecamur vt hāc vestem bene ✠ dicere ⁊ sanc✠tificare digneris: ⁊ hac indutus famulus tuus. N. salutem anime: ⁊ corporis regrem acquirere possit. In nomine pa✠tris ⁊ filij. Missa pro sponso ⁊ sponsa. Introi.

DEus israel coniūgat vos ⁊ ipse sit vobiscum qui misertus est duob⁹ vnicis: ⁊ nūc domine fac eos plenius benedicere te. ℣ Beati omnes qui timent dominum: qui ambulant in vijs eius. ℣ Gloria. Oratio.

DEus qui tam excellenti mysterio coniugalez copulam consecrasti: vt christi ⁊ ecclesie sacramentum ꝑsignares in federe nuptiarū: presta quesumus: vt quod nostro ministrat officio: tua benedictione potius impleatur Per. Epistola ad corinthios

FRatres: Nescitis. j. ca. vj.

tis quoniaz corpora vestra membra sunt xpi: tollens ergo membra christi faciam mēbra meretricis? Absit. An nescitis quoniā qui adheret meretrici vnum corpus efficitur. Erunt inquit duo i carne vna. Qui autem adheret domino: vnus spūs est cū eo. Fugite fornicationem. Omne peccatum quodcūq; fecerit homo extra corp⁹ ē. Qui autem fornicatur: in corp⁹ suum peccat. An nescitis quoniam membra vestra templum sunt spūs sancti: qui in vobis est quem habetis a deo: ⁊ nō estis vestri. Empti enim estis precio magno: glorificate ⁊ portate deum in corpore vestro. Grad. Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tue. ℣ Filij tui sicut nouelle oli

uarū in circuitu mēse tue. Alla
℣ Mittat vobis dominus auxi
lium de sancto: ⁊ de syō tueatur
vos. Scdm matheum.xix.c.
In illo tempore: Acces-
serunt ad iesuz pharisei
tentantes eum: ⁊ dicentes. Si
licet homini dimittere vxorē
suam quacūqz ex causa? Qui
respondens ait eis. Non legi
stis: qr qui fecit hominem ab
initio: masculum ⁊ feminam
fecit eos. Et dixit: Propter
hoc relinquet homo patrem
⁊ matrem ⁊ adherebit vxori
sue: ⁊ erunt duo in carne vna
Itaqz iam non sunt duo: sed
vna caro. Quos ergo deꝰ con
iunxit: homo nō separet. Of
ferto. In te speraui domine di-
xi tu es deus meus in manibus
Stuis tempora mea. Secr.
Suscipe quesumꝰ domi-
ne pro sacra cōnubij lege mu
nus oblatum: ⁊ cuius largi-
tor es munerꝫ esto dispositor.
Per. Anteqz dicatur Pax
domini. dicitur hec benedi-
Propi- ctio super eos.
tiare domine supplica-
tionibꝰ nostris: ⁊ iustificatio-
nibus tuis: quibus propaga-
tionem humani generis ordi
nasti benignus assiste: vt qd
te auctore iungitur: te auxili-
ante seruetur. Per. Oratio.

Deus qui potestate vir-
tutis tue de nihilo cun-
cta fecisti: qui dispositis vni-
uersitatꝫ exordijs: homini ad
imaginem dei facto: ideo inse
parabile mulieris adiutoriū
condidisti: vt femineo corpo
ri de vixili dares carne princi
pium: docēs quod denuo pla
cuisset institui: nunqz liceret
disiungi. Per. Oratio
Deus per quem mulier
iungitur viro ⁊ societas prin
cipaliter ordinata ea bene ✠
dictione dotatur: que nec so-
la per originalis peccati pe-
nam: nec per diluuij est abla-
ta sententiaz. Sup spōsā oro.
Respice propitiꝰ super
hanc famulam tuam: q̄
maritali iungenda consortio
tua se expetit protectione mu
niri: sit in ea iuguz dilectiōis
⁊ pacis: fidelis ⁊ casta nubat
in christo imitatrixqz sancta-
rum permaneat feminarum:
sit amabil' vt rachel viro suo:
sapiens vt rebecca: longeua ⁊
fidelis vt sara: nihil in ea ex
actibus suis ille auctor pre-
uaricationis vsurpet nexa fi-
dei: mandatisqz permaneat
vni thoro iuncta: ⁊ tactus il-
licitos fugiat: muniat infirmi
tatem suam robore discipline
sit verecūdia grauis: pudore

venerabilis: doctrinis celesti
bus erudita: sit fecunda in so
bole: sit probata ⁊ innocens ⁊
ad beatoꝝ requiez atq; ad ce
lestia regna perueniat. Sup
ET videant vtrosq; Oro
ambo filios filioruz suo
rum: vsq; ad tertiã ⁊ quartaz
generationem: ⁊ ad optatam
perueniant senectutez. Per.
Hic dr̃ Pax dñi sit semp vo
biscum. Cõio. Ecce sic bñdice
tur omnis homo qui timet dñz
⁊ videas filios filiorum tuorum
pacem super israel Postcõmu
QUesumus op̃s deus: in
stituta prouidentie tue
pio fauore comitare: ⁊ q hos
legitima societate connectis:
lõgeua pietate custodi. Per.
Bñdictio sup vtrosq;.
DEus abraã: ⁊ de⁹ ysaac
⁊ deus iacob: sit vobiscum: ⁊
ipse impleat benedictionem
suã in vobis: ⁊ videatis filios
filioꝝ vestroꝝ vsq; in tertiã ⁊
quartam generationem: ⁊ po
stea vitam eternam habebit
sine fine: adiuuante dño no
stro iesu xp̃o: qui cum patre ⁊
spũ sancto viuit ⁊ regnat de⁹:
per omnia secla seculoꝝ. ℟
Amen. Ad induendum pue
rum siue puellã habituz pro
voto seu pro deuotiõe. ℣ Ad
iutorium nostruz in nomine dñi
℟ Qui fecit celũ ⁊ terrã. ℣ Do
mine exaudi or̃onem meaz. ℟
Et clamor meus ad te ve niat. ℣
Dñs vobiscũ. ℟ Et cũ spũ tuo.
DOmine iesu xp̃e Oro.
qui ꝓ nostra salute susci
piens humanã naturã: de ve
stimento carnis induere di
gnatus es: bñdictione sancta
tua bñ ✠ dic ista paruula ve
stimẽta: que ꝓ gratijs tibi ex
soluẽdis oi cum deuotiõe san
ctoq; voto: ac veneratiõe bea
tissime marie: infans iste siue
puella ista super se susceptu
rus est infunde in eum q̃s tuã
sanctam bñ ✠ dictionem: vt
cũ primum induerit hoc reli
gioni simile vestimentum in
tercedente sctõ. N. descendat
super eum gr̃a tua: que prote
gat illũ vel illã ab omni ma
lo mẽtis ⁊ corporis. Qui vi.
⁊c̃. Deinde asp̃gat vestimẽta
⁊ illũ siue illã: ⁊ adoleat incẽ
so. Cum v̄o exuit eũ vel eam
dicat. Eripiat dñs de corde tuo
seculi pompas quibus abrenun
ciasti: dũ baptismũ suscipes. ℣.
Eripe me dñe ab hoie malo a vi
ro iniquo eripe me. Eripe me d̃
inimicis meis de⁹ me⁹. ⁊ ab isur
gentibus in me libera me. Eripe
me de operãtib⁹ iniq̃tatẽ: ⁊ de vi
ris sanguinum salua me. Gloria
Sicut. Postea iduat eũ capa

ꝛ scapulari añq̃ cingat ꝛ dicat añ. Immittat in te domin⁹ sanctum religionis amorem: sãctoq; feruore succẽdaris ꝛ ardeas celestium bonoruz desiderio. ps̃ Laudate pue. ꝛc̃. Gloria. Postmodũ cingat eũ vel eaz dicẽdo añ. Precingat domin⁹ te zona iusticie ꝛ imaculata conserues omnia mandata sua. ps̃. Laudate dñz in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius. ꝛc̃. Deinde det ei cãdelã accẽsam ꝛ dicat. ℣. Domine exaudi orationez meã. ℟ Et clamor meus ad te veniat ℣ Dñs vobiscum. ℟ Et cum.

Domine iesu xp̃e Oro. lux vera de vero lumie q̃s clementiam tuam: vt per intercessionem beatissimi. N mentem paruuli huius illumines: vt cũ ad annos discretionis aduenerit: sancto tibi animo corporeq; deseruiat. Qui viuit. Postea benedicat puerum vel puellaz: offerendo eum vel eam super altari: ac dicendo. Cõfirma deus in puero: siue in puella q̃d in eo operare cepisti: a tẽplo sancto tuo deducat eum spiritus tuus bonus in terram rectam: ꝛ bene ✠ dictio tua sit super eũ semper. Deide reddat illum vel illaz parentib⁹ ꝛ conuersus ad omnes circũstantes dicat. Bene ✠ dicat vos diuina maiestas pater ꝛ fili⁹ ꝛ spiritus scũs. ℟ Amẽ. Ad exuendum puerum siue puellam post annum: cũ portauerit habituz pro voto: seu pro deuotione. ℣ Adiutorium nr̃m. ℟ Qui fecit. ℣ Dñe exaudi. ℟ Et clamor. ℣ Dñs vobiscũ. ℟ Et cum. Oratio.

Domine sancte pater oĩ potens eterne deus: a quo descendit omne bonum: ꝛ omne donum tibi gratias referimus: ꝛ expleta vota reddim⁹ suscipe vota nostra cum actionibus gratiarum: ꝛ intercedente beatissima virgine maria: sanctoq;. N. huic infanti siue puelle de cetero presta salutez mentis ꝛ corporis: vt te creatorem recta fide colat: in te redemptore spem suam cõfirmet: teq; summũ bonuz super omnia diligat: atq; sanctis mandatis tuis semper obediat. Per. Deinde illum habituz exuendo dicat añ. Reddite vota vestra deo cum actionibus gratiaruz. ps̃ Laudate dominum omnes gentes. totuz Gloria. Deinde ponat habitũ sup altari ꝛ dicat. ℣ Dñe exaudi. ℟ Et clamor. ℣ Dñs vobiscum. ℟ Et cum spũ. Oratio.

SUſcipe ſancte pater oi/ potens eterne deus: vo/ ta preceſq; ſupplicum: ⁊ per interceſſionez beatiſſime vir ginis marie ſanctiq;. N. pre/ ſta nobis ita beneficia cogno ſcere: vt in gratiarum actiõe ſemp maneamus. ℣er. Po/ ſtea ſe vertat ad circunſtantes eoſq; benedicendo dicat ℣. Benedicat vos diuina maie ſtas pa✠ter ⁊ fi✠lius ⁊ ſpi ritus✠ ſanctus. ℟ Amen. ¶Benedictio agni i paſcha ℣ Adiutoꝛium noſtrũ. ℟ Qui fecit celum ⁊ terram. ℣ Domiꝰ vobiſcum. ℟ Et cum. Et dica tur añ omnes benedictiones

Oratio

DEus qui per famulum tuum moyſen in liberationem populi tui ỏ egypto agnum occidi iuſſiſti in ſimilitudinem domini no/ ſtri ieſu chriſti: ⁊ vtroſq; po/ ſtes domoꝛum de ſanguie hu ius agni peruugi precepiſti ita bene✠dicere ⁊ ſancti✠ ficare digneris hanc creatu/ ram carnis: quaz nos famuli tui ad laudem tuam ſumere deſideramus per reſurrectio nem domini noſtri ieſu chri/ ſti. Qui tecũ vi. Benedictio ¶ carniũ ouiũ vel auium

AGnare domine deus omnipotens: bene✠dicere: ⁊ ſancti✠ ficare has ouium: ſiue auium carnes: vt quicũ/ q; ex populis tuis fideliter de eis comederint: omni benedi ctione cum gratia ſaturati re pleantur bonis. Qui tecum vi. Benedictio caſei ⁊ ouoꝝ ℣ Adiutoꝛium noſtrum in no/ mine domini. vtš. ¶Oꝛatio.

DEus creatoꝛ ⁊ cõſeruatoꝛ generis humani datoꝛ gra tie ſpũalis: largitoꝛ eterne ſa/ lutis domine eifunde bñ✠/ dictionem tuam ſuper hanc creaturam caſei: ⁊ ouoꝝ: vt armata celeſti defenſione qui cũq; ex eis guſtauerit: ſibi p/ ficiat ad eternam ſalutẽ. ℣er do. Benedictio panis. ℣ Adiuſoꝛiũ uoſtruz in nomine domi ni. ℟ Qui fecit celũ. vtš.

¶Oratio

DOmine ſancte pater oi potens eterne deꝰ: bene✠ di cere digneris hunc panem: tua ſancta ſpirituali benedi/ ctione: vt ſit omnibus ſumen tibus ſalus mentiz ⁊ coꝝporiz atq; contra omnes moꝝbos: ⁊ vniuerſas inimicoꝝum inſidi as tutamen. ℣er dominũ no ſtrum ieſum chriſtum filium tuum: panẽm qui de celo de/ ſcendit: ⁊ dat vitam ⁊ ſalutez mundo: ⁊ tecum viuit ⁊ re/ gnat deus: per omnia ſecula ſeculoꝝum. ℟ Amẽ. Bene/

dictio loci vel domus oratio.

BEne ✠ dic domine deus omnipotens locum istũ vel domum istam: vt sit in eo vel in ea sanitas: castitas: victoria: virtus: humilitas: bonitas: ⁊ mansuetudo: plenitudo legis ⁊ gratiarũ actio do patri: ⁊ filio: ⁊ spiritui sancto: ⁊ benedictio maneat sup hũc locum vel super hanc domũ: ⁊ super habitantes in eo vel in ea. Per christum dominũ nostrũ. Benedictio ad quecunq; volueris. oratio.

BEne ✠ dic domie creaturam istam. N. vel N. vt sit remediũ salutare generi humano: ⁊ presta per inuocationem tui sancti nominis: vt quicũq; ex ea sumpserint: vl' gustauerint: corporis sanitatem: ⁊ anime tutelam accipiant. Per. Benedictio nouorum fructuum. oratio.

BEne ✠ dic domine hũc fructum nouum arborum vt hi qui vtuntur eo: sint mente ⁊ corpore sanitati restituti. per. Benedictio vue vel ficuum oro.

BEne ✠ dic domie hos fructus nouos vue siue ficuũ: que tu domine per rorem celi ⁊ inundantiam pluuiarum: ⁊ tempora serena atq; tranquilla ad maturitatẽ producere dignatus es: ad percipiendum nobiscum gratiarum actionem. Benedictio ouorũ. Oratio.

SUbue niat quesumus domine tue benedictionis gratia huic ouorum creature: de q̃ pullos gallinarum procreare dignatus es: vt cibus salubris fiat fidelibus tuis in tuarũ gratiarum actione sumentibus. Per christum. De modo recipiendi pizocheras seu clamidatas cuiuscunq; ordinis. Benedictio corrigie pellicee vl' chorde. Prior vl' guardianus dicat.

IN nomine domini nostri iesu christi benedicti ac virginis gloriose marie patrisq; nostri. N. totiusq; curie triumphantis. ℣ Adiutorium nostrum. ℟ Qui fecit celum ⁊ terram. ℣ Domine exudi orationem meam. ℟ Et clamor meus ad te veniat. ℣ Dominus vobiscum. ℟ Et cũ spũ tuo. Oremus. Oro.

OMnipotens sempiterne ⁊ misericors deus: qui pietatis tue misericordiam peccatoribus querentibus veniã ⁊ misericordiã tribuisti. Oramus immensam clementiam tuam: vt has corrigias pelliceas vl' chordas bene ✠ ice

re: ⁊ sancti ✠ ficare digneris: vt quecũq; pro peccatis suis cincte fuerint: ⁊ misericordiã tuam implorauerint: veniaz ⁊ indulgentiã tue sancte misericordie consequãtur. Per christum. Benedictio veli.

Bene ✠ dic quesumus omnipotens deus velamina ista famularum tuaruz vel famule tue: capitibus imponẽda: vt in eis vel in ea: bene ✠ dictio tue benignitatis descendat: vt sit in eis sanitas: sãctitas: castitas: virtus: victoria: sanctimonia: humilitas: bonitas: mãsuetudo: legis plenitudo: ⁊ obedientia dei patris ⁊ filij: ⁊ spiritus sancti. Adsit semper bene ✠ dictio. Per christum dominuz. Benedictio clamidis. Oremus

Deus qui vestimentum singulare: ⁊ indumentũ eterne iocunditatis tuis fidelibus promisisti: clementiam tuam suppliciter exoramus: vt hec indumẽta humilitatem cordis ⁊ contemptum mundi significantia: quibus famule tue vel famula tua sancto sũt visibiliter informando proposito: propitius bene ✠ dicas: ⁊ castitatis habitũ: quam te inspirante suscipiunt: te ꝓtegente custodiant: vt quas venerande professionis vestibus induis temporaliter: beata facias immortalitate vestiri. Per chrimum. Oremus.

Domine iesu chri ste qui tegumen nostre mortalitatis induere dignatus es: obsecramus immense largitatis tue abundantiam: vt hoc genus vestimentorũ: quod sancti patres ad humilitatis indicium ferre sanxerunt: ita bene ✠ dicere digneris: vt he famule tue vel famula tua: que eo vse vel vsa fuerint vel fuerit: te induere mereamur. Per. Benedictio pater noster: Oremus

Domine iesu christe qui discipulos tuos orare docuisti: suscipe quesumus bene ✠ dicendo orationes famularum tuaruz vel famule tue: vt eas vel eam: aspirando ꝑueni: ⁊ adiuuando prosequere: vt cuncta earum vel eius oratio a te semper incipiat: ⁊ per te cepta finiatur. Per.

Nota ꝙ clamidate ordinis heremitarum sancti augustini debent deferre corrigiam pelliceam: ⁊ ille ordinis seruorum: debent deferre corrigiam laneam vel lineaz sicut decreuit innocentius octauus. Completis benedictionibus

asperguntur tam vestimenta q̃ ipse mulieres: postea in exuendo dicat hanc orationem.

Dxuat te dominus veterem hominem cum actibus suis: ⁊ renouaris spiritu mentis tue: ⁊ induat te nouum hominem: qui ſm deuz creatus est: in iusticia: ⁊ sanctitate veritatis in christo iesu domino nostro. Postea he orationes dicuntur Dominus vobiscum. ℟ Et cum spũ tuo.

Adesto domine Oremꝰ supplicationibus nr̃is vt has famulas tuas vel famulam hanc: bene ✠ dicere digneris: quibꝰ vel cui in tuo nomine habitum sancte religionis imponimus: vt te largiente: ⁊ deuote in religione persistant. Per christuz dñm nostrum. Qui tecuz viuit ⁊c̃.

Deus Oremus. Oratio misericors: deꝰ clemẽs cui cuncta bona placent: sine quo nihil bonum inchoatur nihilq̃ bonum perficitur: ad sint nostris humillimis precibꝰ tue pietatis aures: ⁊ has famulas vel famulam tuaz: quibus vel cui: in tuo sancto nomine habitum sancte religionis imponimus: a mundi impedimento: vel seculari desiderio defende: ⁊ concede eis: vel ei: in hoc sancto proposito deuote persistere: vt remissionem peccatorum percepta: ad electorum tuorum valeant peruenire consortium. Per christum dominũ. Tũc prior vel guardianus cingat eaz corrigia pellicea vel chorda ⁊ dicat. Accipe corrigiam pelliceaz super lumbos tuos vt sint lumbi tui: vel vestri: p̃cincti in signum castitatis et tẽperantie. In nomine pa ✠ tris: ⁊ fi ✠ lij: ⁊ spiritus ✠ sãcti. Postea distribuat candelas accensas omnibus sororibus ac fratribus existentibus dicens. Et sit lucerna ardens in manibus vestris: in signuz pudicitie ⁊ honestatis. In nomine pa ✠ tris: ⁊ fi ✠ lij: ⁊ spiritus ✠ sancti. Postea imponat velamen album dicens. Accipe velum super caput tuum: in signum obedientie: munditie ⁊ puritatis In nomine pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij: ⁊ spiritus ✠ sancti. Deinde induat clamidez dicendo.

Accipe clamidez nigrã in signuz penitentie: ⁊ mortalitatis: vt mortua mundo: deo viuas. In nomine pa ✠ tris: ⁊ fi ✠ lij: ⁊ spiritus ✠ sancti. Deinde det eis pater noster in manibus dicẽdo

NUnc accipe signuz ora
tionum in manibus tu/
is: vt more contemplantium
contempta felicitate terrena:
presentem vitam habeas in
patientiam: & in desiderio fu/
turam: cupiens dissolui & eē
cuz christo. In nomine pa ✠
tris: & fi ✠ lij: & spiritus ✠ sā
cti. Finito cantatur Ueni crea
tor spiritus. totum. Et postea.
℣ Emitte spiritum tuum: & crea
buntur. ℟ Et renouabis faciez
terre. ℣ Post partum virgo in
uiolata permansisti. ℟ Dei ge
nitrix. ℣ Ora pro nobis beate
pater augustine vel fräcisce. ℟
Ut digni efficiamur promissio/
nibus xpi. ℣ Ora pro uobis bea
ta mater monica. vel Clara. ℟
Ut digni efficiamur promissio/
nibus christi. ℣ Domine exau/
di oratione meam. ℟ Et cla/
mor meus ad te veniat. Do/
minus vobiscū. ℟ Et cuz spū.

DEus qui cor Oremus
da fidelium sancti spiri
tus illustratione docuisti. da
huic vel his famulabus in eo
dem spiritu recta sapere: & de
eius semper cōsolatione gau
dere. Per. Oratio de beata
virgine. Concede nos famu

QUoncede Oratio. los.
quesumus omnipotens
deus: vt qui peccatorum no/
strorum pondere premimur:
beatissimi patris nostri augu
stini confessoris tui atq; pon/
tificiz patrocinio subleuemur.

GPer dominuz. Oratio
Rata tibi sit domine no
stre seruitutis oblatio: p qua
sancta monica iteruentrix exi
stat. Per dominum. Oratio.

PRetēde domine famu/
lis & famulabꝰ tuis: dex
teram celestis auxilij: vt te to
to corde perquirant: & que di
gne postulant consequi mere
antur. Per christum dominū
nostrum. Finitis orationibus
prior vel alter dicat eis porri/
gendo librum in manibus ea
ruz: & quod faciant professio/
nes: & quod tantum duo vota
promittāt. Si volunt promit
tere hec duo vota: tunc prior
dicat. Uos promittitis obedi
entiam & castitatem seruare:
& viuere ſm vitā: & ordinatoz
dominarum clamidatarum
ordinis heremitarum sancti
Augustini: vel ordinis mino
rum: vel seruorum: vel car/
melitarum? Si promittunt:
tunc dicat eis prior. Dominꝰ
qui incepit in vobis opꝰ bonū
ipse perficiat in augumentuz
gratie & glorie: meritis beati
pris nri augustini eiusq; duo
tissime matris monice: amē.

Finito: prior vel guardianus dicat. Ego auctoritate patris nostri generalis: qua fungor indultu apostolico mihi commissa: vos recipio atq; acceptor: t participes facio omnium bonorum: videlicet orationum missarum: predicationum: elemosynarum: ceterorum bonorum que fiunt per totum ordinez nostruz: in nomine patris t filij t spiritus sancti amē. Postea prior dicat. ℣ Domine exaudi. ℟ Et clamor. ℣ Dominus vobiscum. ℟ Et cum spiritu tuo. Adesto supplicationibus nostris omnipotens deus: t quibus fiduciam sperande pietatis indalges: intercedente beato augustino cōfessore tuo atq; pōtifie: consuete misericordie tribue benignus effectuz. Per dominum. Oratio. christuz. potens sempiterne deus: qui lachrymas beate monice in cōuersione filij sui augustini misericorditer suscepisti: da nobis vtriusq; interuentu peccata nostra deplorare: t gratiam tue indulgentie inuenire. Per christum dominum nrz. Oratio. Famulas tuas domine custodiat: t mūiat pietas tua vt castitatis t obedientie sancte: propositum quod in te spirante susceperunt: te protegē te illese custodiant. Per. Vel dicas orationem sancti francisci: vel sancte clare si fuerit ordinis minorum. Oratio. Deus qui nos beati frācisci confessoris tui annua solennitate letificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus etiam actiones imitemur. Per xpm. Oratio Famulos tuos quesumꝰ domine beate virginis tue clare votiua natalitia recensentes: celestium gaudiorum sua facias interuentione participes: simul in vnum diuites t pauperes tui vnigeniti coheredes. Per dominū Oratio super omnes sorores. Respice domine gregez istum qui ptempto mūdo t concupiscentia carnis: sub ala tue protectionis affugiens humiliter cōmoratur: atq; deuotas animas: t tibi sponte seruire volentes: tue beatitudis regno velut apis argumentosa vnq; accumulare recusant: t famulas tuas pro quibus humiliter supplicamus: tam signo tue victissime ✠ proteges: q; interior sācto habitu nostre religionis

informis: ita vt fidei ornate: spei secure: ⁊ charitatis accē/se: fac eas domine mundas: ⁊ ea que sunt in mundo despi/cere: ⁊ qꝛ sathane militie resi gnauit: te solum sponsum su/um: ⁊ patrem veracissimum querētes: super eas rorez tue bene ✠ dictiōis infunde: eas qꝫ ab omnibꝰ peccatis absol/ue: cor suum in temptationi/bus robora: pariterqꝫ mentē a prauis desiderijs aliene: vt ab illicitis cōcupiscentijs nu/date: nudam crucem sequan tur: ⁊ velut altera magdale/na mundum fugientes: ⁊ hic celestis vite ꝑticipatione fru/antur: ⁊ in fine vitam quam nec oculꝰ vidit: nec auris au/diuit: nec in cor hominis ascē dit: vna cum sanctis tuis acci piant vitam sempiternam. Amē. Nota ꝙ omnes clami/date ordinis minorum ac pre dicatorum ac carmelitarum: gaudent priuilegio ordinis heremitarum sancti augusti/ni. Et econuerso ordinis here mitarum gaudent omni pri/uilegio minorum predicato/rum: carmelitarum: ⁊ sic om/nes indulgentie heremitarū ac cetera indulta apostolica: omnia communia sunt hijs quatuor religionibus mendi cantium: prout apparet ꝑ ma re magnū sanctissimi in chri sto patris sixti quarti: qui de/dit ordini heremitarum san/cti augustini in quarto anno sui pontificatus: ⁊ sic posuit quandam sanctam vnionem inter mendicātes.

¶ Incipiũt ꝓse seu sequentie tam de tpe q̃ de sãctis ꝑ anni circulũ. Et p̃mo de dña nr̃a.



Mittit ad virginem non quẽuis angelum: sed fortitudinem suam archangelum amatorem hominis. Fortem expediat pro nobis nuncium nature faciat: vt p̃iudicium in partu virginis. Naturam superet natus rex glorie regnet ⁊ imperet ⁊ zima scorie tollat de medio. Supbientium terat fastigia colla sublimium calcat vi ꝓpria potens in prelio. Foras eijciat mundanum p̃ncipem secũq; faciat matrem participem patris imperij. Exi qui mitterꝫ hec dona dicere reuela veterꝫ velamẽ lr̃e v̄tute nũcij. Accede nũci⁹ dic aue comin⁹: dic plena gr̃a: dic tecuꝫ dñs: ⁊ dic ne tieas. Virgo suscipias dei d̄positũ i q̄ ꝑficias castũ ꝓpositũ ⁊ votũ teneas. Audit ⁊ suscipit puella nũciuꝫ credit ⁊ ꝯcipit ⁊ ꝑit filiũ sꝫ admirabilẽ. Cõsiliariũ hũani gñis deũ ⁊ hoiez ⁊ p̃rez posterꝫ ⁊ pacẽ stabilẽ. Cui⁹ stabilitas nos reddat stabiles ne nos labilitas hũana labiles secũ p̃cipitet. Sed dator venie ꝯcessa vẽia ꝑ mr̃ez gr̃e obtẽta gr̃a i nob̄ hitet. Cui nob̄ tribuat pcti veniã reat⁹ deleat ⁊ donet p̃riaꝫ i arce sydeꝝ. amẽ

Grates De natitate dñi.

Gnũc oẽs reddamus dño deo q sua natitate nos lib̄auit de diabolica ptãte. Huic opꝫ vt canam⁹ cũ ãgel̄ sẽp gl̄ia in excelsis.

De scõ stephano pro thomar.

Hanc ꝯcordi famulatu colam⁹ solẽnitatẽ. Auctorꝫ illi⁹ exẽplo docti benigno. Pro ꝑsecutoꝝ p̃cãtis fraude suoꝝ. O stephane signifer regis sũmi bone nos exaudi. Proficue q es ꝓ tuis exaudit⁹ iimicꝫ. Paul⁹ tuis p̃cib⁹ stephane te quõdã ꝑsecut⁹ xp̃o credit. Et tecũ tripudiat i r̃gno cui null⁹ ꝑsecutor ap ꝓpinq̃t. Nos ꝓide nos supplices ad te clamantes ⁊

precibus te pulsantes. Oratio sanctissima nos tua semp conciliet deo nostro. Te petrus christi ministrum statuit Tu petro normam credendi astruis. Ad arcem summi patris ostendendo quem plebs furens crucifixit. Ut sibi christus elegit stephāe. Per quez fideles suos corroboret. Se tibi interrogatus saxorum solatio manifestans. Nunc inter inclytas martyrum purpuras choruscas coronatus.

De sācto ioāne apostolo

Ioannes iesu xp̄i multum dilecte virgo. Tu eius amore carnalem in naui parentem liquisti. Tu leue coniugis pectus respuisti messiā secutus. Tu eius pectoris sacra meruisti fluenta portare. Tuqz in terra positus gloriā conspexisti filij dei. Que solum sanctis in vita creditur ꝯtuenda eē ꝑhenni. Tu christus in cruce triumphans matri sue dedit custodē. Ut virgo virginez seruares atqz curam suppeditares. Tu te carcere flagrisqz fractis testimonio pro christi es gauisus. Idem mortuos suscitas: inqz iesu nomine venenum forte vincis. Tibi summus tacitum ceteris verbum suum pater reuelat. Tu nos omnes precibus sedulis apud deum semper cōmenda Ioannes christi chare.

De sanctis innocentibus

Laus tibi christe p̄ris optime nate deus omnipotentie. Quem celitus iubilat super astra manentis plebis decus armonie Quem agmina infantiuz sonoris hymnis collaudant etheris in arce. Quos impius ob nominis odium tui miseris strauerat vulnere. Quos pie nunc remuueras in celis christe pro penis nitide. Solita vsus gratia qui tuos ornas coronis splendide. Quorum precibus sacris dele precamur nostre pie crimina vite. Ut quos laudibus tuis iūxeras nob̄ istic dones clemēs fauere. Illis eterne dans lumen glorie. Nobis terrena concede vincere. Ut liceat serenis actibus pleniter adipisci dono tue gratie. Herodis vt non fiat socius quisquis in horum laude se exercet propere. Sed eternaliter cum eisdem cateruis tecū sit dñe.

In circuncisione dñi.

Letabundus exultet fidelis chorus all'a. Regez regum intacte profudit chorus res miranda. Angelus con-

filij natus est de virgine sol de stella. Sol occasum nesciens stella semper rutilans valde clara. Sicut sydus radium ꝓfert virgo filium pari forma Neqꝫ sydus radio: neqꝫ virgo filio fit corrupta. Cedrus alta libani conformatur ysopo valde nostra. Verbũ ens altissimi corporali passum est carne sumpta. Isaias cecinit synagoga meminit nũqꝫ tamen desinit esse ceca. Si nõ suis vatibus credat vel gentilibus sibillinis versib⁹ hec predicta. Infelix ꝓpera crede vel vetera cur damnaberis gens misera. Quem docet littera natum ꝯsidera ip̃m genuit puerpera. Amen. In

Fe epiphania domini sta christi omnis xp̃iani tas celebret. Que miris sunt modis ornata cũctisqꝫ veneranda ppl'is. Per oitenentis aduentum atqꝫ vocationem gentium. Ut natus est christus: est stella magis visa lucida. At illi non cassam putantes tanti signi gloriam. Secũ munera deferunt paruulo offerunt vt regi celi quez sydus predicat. Atqꝫ auro tumidi principis lectulo trãsito christi presepe queritant. Hinc ira seui herodis feruida inuidi recens rectori genito bethleem paruulos precepit ense crudeli perdere. O christe quantum patri exercitum iuuenis doctus ad bella maxima populis predicans colligis. Segens cũm tanto miseris. Anno hominis tricesimo subtus famuli se inclyti inclinauerat manus deus consecrans nobis baptisma in absolutionem criminum. Ecce spiritus in specie ipsum alitis innocue vncturus sanctis p̃ omnibus visitat semper ipsi⁹ contentus mansione pectoris Patris etiã insonuit vox pia veteris oblita sermonis penitet me fecisse hominem. Vere filius es tu meus mihimet placidus in quo sum placat⁹ hodie te mi fili genui. Huic omnes auscultate populi preceptori. In purificatione sãcte marie.

Concentu parili hic te maria veneratur popul⁹: teqꝫ pijs colit cordibus. Generosi abrahe tu filia veneranda regia de dauidis stirpe genita. Sanctissima corpore: castissima moribusqꝫ omnium pulcherrima virgo virginum. Letare mater ꝛ virgo nobilis gabrielis archangelicoqꝫ oraculo credula genuisti clausa filium.

In cuius sacratissimo sãgui
ne emundatur vniuersitas p.
ditissimi generis vt promisit
deus abrahe. Tu virga arida
aaron flore speciosa prefigu/
rat maria sine viri semine na
to florida. Tu porta iugiter
serata quã ezechielis vox te/
stat maria soli deo puia esse
crederis. Sed tu tamen mr̃
virtutum: tu nobis exemplũ
cupisti cõmendare subisti re
medium pollutis statutũ ma
tribus. Ad templum detuli/
sti tecũ mundandum qui tibi
ĩtegritatis decus deus homo
genitus adauxit intacta geni
trix. Letare quaz scrutator
cordis z renũ probat habita/
tu ꝓprio singulariter dignaz
scãm mariã. Exulta cui par
uulus arrisit tunc maria qui
letari oibus: z consistere suo
nutu tribuit. Ergo quiqz co
limus festa paruuli xp̃i ꝓpt̃
nos facti eiusqz pie mr̃is ma/
rie. Si non dei possumus tã/
tam exequi tardi humilitatẽ
forma sit nobis eius genitrix
Laus patri glorie qui suum
filium gentibus z populo re
uelans isrl̃ nos sociat. Laus
eiꝰ filio qui suo sanguĩe nos
patri reconcilians supnis so/
ciauit cibus. Laus quoqz sã
cto spiritui sit per euũ. De re

Victime surrectide dñi.
paschali laudes ĩmolẽt
xp̃iani. Agnꝰ redemit oues
xp̃s innocens patri reconci/
liauit peccatores. Mors z vi
ta duello conflixere mirando
dux vite mortuus regnat vi/
uus. Dic nobis maria quid
vidisti in via. Sepulchrum
xp̃i viuentis: z gloriam vidi
resurgẽtis. Angelicos testes
sudarium z vestes. Surrexit
christus spes mea precedet su
os in galilea. Credendũ est
magis soli marie veraci q̃z iu
deoruz turbe fallaci. Scimꝰ
christum surrexisse ex mortu
is vere tu nobis victor rex mi
serere. Alleluia. De resurre
tione dñi.
Mane prima
sabbati surgens dei fi/
